

p. 189 :p. 2

**Collectaneum
Rerum gestarum et Eventuum
Cartusiæ Bruxellensis
cum alijs externis tum patriæ tum Ordinis.**

Volumen secundum

Anno Domini 1629

Ad amorem Dei et proximi plerumque corda
plus exempla quam verba excitant ut ait S.

Possumus etiam quodammodo de Historia ecclesiæ
pare, quod idem S. Gregorius de sacra scriptura protulit,
solum virtutes hominum asserere, sed et nonunquam
innotescere: ut in victoria fortium quid immitando
et in lapsibus quid debeamus timere lib. 2 Moral.

Prologus

Frater Petrus de Wal cartusianorum Bruxellensium minimus charæ posteritati Dei timere et in constanti statutorum ordinis observantia charitatis augmentum et omne bonum.

Quandoquidem, quæ de origine, fundatione et progressu; ruina nec non et restauratione huius domus cartusiæ Bruxellensis diversis ex chartis, calendarijs et monumentis multo tempore, magno labore collegi, priori volumine nequiverim comprehendere; iam ea prosecuturus recapitulationis loco describam fundationis tabulas a magnifico oppidi Bruxellensis senatu nobis traditas cum bulla pontificis maximi, qui fundationem et dotationem approbavit et ratam habuit, ne in aëre videamur ædificium nostrum construere sed super firmam Petram, adversus quam nec portæ inferi prævalebunt. Unum præterea est, de quo charam posteritatem commonefactam esse supro, videlicet modernum procuratorem domnum Joannem Pipenpoy omnes registros chartas domus quam diligentissime excutere, ut exactam terrarum redditum et bonorum temporalium acquirat notitiam ac in scriptis ordinate redigat, ad quæ officiales et qui horum indignarent remitto, neque quod supra me est, nimis importune requiratur; quod si tamen horum copiam et notitiam maiorem habuisse, strictius me hos inter limites continuisset nunc vero multa per digressum sparsim in patria, in ordine aut alibi facta hoc placuit inserere; quo non modo temporis maiorem notitiam verum etiam quibusunque hæc legentibus animi conferat voluptatem; Idipsum Trithemium et alios auctores fecisse invenio, cuius/alias præterea facti superiori volumine rationem luculentiore reddidi. Atque hoc et illic excusationem admitte chara posteritas, nostrisque laboribus fruere atque in sempiternum vive.

Copia litteræ erectionis fundationis et bonorum translationis novæ domus carthusiensis Nostræ Dominæ de Gratia extra Bruxellam ex theutonico in latinum fideliter translatæ.

Universis et singulis præsentes litteras visuris aut audituris burgimagister, scabini et consules oppidi Bruxellensis salutem, cum notitia veritatis. Sicuti nuper videlicet XXIJ^a die mensis martij anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto ante Pascha per prædecessores nostros legislatores, et per venerabiles viros consiliarios oppidi Bruxellensis in notabili numero congregatos unanimiter ordinatum et conclusum extitit quod extra muros et intra libertatem dicti oppidi desuper locum nominatum *ten Schoete*, in quo paucō effluxo tempore una pulchra nova capella Beatæ Mariæ de Gratia est constructa ad Dei, eiusdemque genitricis honorem et gloriam erigi, construi et pro septem religiosis fratribus presbyteris primitus fundari deberet unum novum monasterium carthusiense, in quantum sanctissimus dominus nostrer papa aut reverendissimus in Christo pater episcopus Cameracensis consentiret et approbaret, prout idem dominus noster Cameracensis postmodum videlicet nona die mensis augusti anno Domini 1455 consensit et approbavit. Et etiam inquantum tres priores videlicet Cappelæ iuxta Angiam, Gandavi et Antverpiæ ex parte ordinis ad hoc constituti, adhæc etiam suos adhiberent voluntatem et consensum prout etiam postea fecerunt transportationem et assignationem bonorum hic inferius narratorum ad opus eiusdem novo monasterij acceptando et recipiendo sub tali videlicet libertate assisiarum et **alias ompositionum/aliarum impositionum** qualem habent capitulum Anderlectense, monasterium Sanctæ Claræ et monasterium Sanctæ Elizabeth in Bruxella aut alterum eorundem et alterius sub omnibus talibus formis, modis et conventionibus, quales per eosdem nostros prædecessores desuper ordinati sunt et conventi et hic inferius extat repetiti. Et prædictum novum monasterium quod primitus pro uno opere levi et emendabili inceptum extitit, nunc tam per apportatum, caritates bonorum hominum quam per illos quingentos florenos rhenenses, quos prædecessores nostri qui regimine in festo Sancti Joannis Baptistæ ultime præterito recesserunt per ordinationem bonorum virorum consiliariorum opidi XXVIJ die mensis aprilis ultime præterita ad opus dicti novi monasterij dederunt et assignaverunt. Et per illos alios centum florenos renenses quos nos pro utensilibus et provisionibus cellarum dictæ novæ domus nuperrime de bonis oppidi dedimus iam ad talem statum sit perductum, quod in profesto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis ultime præterito, in prædicto novo monasterio Henricus de Loen qui a prioratu domus Capellæ prope Angiam nuperrime ad preces nostras per patrem cartusiæ deoneratus et in rectorem prædictæ novæ domus seu novi monasterij est constitutus, et cum eo sex alia devotus et notabiles personæ religiosi et presbyteri ordinis cartusiensis prædicti ex diversis domibus cum uno converso et duobus donatis venerint et sint constituti, sic mox ipsis in loco venientibus ipsi prædictum locum apprehenderunt, et divinum officium, et quod alias eorum ordo requirit incæperunt et assumpserunt, quod quotidie valde honeste et devote prosequuntur

et Deo auxiliante deinceps continuabunt in dies. Hinc est quod nos ad Dei, suæque benedictæ Matris gloriam et honorem prædictum monasterium cum omnibus religiosis, conversis, donatis et familiaribus qui in prædicto monasterio nunc venerunt et habitationem receperunt, ac qui in posterum ibidem venient et commorabuntur cum omnibus bonis nunc ac postmodum ad idem novum monasterium spectantes ac sub nostris districtu et potestate iacentes in nostram specialem protectionem et defensionem suscepimus et suscipimus. Recognoscentes quod nos eidem novo monasterio insequendo approbationem et consensum quos prædictus dominus noster Cameracensis ad preces nostras ad opus predictarum ordinationis et fundationis dedit et concessit donavimus et assignavimus et præsentibus litteris pro nunc et ad perpetuum ac hæreditarie contulimus et assignavimus illa bona quæ hic sequuntur et subscripta sunt videlicet in primis domistadium cum domibus superstantibus cum omnibus bonis mobilibus ad eandem domum spectantibus, quibus quidam fratres sacciti morari consueverunt et musi fuerunt sicut Bruxellæ in longa via lapidea iuxta ac retro capellam Beatæ Mariæ Magdalena, ita longum et latum prout ibidem situatim existit, et dicti fratres sacciti illud inhabitare consueverunt. Item omnia bona hæreditaria et immobilia actiones iura reditus ad hæc spectantes quos seu quæ ab antiquis temporibus dicti fratres sacciti tenere et possidere consueverunt valentes et ascendentis pro æstimatione occurrentis temporis annuatim et hæreditarie ultra onus decem modiorum siliginis quæ tempore transacto per opidum pro reparatione prædictæ capellæ Sanctæ Mariæ Magdalena donata sunt et assignata, et ultra onus duarum aucarum et unius obuli domino duci annuatim exeum ad summam quatuor modiorum siliginis tritici octuaginta unius modiorum siliginis, quindecim modiorum avenæ ac decem et septem librarum unius solidi et sex denariorum grossorum Branbantium cum litteris et scripturis ad prædicta bona spectantibus. Item ultra præscripta bona sunt dicto monasterio assignata et per nostrum consensum collata dicta capella Nostræ Dominæ de Gratia eo tempore quo nondum extitit consecrata cum omni suo apportu ac omnis terræ reditus domus iocalia mobilia et bona ad dictam capellam spectantia, et omnia alia bona quæ ad opus prædictæ capellæ quovismodo empta et acquisita fuerunt cum omnibus suis **annexis/connexis** recognoscentes pro nobis et successoribus nostris nullam amplius administrationem, aut quidquid iuris de prædictis bonis seu eorum aliquibus habere vel retinere quovismodo, promittentes bona fide pro nobis et dictis nostris successoribus, quod nos fratribus dicti monasterij novi qui ad præsens ibidem sunt aut in futurum venient omnia prædicta bona quantum in nobis est sequi faciemus, et eis uti permittemus pacifice et quiete sub modis et conditionibus contentis in principali ordinatione hic immediate subsequentibus et declaratis videlicet primo quod in prædicto monasterio pro nunc nec in futurum ultra numerum viginti cellarum nec ultra numerum 20 religiosorum presbyterorum ad omen magis ædificabitur, neque quis in eodem ut religiosus domus animo ibidem commorandi recipietur et secundum hujus numerum et non aliter poterit ibidem monasterium amodo incipi, disponi, ædificari *et*

perfici, nisi de expressis voluntate et consensu legislatorum Bruxellensium et consiliariorum eiusdem opidi pro tempore existentium prædictus numerus cellarum et religiosorum augeretur. Item quod prædicti religiosi qui in prædicto monasterio venerunt seu in posterum venient, nec aliquis alias ad eorum opus ultra bona fratrum saccitorum et ea quæ prædicta capella pro nunc habet, nunc nec in posterum intra opidum libertatem aut amaniam Bruxellensem sine unanimi consensu et voluntate opidi et consiliariorum eiusdem nulla plura bona immobilia nec hæreditarios redditus emere poterunt quam usque ad summam ducentorum denariorum aureorum dictorum Ryders annuatim et hæreditarie aut eiusdem valoris ad opus fundationis septem novarum cellarum **converteum/convertentem**. Item casu quo prædicti religiosi dicti monasterij in posterum ultra fundationem dictarum quatuordecim cellarum aut pro eleemosyna, quæ ante portam pauperibus solet erogari, aliqua bona immobilia seu hæreditarios redditus intra opidum, libertatem aut ammaniam emerint seu emere voluerint, quod hoc etiam facere poterunt sicut aliæ religiosæ personæ et monasteria huius patriæ ad quitationem videlicet denarij pro decem et octo ac sub onere præcarie principis et alio onere quo vicinis continget obligari. Item quod religiosi dictæ domus cartusiensis per seipsos nec per eorum superiorem nec vigore privilegiorum nec alias unquam in posterum aliqua bona hæreditaria quæ fratres sacciti nunc tenuerunt vel circiter prædictam capellam sunt comparata, et quæ prædicti cartusienses habebunt nullo medio poterunt vendere alienare, onerare, subimpignorare nec permutare pro quavis necessitate nec pro aliqua utilitate quæ ipsis eorum ordini aut monasterio inde possent advenire sine consensu, scitu et voluntate legislatorum dicti opidi. Item quod ad prædictum monasterium nunquam in posterum aliquod opus seu ædificium habens notabilem firmitatem seu fortitudinem resistendi poterit inchoari neque perfici sine scitu **volentari/voluntatis** et consensu opidi supradicti. Et casu quo prædicti religiosi alias ad eorum prædictum monasterium aliquam talem structutam facere seu **carpentariam/carpentare** voluerint qualem habent alia monasteria eorum ordinis circumvicina tunc fieri facient et debebunt talem structuram et carpentariam per magistris eo tempore existentes in officio lathomocum vel carpentatorum in Bruxella, qui hoc facere tenebuntur pro pretio et salario competenti secum quod mutuo convenient, vel ad ordinationem seu taxationem legislatorum, salvo quod donati et conversi dicti monasterij sine reprehensione officiorum omnia talia et alia opera facere poterunt, et ad ea adiuvare et ad opus dicti monasterij sine fraude. Item quod prædicti religiosi qui in prædicto monasterio nunc sunt aut in posterum erunt commorantes portam suam claudere tenebuntur quolibet sero per dimidiā horam ante clausuram portarum opidi Bruxellensis, et clausam tenere, et de mane non poterunt eam aperire nisi per dimidiā horam post apertōnem iamdicti opidi. Et si aliqui **propterea/præteria** ipsis aliquid mali vel oneris ingesserit, vel imposuerit verbo vel facto illud reputabitur et corrigetur secundum quantitatē delicti tanquam contra opidum perpetrati, nisi esset quod prædictum monasterium pro eorum ope aut bonis aut personis ad ordinem seu prædictum eorum monasterium

spectantibus aut etiam pro amicis ordinis specialibus aliquem intromittere vellet. Item quod prædictum monasterium imperpetuum amodo obligatum erit et manebit prædictam suam capellam de Nostræ Dominæ de Gratia honeste tenere et observare de omnibus refectionibus et indigentijs. Et cum his expensibus suis procurare quod qualibet die per annum deinceps in prædict capella Nostræ Dominæ missa celebrabitur per aliquem fratrem sæcularem vel religiosum presbyterum quem idem monasterium ordinare voluerit vel etiam per aliquem alium qui ex devotione propria vel ab alijs Christi fidelibus ad hoc deputatus ibidem celebrare vellet vel deberet. Item quod religiosi prædicti monasterij qui pro tempore erunt pro speciali recompensatione et regratiatione huius presentis fundationis perpetuis temporibus erunt et manebunt obligati ad honorem Dei quolibet anno cum devotione solemniter tanquam in sancto die Pentecostes cum integro conventu celebrare et decantare unam missam, et quilibet presbyter ad hoc dispositus nisi ad aliam missam celebrandam ex præcepto ordinis fuerit adstrictus similiter unam missam Sancti Spiritus legere et celebrare tenebitur. Semper videlicet deinceps in die electionis futurorum scabinorum et etiam pari modo **fieri/fiet** similis missa et officium Sancti Spiritus quolibet anno in vigilia Sancti Joannis Baptiste pro salute, honore, concordia et regiminis opidi Bruxellensis anni futuri. Nec non quolibet anno in festo Sancti Huberti celebrare specialem et solemnem missam de requiem cum pleno officio quilibet presbyter qui prædicto modo dispositus fuerit talem legere missam de requiem qualem legere et celebrare tenetur ipso die commemorationis animarum, et hoc pro animabus omnium incolarum opidi Bruxellensis qui pro tunc viam carnis universæ erunt ingressi, et ob huiusmodi assignationem et fundationem petimus et desideramus incolas huius opidi pro nunc existentes, et qui pro tempore erunt participes fieri omnium divinorum officiorum et aliorum bonorum operum quæ in prædicto novo monasterio carthusiensi vel per fratres eiusdem monasterij perpetuis temporibus prout et promovebuntur. In cuius rei testimonium, Nos magistri civium scabini et consules prædicti sigillum opidi Bruxellensis ad causas presentibus literis duximus apponendum. Datum XIIIJ die mensis octobris anno Domini millesimo quadragesimo quinquagesimo sexto.

Bulla Pij II

Pius episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Pastoralis officij debitum nos excitat et inducit ut ea quæ pro sacræ religionis propagatione ac divini cultus augmentatione, nec non pro statu prospero monasteriorum aliorumque piorum locorum nec non personarum in illis sub regulari observantia, studio **pio/præ** vitæ, degentium utilitate provide facta sunt, firma perpetuo et illibata persistant, Apostolico munimine solidemus. Sane pro parte dilectorum filiorum prioris et fratrū monasterij Beatæ Mariæ prope et extra muros opidi Bruxellensis, Cameracensis diœcesis nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod dudum dilecti filij burgimagistri, scabini, consules, et rectores eiusdem opidi tunc existentes ad laudem et honorem Dei, eiusque matris Beatæ Mariæ Virginis et omnium sanctorum quoddam monasterium seu cœnobium pro septem fratribus ac tribus aut quatuor ordinis cartusiensis conversis sub regulari observantia eiusdem ordinis altissimo famulantibus, de consensu et voluntate tam dilectorum filiorum nobilium virorum Philippi ducis Burgundiæ quin etiam Caroli comitis de Charlois cum suis consortibus ad huiusmodi cœnobij fundationem affectuose auxilium, consilium et assensum pie præbentium, apud capellam Beatæ Mariæ de Gratia infra metas parochiæ parochialis ecclesiæ Sancti Petri Anderlechtensis iuxta et extra dictum opidum de novo erigi construi et ædificari fecerunt. Et pro eorundem fratrum sustentatione omnia bona tam mobilia quam immobila antiquitus ad usum pauperum peregrinorum Bruxellæ transeuntium per quosdam fratres S. Nicolai, quorum nunc memoria non habetur, hospitaliter in dicto opido dispensata, et postmodum consentiente vel saltem permittente tunc episcopo Cameracensi, elapsis tamen centum annis et ultra ad usum quorundam fratrum saccitorum nuncupatorum nullius tamen regulæ deputata (ipsis fratribus saccitis de necessitate vitæ primo contentatis) facto erectoque monasterio capellam præfatam, in qua assidue divina celebrantur cum apportatu et oblationibus, quibus tam ipsa capella quam monasterium huiusmodi pro maiori parte constructa sunt et quotidie conservantur cum alijs pertinentijs suis omnibus iuxta modum fratrum ordinationis per eos in dicta fundatione editæ donarunt et assignarunt prout in diversis tam per ordinarium super consensu quam burgimagistros, scabinos, consules et rectores præfatos super ordinatione, et alijs in fundatione prædicta expressis confectis instrumentis publicis, quorum tenores habere volumus pro expressis dicitur plenius contineri. Quare pro parte fratrum in eodem erecto monasterio commorantium nobis fuit humiliter supplicatum ut fundationi, erectioni, donationi et assignationi prædictis pro illorum subsistentia firmiore Apostolicae robur confirmationis adjicere, alias in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignarentur.

Nos igitur qui divinum cultum nostris potissime temporibus vigere et augeri supremis affectibus desideramus, huiusmodi supplicationibus inclinati fundationem, erectionem, donationem et assignationem prædictas ratas et gratas habentes, illas ac omnia et singula eas concernentia in præfatis instrumentis

contenta et inde secuta quæcumque auctoritate Apostolica et ex certa scientia tenore præsentium confirmamus et approbamus ac præsentis scripti patrocinio communimus supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus omnibus et singulis nunc et pro tempore in dicto monasterio seu cœnobio degentibus fratribus et personis ut omnibus et singulis privilegijs indulgentijs libertatibus exemptionibus, gratijs et indultis alijs monasterijs et domibus ac personis præfati ordinis cartusiensis per sedem Apostolicam vel alias in genere vel in specie concessis uti et gaudere possint et valeant eadem auctoritate indulgemus: non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, communionis, supplicationis et concessionis infringere vel omni ausu temerarie contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo quinto idus januarij pontificatus nostri anno primo.

Petrus Venerabilis in prologo libri secundi de miraculis.

Doleo; et supra quam multis forte credibile sit torpori multorum irascor, qui cum scientia literis atque eloquio abundant, miranda omnipotens Dei opera, quæ saepe in diversis terrarum partibus ad instructionem ecclesiæ fiunt, memoriae posterorum mandare scribendo pigritantur. Et cum antiquus mos fuerit, non solum apud primos Christianæ fidei patres, sed etiam apud gentiles ut quæque digna memoria literis traderent, isti nec christianorum nec paganorum studia imitantes universa suis temporibus accidentia quæ succendentibus non parum possent esse utilia, languentes animo perire permitunt. Cumque dicat divinus psalmus: Confiteantur tibi, Domine omnia opera tua hoc est laudare de omnibus operibus tuis; quomodo de illis operibus Deus ladabitur quæ nesciuntur ! Quomodo ab his qui ea non viderunt scientur, nisi dicantur ! Quomodo in memoria recendentium et succendentium temporum permanere poterunt, nisi scribantur ! Et cum omnia sive bona sive mala quæ vel volente vel permittente Deo in mundo fiunt ipsius glorificationi, et ecclesiæ ædificationi inservire debeant se et homines **intuerint/latuerent** quomodo de his aut Deus glorificabitur aut ecclesia ædificabitur. Ad tantum autem iam infructuosa huius silentij segnities pervenit ut quæcunque in ecclesia Dei sive in regnis Christianis a quadringentis vel quingentis ferme annis facta sunt, universa poene nobis et omnibus ignota sunt. Tanta enim appareat distantia nostrorum temporum et priorum, ut quæ ante quingentis et mille annos gesta sunt nobis notissima, quæ vero exinde ipsis quoque diebus nostris acta sunt prorsus ignota sint. Inde est quod historijs antiquis, Ecclesiasticis gestis, libris multiplicis doctrinæ, patrum instructiones et exempla continentibus abundamus, eorum autem quæ temporibus nostris contigerunt nescio si vel unum habeamus. Scrutabantur priores illi rerum utilium (indagatores) (*au-dessus de la ligne*: scriptores) diligentissimi etiam apud remotas gentes et ignotas linguas si quid inde dignum et humanis commodis inserviens possint eruere unde Ægyptij Græcorum, Græci Latinorum, Latini Græcorum et Hæbreorum et aliarum gentium linguas et scientiam studiose indagantes invicem sibi quæ necessaria cognoscebant, varijs scriptis diversisque translationibus communicabant. At e converso latini nec non solum non peregrina rimantur, sed nec sibi proxima cognoscere vel alijs ea scripto vel verbo commendare dignantur.

1519 1520

⇒ Carolus V imperator renuntiatur.

Anno 1519 Francofurti convenerunt electores principes et 28 junij feria 3 in Maximiliani cæsaris locum elegerunt Carolum Austriacum principem potentissimum. Multum laboravit Gallorum rex Franciscus, ut is honos ipsi deferretur, nec deerunt, qui illi favere viderentur: sed Carolus ei antelatus est, fertur ea res exitiali illi bello causam dedit quod brevi postea inter illos exarsit. Missus est ad Carolum tunc in Hispanijs degentem Fredericus Palatinus qui eum et oblatum honorem suscipere, et in Germaniam iter maturare hortaretur. Respondet Mercurianus Gatinarius Caroli cancellarius, admittere regem Carolum grato animo tantorum de se principum iudicium, delegatumque amplissimum onerosissimumque honorem amore communis patriæ recipere, curaturumque rebus in Hispania mature constitutis primo quoque tempore iter in Germaniam acceleret. Cumque in eundem fere modum septem viris rescriptsisset liberaliter donatum Palatinum dimittit.

⇒ Austriaci rebellant.

Austriaci cæsare Maximiliano vix in terram condito primi omnium tumultuare incæperunt Pontus Heuterus valde traducit præfectum sue priorem carthusianorum Mauuerbacensem quod rupto clastro in publicum provolaverit, ignorans priorem in Maurbach principem imperij extare ac sui munera esse publicis commitijs interesse, quæ tamen munera et dignitates periculosas esse nostræ vocationi vel ex hoc uno addiscimus.

9 septembris illustris ac generosus dominus, dominus Henricus comes de Nassau veniens Diestemio cum domino et magistro Hieronymo vander Noot Brabantiae cancellario, et cum alijs **quibusdem/quibusque** dominis concilij Brabantiae apud cartusianos prandere voluit, cui opidum Lovaniense propinavit vinum Renense ac Belnense satis abundanter. Post Prandum autem statim profectus est Bruxellas iussitque patribus Lovaniensibus die sequenti dari per œconomum suum 15 renenses communes.

16 mensis eiusdem obiit in eadem domo venerabilis pater dominus Eustachius, prior domus Montis Sion ordinis nostri prope Ziericzeam professus et alias procurator, sepultus ibidem.

19 eiusdem mensis sepulta quoque fuit in cæmiterio nostro *ter Schuete* quædam virgo dicta Ida quæ servivit domui et iuvenibus habitantibus in Anderlaco per anno XVIJ absque ulla retributione vel mercede solummodo victu et vestitu contentat.

Honeste matrone Christina vander Scellinc relicta Joannis Persyn Delphensis mater dominus Theodorici, secundi prioris domus Lovaniensis dedit eidem domui centum florenos aureos.

Conventus noster Bruxellensis acquisivit sub sigillo de Itterbecke domistadium cum suis pertinentijs quantitatis trium jornalium unde recepitur 8 renenses guldenses sub data 15 may 1519.

Item Joannes Goossens nomine conventus emit unum iornale terræ in Lenneke Sancti Martini 19 may.

Anno 1520 die 8 januarij quæ fuit dominica infra octavus Epiphaniæ, obiit vesperi circa horam nonam venerandus dominus et magister noster dominus Joannes Briart Atensio. Sacræ paginæ professor eximus ecclesiæ Sancti Petri Lovanij canonicus, et Academiæ Lovaniensis vice cancellarius caput et senior facultatis theologiæ, semper amicus et fautor cartusiæ Lovaniensis, sepultus est autem feria 3 sequenti mane ante cellam pater procuratoris in eodem loco ubi pater eum fuerat sepultus anno 1512, sicut etiam indicat lapis sepulchralis cuius talis est inscriptio :

Hic iacet sepultus honorabilis et eximus vir Joannes de Briart de Atho artium magister et sacræ paginæ professor, qui obiit anno 1520, 8 januarij cum suo patre Antonio Briart qui obiit anno 1512 ; 19

novembris. Porro facultas theologiæ curavit illic celebrandas per nostros solemnes exequitis pro defuncto præsentibus omnibus magistris nostris multisque licentiatis et baccalaureis

1520

Sacræ theologiæ in festo Sanctæ Agnetis Virginis et Martyris, pranseruntque simul magnifice ac propinarunt vinum conventui.

Hæredes autem et amici defuncti posuerunt e regione sepulturæ scilicet in muro cellæ pater procuratoris ad sinistrum latus ingredientium cellam valde piam imaginem seu repræsentationem spinæ coronationis Christi opere statuario nullis quidem coloribus depictam sed solum dealbatam alioqui satis ingeniose et laboriose sculptam, sunt autem in ea 9 personæ scilicet 4 ministri crudeliter salvatorem nostrum spinis coronantes. Deinde magister Joannes Briart et pater eius orantes flexisgenibus et a tergo eorum Sanctæ Joannes Baptista cum Sanctæ Antonio, infra vero legitur in deaurato lapide hoc epitaphium:

Scilicet eximijs inhiat mors undique rebus
 Quicquid et excessum est, occidit ante diem
 Hoc si quando alias, nunc heu dolor ! experimento
 Gijmnasium didicit Lovaniense gravi
 Unus erat, solusque adeo venerandus Athensis
 Haud alium posses cui reperire parem :
 Divine legis (Dij, qua integritate !) professor :
 Maxima theologicæ, primoque fama scholæ
 Hoc sine nil quandam secretorum arbitro agebat
 Margaris Anglorum regibus orta Atavis
 Ecce autem clero vice cancellarius omni
 Dum invigilat, rapiunt invida fata virum/dirum
 Clauditur hoc etiam tumulo, pater illius, annis
 Conspicuus, complens bis prope lustra nomen/novem

In parvis ostiolis quibus imago clauditur depicti sunt ad vivum Joannes de Lens et uxor eius Elizabeth Briart, qui etiam in eodem loco postea sepulti sunt.

Ad priusquam ab hac domo recedamus dicamus 12 martij refectorium ibidem incæptum fuisse et sequenti anno completum cum cubiculo hospitum ibidem contiguo et parte parvi claustrum ab eodem latere. In quod opus comes Henricus de Nassau persolvit 2000 renenses illis debites ex contractu inito. Et quiæ hæc summa non suffecit venerabilis sacerdos dominus Guilielmus de Uden contulit 50 renenses et similiter honesta matrona Alberta vidua Gilberti Waddinck 50 renenses, conventus his addidit 176 renenses et 5 stuferos summa 2276 r. 5 stuferus.

Carolus princeps Romanorum imperator electus in Belgium transmissurus Hadrianum Florentium cardinalem pueritiæ suæ formatorem toti Hispaniæ cum imperio præfecit. Hinc mense aprilii solvens ex Hispania secundo usus decado in Angliam sponte traijcit. Ubi honorificantissime ab Henrico rege exceptus triduoque ea in insula transacto classem repetijt, præpetique remigio in Zelandiam advolans Gandavum appulit Ferdinandum fratrem et Margaretam firmitam, qui illum inibi expectabant adeoque universum Belgium non mediocriter letaturus (*au-desus de la ligne*: lætificaturus).

In Hispanijs ob Caroli absentiam magni motus popularis seditionis præcipui duces Jo. Padillia ex prima nobilitate Toletana et Zamoræ episcopus Antonius Acunia. Multæ urbes et oppida in partes accesserunt. Multis locis inter regios et populares commissa certamina donec ad villam Alariam anno proximo decimus calendas may vistis perduellibus debellatum est capto utroque duce cæsoque.

1520

⇒ Edictum Caroli V quo cautum est in regionibus Inferioris Germaniæ ne cuiquam liceat ex clero possessionibus augeri sine regis provinciarumque consensu.

Hic anno (alij 1536) in regionibus Inferioris Germaniæ regiæ catholicæ maiestati subiectis constitutio Caroli Quinti imperatoris lata est qua cautum ne quis subditorum quovis modo bona sua immobilia alienare aut transferre possit ad opus monasteriorum, ecclesiarum, collegiorum, conventuum aut ecclesiasticarum personarum sine consensu suæ majestatis et civitatum sub quibus huiusmodi bona sita sunt, neve per quamcunque speciem successionis, ultimæ voluntatis aut donationis devoluantur aut obveniant monasterijs collegijs aut capitulis adiecta clausula decreti irritantes quicquid in contrarium præmissorum fiet. Adversus quam constitutionem ut contra stimulum frustra quis niteretur in nimis ex actu et præcisa observatione huius ordinationis, quæ hoc colore ex sententia Bartoldi et aliorum non paucorum etiam sustinetur (⇒ excusatur) quod ea ordinatio non sit directe concepta contra ecclesias et monasteria, ut esset si statutum esset, ne ecclesia aut monasteria bonorum talium sint capacia, sed concepta super bonis temporali iurisdictioni superioritati et potestati statuentis principis subiectis, ne scilicet bona talia in ecclesiam alienentur vel obveniant, quasi liceat nec a ratione alienum sit de rebus proprijs aut superioritati nostræ subiectis cuique statuere quod vult. Cum igitur lex seu ordinatio ita sit promulgata, æquo animo ferenda est etiamsi religioni durior videri possit.

(*dans la marge, presque illisible:* Baldus in c. clerijs num 3 de indic fe...mus iudic ecclesia B. Matrænum 8....., le reste se trouve sous la restauration du ms)

In capitulo nostro generali annuo confirmatur ordinatio præcedentis anni his verbis ordinationem anno præterito factam, quæ incipit Ne ordinata per capitulum generale laudamus probamus et confirmamus, præcipientes et iniungentes ob meritum Sanctæ obedientiæ visitatoribus et convisitatoribus singularum provinciarum ordinis vel eis qui pro prædictis visitatoribus et eorum provincijs capitulo generali et nunc et in posterum interfuerint quatenus chartam capituli eiusdem anni plenum et integrum et cum suo originali bene correctam vel cum exemplaribus iam correctis in quantum tamen eorum provincias respective concernit sine aliqua eiusmodi parte in aliqua sui parte abbreviatione seu detractione secum referant, et eam per domus dictarum suarum provinciarum more ordinis legi, publicari et registrari faciant, ne quis in posterum de voluntate ordinis et ordinationibus eiusdem capituli generalis ignorantiae causam saltem validam prætendere possit aut valeat.

Obierunt circa hunc annum reverendissimus in Christo pater dominus Laurentius Alamandi, episcopus Grationopolitanus, conservator ordinis et benefactor Cartusiæ. Hic, ni fallor, tanto amore prosecutus est reverendum patrem domnum Franciscum de Puteo officiale quemdam et vicarium suum et quarundam possessionum fructus ei assignaverit ad vitam.

Et magnificus dominus Emiricus de Peron, comes perpetuus Abaukuarensis et regis Ungariæ Palatinus domorum ordinis in Hungaria existentium protector et benefactor.

Cominij moritur Joannes Despauterius grammaticorum sui temporis Coryphæus eius tumulum hoc disticho cohonestavit Hadrianus Hecquetius Carmelita Atrebatus

Hic iacet unoculus, visu præstantior Argo
Flandrica quem Ninive protulit, at caruit.

1520

⇒ Cæsar Leodium venit et 21 (alias 23) octobris Aquisgravi imperatoria ornatur corona. Carolus cæsar exacta in Belgio æstate Leodium 12 octobris appulit. Huic Erardus Antistes clero ac populo comitatus ad suburbia portæ Sancti Walburgis solemni pompa obviam venit, eumque suam in aulam deduxit, ubi regali epulo multisque ab ecclesia et civitate donis honoratus fuit. Die sequenti sacro missæ officio, necnon solemni supplicationi interfuit cereum manibus gestans, Erardo venerabile sacramentum deferente Leodio Traiectum (*au-dessus de la ligne*: eodem) Erardo comitante, et inde Aquisgranum inaugurandus proficiscitur sæviebat id temporis Aquisgravi et in vicinia pestis, quocirca Carolum dehortabantur electores, ne eo loci inauguraretur, at ille legem a Carolo IIIJ latam neque posse neque velle mutare respondit. Itaque ecclesiastici electores Palatinus multoque alij principis viri Aquisgranum venerunt, Carolum intrantem exceperunt de more canonici et 4 medicantium ordines, ac ad summum templum deduxerunt, ubi prisco ritu sub corona ferrea coram Beatissimæ Virginis imagine expansis in crucis modum brachij provolutus tam diu hæsit donec hymnus Te Deum decantatus fuisset, inde sacrarium cum electoribus ingressus solitum iuramentum obivit, et altera die celebrato missæ sacrificio reliquæ cæremoniæ peractæ quarum omnium spectatrix aderat Margareta cæsaris amita, Belgarum gubernatrix. Ferdinandus frater Bruxellis remansit.

Fine mensis octobris cæsar, dimissis septem-viris Coloniam veniens imperij, conventum Wormatiæ in sextum januarij diem anni 1521 indicit.

27 octobris obiit Lovanij magister Joannes Stephani Nivellensis legum doctor fuitque sepultus in magno claustro cartusiæ nostræ ante cellam pater prioris, ad murum posita est imago crucifixi, a cuius sinistro latere cernitur effigies eiusdem doctoris Joannis flexus genibus orantis astante illi a tergo S. Joanne Apostolo, a dextro autem latere stat S. Anna cum Sanctorum Joachimo et S. Josepho. Suntque statuæ omnes paulo maioris uno pede satis eleganter sculptæ atque depictæ infra quas legitur hoc epitaphium : Clarus Joannes iacet hoc sub marmore, doctor ille Nivellanus, qui pensionarius almi Lovanij, inde tenens primas in iure cathedras civili, florens etiamnum atque integer ævi, morte cadit, magnus quondam, nunc pulvis et umbra, sed fruitur Christo pia mensi hoc denique firmum est.

In Schuet 22 novembbris fuerunt recepti ad professionem donatorum Ghisbertus van Praet, qui fuerat plusquam XXX annos præbendarius satis simplex sed fortis ad laborem et frater Petrus Cuesel de Ninivis, qui fuerat præbendarius sex annos, habens fratrem germanum monachum et vicarium huius domus. Hic quoque ad laborem fortis et utilis fuit, et postea cocus extitit, suppleverunt hi duo donati locum demortuorum pæterito anno.

Ex parte domini Petri Eeckaert, monachi huius domus venditum est quoddam domistadium dictum *den Windmolen/Wintermoen* in via seu platea Lovaniensi. Unde conventus annue adhuc habens duos florenos.

⇒ Wormatiæ comitia in quibus Lutherus proscriptus.

Anno 1521, Carolus imperator comitia Wormatiæ celebrat: ad quæ fide publica accepta et Lutherus venit sed cum multis blasphemis confictis in Saxoniam redisset Carolus imperator ipsum proscriptus.

⇒ Guilielmus Croyus uterque moritur archiepiscopus Toletanus.

Initio huius conventus moritur Wormatiæ Guilielmus Crouiacus archipræsul ac cardinalis Toletanus vir magnæ apud cæsarem autoritatis. Succesit Alfonsus Fonseca, magno vir animo Compostella translatus ad ecclesiæ Toletanæ gubernacula.

⇒ et Chevræ dominus cæsar nutritius 27 may.

Sequiturque eum mense maio alter Guielhelmus Crouiacus Chevræ dominus, primus Arschori marchio, cæsar nutritius, pacis cum franco stabiliendæ author semper ardentissimus cuius exequias cæsarem præsentia sua exornasse scribit Lipsius ad calcem sui Lovanij dum scite depingit Arcem Heverensem cuius conditor fuit sicut et monasterij cælestinorum .

⇒ Eius vidua ex parte fundatrix domus Lovaniensis postea fuit.

Eius vidua illustris domina Magdalena de Hamal ædificavit medietatem ecclesiæ domus nostræ Lovaniensis cum sacristia sacello Sancti Crucis capitulo, parvo claustro cum tribus sacellis ad latus ecclesiæ præter cellam quæ ante construxerat.

⇒ *Domus cartusiae Lovaniensis cum universitas incorporatu (le reste a été coupé lors de la restauration du ms.)*

Universitas Lovaniensis tum sponte sua tum per cæsarem officij admonita Lutheri scripta hoc tempore hæresecos damnat, editis in lucem certis articulis, quos non multo post eruditissimis commentarijs Ruardus Tapperus magnum unversitatis illius ornamentum illustravit. In initio huius anni die 21 februarij cartusia nostra illic cum universitate incorporata est sub certis conditionibus cuius exemplar ibidem servatur.

Hoc anno etiam Parisienses theologi in solenni conventu Lutheri scripta damnarunt licet longe secus Lutherus et eius amiculi sperassent. Contra hos scripsit Philippus Melanchthon iuvenis apologiam pro Lutero hac inscriptione Adversus furiosum Parisiensem theologastorum decretum.

Hoc anno sermonem habuit V. P. Guilielmus Bibautius, visitator huius provinciæ et prior domus Hollandiæ, in Maiori Cartusia tempore capituli generalis qui ita se conventionalibus dictæ domus probavit ut hoc anno in priorem et generalem totius ordinis eligeretur. Sicut infra dicetur.

Res autem memoratu digna accidit sabbatho post dictum capitulum finitum quod, (quod incidit 7 maj) quando eleemosyna dari solet ut centum viginti duo et ultra pauperes utriusque sexus sese invicem oppresserint et mortui sint circa pontem Cartusiæ pro quibus iudicitur tricenerium sequenti capitulo.

Circa hunc annum obierunt reverendissimus in Christo pater et dominus Hippolitus cardinalis Estensis ex fundatoribus domus Ferrariæ.

Et dominus Raymundus de Pedro, benefactor nova plantationis Ruthenæ.

Et nobilis domina Radegunda Gossembrottin, magna benefactrix Aulæ Mariæ in Buxia.

3 martij obiit honesta domicella Margareta Popponis de Wemelinghe sepulta in maiori claustro cartusiæ Lovaniensis prope ostium nolæ cuius fuit benefactrix.

Hoc anno mense mayo Ferdinandus Austriæ archidux cæsar frater Lintzei Austriæ opido in uxorem ducit Annam Ludovici Bohemiæ et Hungariæ regis sororem unicam Ludovicus vero Budæ in uxorem

ducit Mariam Austriacam dicti Ferdinandi ac cæsar is sororem ijs vivo Vladislao ac cæsare Maximiliano desponsatas. Ut vero cæsar Carolus fratr is sui Ferdinandi honestaret nuptias pro hæreditatria ei portione utramque concedit Austria cum omnibus quæ inde in Germania **dependent/despondent** provincijs.

1521.

⇒ Navarræ regnum rex Franciæ armis subigit.

Ex bello populari Castellæ novum in Vasconibus bellum extitit Arcibus superiori tempore a nostris eversis, et superiori anno adversus populares tormentis et militari præsidio Pompelone detractis Franciscus Galliæ rex ut Henricum in maiorum regnum reponeret Andream Sparrosum Odeti Lautrechij minorem fratrem cum copijs La parte in Hispaniam immisit. Prona omnia et facilia fuere Pompelonem regni caput a prorege Antonio Manrico desertam continuo in potestatem rededit Arcis munitio opponebatur. In ea oppugnatione tormenti ictu Ignatius Loiola e nobilitate Cantabriæ tunc miles deinde societatis Jesu fundator convulso lapide, cruce altero confracto altero vulnerato extreum vitæ periculum adjit. Omnino Ignatio Saucio arx ad deditioñis conditiones redacta est.

⇒ Societatis Jesu origo.

Quo die Ignatius fratrum minimus glande ictus est ab hoste et vulneratus a corpore (is dies fuit feria altera Pentecostes XIII kalendas junij ut etiam ex præcedenti § colligere potest) eo videtur ab almo Spiritu amore ictus et sauciatus in animo, quod et illi salutis et celeberrimæ societatis Jesu foundationis initium fuit. Suscitaverat nuper humani generis hostis Lutherum ad ecclesiæ eversionem, et ecce Deus ad inimici caput conterrendam societatem illam ex milite graviter vulnerato, in aciem dicit.

⇒ Navarræ regnum ad Hispanis recuperatur.

Dux Gallus successu elatus in Castellæ fines irruens Lugrunium diu obsedit, verum nostrorum accusu soluta obsidione ad Reniegam prope Pompelonem victus acie et captus est copijsque dissipatis Vascones cum urbe ipsa Pompelone ad Hispanorum imperium redierunt.

Res domesticas repetamus hoc anno ipso die Georgij die incæperunt lathomi operare pro ecclesia perficienda, et fecerunt quinque fenestras et locum ubi summum altare stetit et hinc usque ad annum 1524 prior domus duobus millibus florenorum sibi a Mercurino cancellario datis fecit magnas præparationes laterum et alborum lapidum. Fuit aurem quidam famulus lathomorum dictus *Opperknappe* qui habuit magnam familiaritatem cum quodam monacho dicto Hubertus de Lacu, cum quo fecerat conventionem ut **secum/forum** pergeret versus Romam ita ut in profesto Sancti Petri ad Vincula ille servus supradictus expectavit Hubertum supra campum retro cellam cui frater proiecerat diversa vestimenta et alia per murum. Prior fugam suspicatus ex eo quod dictus Hubertus curasset fieri togam nigram Bruxellæ a quadam matrona quam sibi deferri iussit simul ut essent vigiles in campo duo donati qui omnia quæ Hubertus proiecerat cæperunt, et mirum quod tandem circa undecimam horam noctu potuerit aufugere cum quadam summa pecuniarum quam idem lucratus fuerat ex imaginibus quas fecerat occulte et sine scitu prioris. Tandem idem servitor recessit ab eo Mechliniæ, et idem frater Hubertus perrexit Romanam sed interim correptus a Domino incurrit gravem infirmitatem et sic devenit ad domum ordinis nostri prope Argentinam, atque ibidem receptus salva poenitentia ordinis, qua transacta secundam in eadem domo fecit professionem scribens priori huius domus et petens humiliter sibi indulgeri de scandalo huic domui per ipsum facto sicut ibidem conversatus est ut meruerit postmodum fungi officio vicarij et usque ad obitum ibidem perseveravit. Quod Deus peccatores infirmitatibus alijsque plagis castigat ut corrigantur evidentissimus quoque testis est paralyticus ille Evangelicus qui propter sua peccata 38 annorum infirmitate percussus iacebat ante probaticam piscinam, et a Jesu tandem curatus hisce verbis dimissus est: Ecce iam sanus factus eo noli amplius peccare ne tibi quid deterius eveniat, quam vocem in confratre nostro prævaluisse ipsius perseverantia testata est.

⇒ Monachi Silvæ ad instantium domini Masse mij obtinent ad reverendo pat. Bibautio spatiamentum.

Testatum omnibus esto quod anno 1521 sub augusti mensis finem reverendi patres dominus Gulielmus Bibautius, prior tum adhuc domus Hollandiæ ceterum paulo post eodem anno electus in priorem domus Cartusiæ Maioris et dominus Carolus, prior domus Capellæ prope Angiam visitatores provinciæ

Teuthoniæ ipso visitationis tempore potestatem olim factam per reverendi patrum priorem Cartusiæ et capitulum generale ut monachi domus Sylvæ Sancti Martini semel annis singulis tempore spatiamenti adire possint parochiam Hemelverdeghem ditionis domini Francisci Massemij equitis aurati concesserint. Quam gratiam confirmavit reverendus patris Justus Perrot hoc anno 1632.

⇒ Concessio imperatoris emendi certos fundos.

Hoc anno imperator concessit nobis privilegium emendi IJ^C florenos non redimibiles et IJ^C redimibiles, et ipsos amortizavit sub onere ut celebraremus perpetuum Avi sui Maximiliani imperatoris electi et anniversarium patris sui Philippi regis Castellæ etc. non fuit modica difficultas impetrandi licentiam propter edictum superioris anni sed dominus cancellarius multum fuit nobis adiutorio.

⇒ Obijt in Maiori Cartusiæ reverendus pater dominus Franciscus de Puteo eiusdem prior et benefactor nec non universalis ordinis amator et pastor.

Die 15 septembris in Maiori Cartusiæ humanis rebus excessit reverendus admodum pater dominus Franciscus de Puteo multis morbis ante finem vitæ longo tempore cruciatus postquam domum Cartusiæ et universum ordinem octodecim annis rexisset, ut de eius gestis pauca recapitulemus domum illam Sancti Stephani, in qua noster princeps Bruno felix migravit ad Christum **alicris/alienis** manibus longissimo tempore occupatam mira diligentia atque industria recuperare cartusianoque ordini aggregare et coniungere ipso iuvante (ut par erat) ordine staduit ipsius quoque diligentia B. pater Bruno, cui multa devotione addictus erat in sanctorum numerum per Apostolicam sedem repositus est cuius quoque vitam aperto sermone edidit. Domus insuper Maioris Cartusiæ fortuito incendio magna ex parte consumpta longe melius quam antea fuerat eius industria ac impensis ordinis instaurata est, nec silentio prætermittendum quo ordo in suo tenore magis ac magis perseveraret tertiam stututorum compilationem edidisse in qua observari quæstiones diu ante exagitatas elucidasse, ac resolvisse, nec hoc omittendum fuerat quod missalia et breviaria ordinis melius quam unquam apta imprimi nec hoc omittendum fuerat quod missalia et breviaria ordinis melius quam unquam antea imprimi cur....(*la suite a été tronquée par la restauration*), propterea a capitulo sequentis anni multum per omnem modum commendatum fuit cui non solum tertius monachatus constitutus est, sed insuper privatis singulorum sacrificijs et publicis omnium precibus enixius commendatus tanquam benefactor primo domus Cartusiæ deinde universalis ordinis amator et pastor.

In reverendi patris Francisci locum ab omnibus electoribus unanimiter suffectus est dominus Guilielmus Bibautius, professus domus Gandensis et prior domus Beatæ Mariæ prope Montem Sanctæ Gertrudis in Hollandia primarius visitator huius provinciæ Teuthoniæ, de quo pauca præfari habeo.

Guilielmus Bibautius natione Flander oppido perquam frequenti Thileto e parentibus ingenuis prognatus omnibus liberalibus artibus a teneris annis imbutus quippe qui cum esset puer annorum novem Lovanium a parentibus studiorum caussa missus usque adeo sensim una cum ætate prudentia ceterisque virtutibus (quæ merito generales vocantur) adolevit: ut inter suos cives innumeros licet facile eminere, et nomen aliquod decusque gestare potuisse si eum vitæ scopum sibi sequendum proposuisset. Ceterum relictis omnibus **studijis/feudiis** cuique mundanis etiamnum iuvenis quo maxime tempore plerique omnes ad honores anhelare solent: quum inter æquales in magno haberetur pretio non solum propter eruditionem, quæ tum temporis rara admodum atque ob id magis suspicienda erat: verum etiam propter mores longe placidissimos in eleganti beneque compacto corpore, et ad omnium gratiam facillime promerendam appositissimos: relictis, inquam omnibus quum suis moribus cum strepitu mundano minime convenire sentiret de suæ animæ salute sollicitus cartusiano sese instituto tradidit. Patres nostri Gandenses hac occasione ordini nostro se addixisse commemorant. Gandavi quippe ludum litterarium cum aperiret in domo Pupillorum in platea Brugensi et quodam die disciplinæ semina in suorum auditorum animos iaceret subito flamma, fulguris instar in schola emicuit; quæ frequenter huc illuc se vibrans, per omnes auditorij angulos desævijt, ac postremo ipsum percussura, ita exterruit, ut votum animo conciperet sese incolumis evaderet cartusianum fere. Unde instar B. Pauli divinitus vocatur

Quid præstitum sit in breviario hoc anno 1521 impressa et 22 aprilis absoluto explicat typographus ad calcem eiusdem sic aiens: habetis per celebres cartusiani hoc vestrum breviarium politissimis characteribus excusum, altero iamdudum exarato longe excellentius. Nam ea quæ vetustum illud, inculto admodum, præposteroque gerit tramite: illa ipsa recens istud congruo digestoque exhibit ordine: utpote magna parvaque responsoria, singulæ antiphonæ, capitula quoque et orationes, et id genus similia hactenus in illo confusa: in isto peculiarem nunc fortiuntur sedem, quo fit, ut huiuscemodi passim indagandi fastediosa illa pristina inquisitio compendiose sublata sit. Quamobrem patres celeberrimi laboriosam hanc traductionem perpendite, et quanta proinde facilitate posthac gaudebitis, domnoque vicario Vallis Viridis gratulamini, etc.

ad melioris vitæ **servitam/semitam** voluti manu est ductus. Sed quo anno quæstio oritur. Petreius in Bibliotheca Cartusiana asserit circa annum millesimum quingentesimum, divino obsequio mancipatum et certum est quod ante annum 1505 quo dominus Arnoldus Stampion ordini se addixit Capellæ cui plurimum congratulabatur præfatus Bibautius iam procurator cum ipse iret ad ordines sacros suscipiendos, unde si anno 1504 complebat tantum ætatis annum vigesimum secundum epitaphium quod in eadem Bibliotheca habetur dicendum restat vel non fuisse sacerdotem ante ingressum ordinis (quod etiam mihi non constat ex aliquo auctore, nisi ex prædictis patribus Gandensibus) vel initiatum fuisse anno ætatis 18 vel 19 quod tunc licebat. Præterea dominus Petreius ex probato auctore, sicut non dubito, scribit in notis Dorlandi in hunc modum: Bibautius adulta iam ætate beneficio principis, cuius liberos erudiebat, ad summos honores ac dignitates evectus soli Deo placere desiderans cartusianæ se familiae Gandavi addixit. Quod non de supremæ patriæ principe Philippo rege Castellæ intelligendum est cum dicat Theodorus Loër in epistola limenari sermonum Lanspergij R. P. divæ memoriae Guilielmus Bibautius domus Maioris Cartusiæ imo et ordinis prior generalis vir usquequa docissimus utpote qui olim haud infirmorum principum in re litteraria præceptor fuerit atque morum institutor quod idcirco dixi propter eos qui scripserunt Bibautium fuisse eruditorem Caroli V et Ferdinandi imperatorum, nam Carolus anno quarto ætatis vix capax fuit disciplinæ et minus Ferdinandus qui ætate minor et qui non venit ad Belgium nisi adulta etate circa annum 1518. Circa igitur initium saeculi 1500 cum statisset ordini nostro se addicere non id temere (ut plerique solent) aggressus est sed longe ante et locum in quem destinaret habitationem coporis deponere: et sodalitatem cum qua victurus esset: denique ducem sub quo prima spiritualis militiae stipendia mereret multa sollicitudine investigavit, et aliquousque prius noscitare voluit quam sese semel in id vitæ genus immitteret non enim eum latebat quam ea magnam in tyrocinio facerent accessionem diligent meditatione præcognita. Nec eum fefellit opinio. Erat ea tempestate atque etiamnum est haud procul a mœnibus civitatis Gandavensis nobile eius instituti monasterium ad fluenta Laidis amnis: qui amnis muros eius monasterij præterlabitur et propemodum alluit: cui præsidebat insigni prudentia vir et eruditione minime vulgare dominus Petrus Fassorius Bellocasius inter suos populares et eiusdem ordinis patres præclari nominis: quem Philippus dux Burgundiæ, et idem post rex Castellæ pater imperatoris Caroli V suum præceptorem nuncupare solebat quod eius pueritiae Lovanij olim paedagogus et in litteris probisque moribus institutor fuisse. Ad huius itaque magisterium noster Bibautius sese recepit, racus id quod erat, fore ut sub tali tantoque duce formatus facile in virum qualem is ordo requirebat evaderet. Nam permagni refert cui te viro formandum permittas sub hoc igitur quantum brevi profecerit quantisque quotidianis auctibus in omni probitate suecreverit non ita longo post intervallo patuit. Nam post paucos annos suum ille primo vicarium, ac deinde totius domus oeconomum instituit. In quibus administrationibus adeo sese prudenter et honeste gessit ut ab eodem sit in priorem domus Hollandiæ ad Montem Sanctæ Gertrudis præfectus. Deinde factus brevi post socius in provincialibus visitationibus ita spectabilis emicuit. Ut primus totius provinciæ Theutoniæ constitutus sit. Postremo quum illud munus splendide ad annos haud ita quidem multos obivisset et monachis domus primariæ cartusianorum notus esse cœpisset, quod alternis annis eo proficiisci pro consuetudine debuerat, ad primam statim occasionem a morte bonæ memoriae dominus Franciscus a Puteo communi omnium domus illius fratrum consensu in primarium totius ordinis cartusiani priorem delectus est, ad quem requirendum venerunt

1521

a domo Cartusiæ duo monachi et unus donatus equestris, cui cum tradidissent litteras anxius et sollicitus ille primo pro onere deinde pro itinere, quod latrocinij et bellis infame erat, cum patre Fassorio Gandensi priore profectus est Aldenardum ubi tunc Carolus V imperator noster agebat: cui denuntiat electionem de se factam rogatque an assensum electioni præbere, et an illuc proficisci pateretur quippe in hostile solum (nam per eosdem etiam in Belgio exarsit bellum inter potentissimos christiani orbis principes Franciscum Valesium Gallorum regem et Carolum imperatorem, vel quia Gallus prælatum sibi in imperio Carolum ægre ferret, vel quia illustrandi dominis occasionem quæreret et tunc Carolus expugnabat Tornacum; (⇒ Bellum inter cæsarem et Francorum regem) et fuit concessum Assumptis igitur duobus viæ comitibus donato uno ex domo Capellæ et altro ex domo Sancti Gertrudis cum tribus illis profectus abijt non per Burgundiam sed per Germaniam, ne ubique periculum incurret.

Rex igitur Franciscus sub finem æstatis venit in Artesiam et cœpit Bapalmam, Buchinium, Hesdinum et Rentiacum. Ut obsessis Tornacensibus succurreret sed ad eos pervenire non potuit.

⇒ Tornacum a Carolo V recipitur et ??????ris Belgicæ provincis adjicitur.

Tornacum a Carolo cæsare undique circumvallatum, maioribusque tormentis per unum dumtaxat diem acierime quassatum ab Gallis deditur, ferijs divo Andreæ Apostolo sacris, nam Francus hanc urbem redemptam susceperat de manibus Anglorum anno 1519, 8 februarij.

Chorus seu Odeum cathedralis ecclesiæ Antverpiensis instauratur cæsare primum fundationis lapidem iacente.

Idem cæsar ad veterem normam imperij Romani, nummo **cadi/eudi** iubet, ut regalis aureos æquivaleret solido romano, quem fieri iusserat Iustinianus imperator, et ex consequenti ceteros nummos. Id fieri primum cœpit Antverpiæ quod imperij esset marchionatus a Justiniano institutus.

In Italia coniunctis cæsar pontifexque viribus Francos Parma Placentiaque eisciunt hasque civitates Ecclesiæ Romanæ restituunt. Mediolanum mense novembri capiunt, ac tandem Franciscum Sfortiam in Insubrum ducatum quem continuis sex annis Franci possederant, reducunt. His rebus feliciter peractis Leo papa epotato veneno in ipso ætatis flore e vivis excedit quum novem per annos Petri Navem præstans nauclerus gubernasset. Grata Leonis memoria posteris fuit propter redditam Italiæ pacem et amplificata literarum studia, Romanam academiam instauratam conquisisitis magno undique artium ingenuarum professoribus, et nobis præcipue cartusianis propter relatum parentem nostrum Brunonem in numerum sanctorum quibus ut anima ipsius societur in cælo Deum deprecor.

14 decembris obijt Lovanij venerabilis et grandævus vir magister Ægidius Heijns sacerdos et sacellanus ecclesiæ Sancti Petri, magnus fautor ordinis nostri et benefactor domus ibidem cui legavit quinque renenses annui census et unum calicem.

Hoc anno circa initium novembris ad domum nostram *ter Schuet* divertit ille religiosus hispanus ordinis Sanctæ Hieronimi, de quo erit sermo sequenti anno.

Hoc anno aliqua permutatio facta est inter D. M. Jeronymum vander Noot cancellarium Brabantiae et conventum; extat litera de data 8 decembris anni 1521.

1522

⇒ Hadrianus cæsar is institutor summus Ecclesiæ pontifex creator.

Anno 1522 ad quartum idus januarij unanimi consensu Hadrianus Belga cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli a collegis cardinalibus pontifex est renuntiatus quamvis absens rebus Hispaniæ distractus, Caroli V in teneris unguiculis eruditus. Vide infra linea.

Hic mirari licet quomodo Belgæ hac tempestate ad supremum honoris apicem promoveuntur quisque in suo statu: princeps ad imperij fastigium, Bibautius ad primatum sui ordinis; Hadrianus tandem ad supremam Petri cathedralm evehitur eousque se dilatavit fortuna Caroli V cæsar is ut etiam milites sub ipso invicti et propterea a Francisco rege Galliæ conducti fuerint, quos cum principe fortunam mutasse asserit Paulus Jovius.

⇒ Obijt honorabilis et circumspectus vir Ghisbertus Ægidij de Pottere, magnus benefactor domus Lovanijs et alter fundator.

Die 14 mensis martij obijt Bergis a Zomam honestus vir ac probus mercator Ghisbertus Ægidij de Pottere Buscoducensis magnus amicus et promotor cartusiæ Lovaniensis sicut et frater eius Walterus defunctus anno 1497. Hi nemque fundaverunt, exerent et dotaverunt ibidem unam cellam cum ambitu suo, nec non dimidiad templi cum omnibus necessarijs scilicet cum testudine campanili summo altari, ponderoso calice, pulchro missali, pretiosa casula et ceteris necessarijs ornamentis. Insuper præfatus Ghisbertus erexit solus maiorem partem maioris claustræ a parte ecclesiæ ac fere totam domum hospitij cum culina, de quibus et alijs multis beneficijs sæpius in diversis locis superius dictum est. Sepultus est in eodem oppido Bergensi apud minoritas in eodem sepulchro cum fratre suo Waltero. Requiescant in pace.

⇒ Magister Judocus Cloet, cantor S. Gudulæ benefactor huius domus.

22 may obijt venerabilis vir magister Judocus Cloet decretorum doctor et ecclesiæ Sanctæ Gudulæ canonicus et cantor, benefactor huius domus nostræ Bruxellenses, habuitque monachatum per provinciam.

⇒ Ordinationis (*le reste est effacé sauf la fin*) donatorum.

In annuo generali capitulo nostro ordinatum fuit ut donati sine proprio vivant et de necessarijs eis provideatur. Quæ autem de obedientia, fidelitate continentia, atque alijs quibusdam articulis, prout in statutis habentur sub pena carceris vel expulsionis ipsi donati observent, et præsidentes eorum observari faciant. Præsidentes etiam super eorundem donatorum statu in statutis expresso de cetero non dispensent aut litteras seu instrumenta contra formam ordinis faciant. Quæ enim contra statuta fiunt merito pro infectis haberri debent. Cum nemo plus iuris in alium transferre potest quam ipsi competere noscitur verum quia et ipsi donati privilegijs, indulgentijs et libertatibus ordinis gaudent ideo infra duos menses post hanc acceptam chartam si nullum iam portant religiosum habitum in assumendo donati domus cartusiæ se conforment. Quod si qui huic ordinationi non acquieverint ad qualescumque obedientias ordinis iam habitas vel habendas inhabiles et privandas declaramus nihilominus agriculturæ aut alijs domorum suarum laboribus manualibus mancipatur atque a ceterorum obedientium donatorum convictu separantur donec resipiscunt.

⇒ Contribu..... domo Sancti Crucis in urbe. ?????????? Brnardum ?????? de quo supra fit mentionem anno 1508.

Sequitur alia ordinatio prolixa valde qua monentur priores et officiales omnes ut velint aliquid contribuare ad ædificationem cartusiæ Romanæ, quæ favore et beneficentia reverendissimi domini Bernardini cardinalis Sanctæ Crucis ac episcopi Ostiensis eousque provecta erat ut quotidie septem in ea religiosi confratres nostri presbyteri ibi hoc habitarent die ac nocte divinum officium peragentes, pro quorum sustentatione visitatores provinciæ Lombardiæ Propinquiorus et Remotioris iubentur exigere a domibus dictarum provinciarum ducatos 70

De electione Adriani pontifex hac habet dominus Molanus denique Leone mortuo homo exterus et in finibus Germaniae natus Romae incognitus, nec visus unquam, a quibusdam nec de nomine notus tanto denique locorum spatio dissitus stupentibus. Patribus uno tantum reclamante quod ingognitum nominare non posset, nullo aut amicorum aut principum studio sed solius Dei dispositionae 38 suffragijs pontifex maximus est renuntiatus.

1522

Circa hunc annum obiit illustris et magnificus dominus Fredericus de Egmunda, comes de Bueren, magnus benefactor domus Sophiæ.

Item domina Hilwidis, ducissa relicta illustris domini de Spolia, comitis perpetui Palatini, quæ multum contulit domibus in Hungaria.

Item domina Joanna Vasseur, magna benefactrix domus monialium prope Gosnayum; vita quoque defunctus fuit circa hæc tempore dominus Hermannus Heynacken, prior domus Diestensis et convisitator provinciæ.

Hoc anno cæsar iter in Hispaniam parans Belgas Margaretae amitæ regendos committit in imperio Ferdinandum fratrem legatum constituit.

Middelburgi Zelandiæ classe centum quinquaginta navium, quæ ventum ex oriente spectabat parata quatuor millia Germanorum ac duo millia Belgarum peditum imponit sequentibus non paucis voluntarijs. Iubentur Hamptonij Angliæ oppido maritimo cæsarem expectare. Is enim 24 may Brugis Flandriæ terrestri itinere profectus Neoportum inde Dunkerkam tandem Caletum venit exceptusque est magno cum honore a regis Angliæ legatis. Postero die consensa navi spatio 4 horarum Caleto Dovveram in Angliam appellit paucis paginis pompa describi non posset, quam cæsaris honorandi caussa Londinenses regis iussu apparavere. Arcuum triumphalium non erat numerus versibus latinis ac vernaculis regibus congratulantes legebaturque inter alia et hoc distichon

Carolus, Henricus vivant, defensor uterque
Henricus fidei Carolus ecclesiæ.

Circa hoc tempus puto anno superiori Henricus eius nominis octavus Angliæ rex magno zelo ardens cum omnium admiratione docte solideque scripsit in Lutherum eo nomine a pontifice Leone decimo et amplissimo cardinalium senatu catholicæ fidei defensor tunc appellatus. Hoc auditio Lutherus omnis pudoris et modestiæ oblitus libro pestilentissimo insolentissime in eum invectus est, utque eius elevet auctoritatem non solum ecclesiæ Anglicanæ Henricianæ insultat, sed et omnibus papistis Thomistis antiquis patribus, ipsismet (quæ fuit eius animi impotentia) Angelis bonis et malis.

De Henrico autem rege merito illud decantatur: Dici beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet

Quum integrum fere mensem cæsar in Anglia egisset quarta jullij classem concendit et decimo sexto in portum D. Andreæ apud Astures intulit.

26 augusti Valledoletum veniens incredibili honore ac pompa ab omni hominum generi excipitur. Spectacula vero ea ratione erant composita ut culpam rebellionis deprecarij, gratiam ac veniam pompa ipsa rogare videretur. Postridie calendas septembbris cæsar Tordesillam intrat, matremque summa cum reverentia salutans pro patre Philippo anniversarium Deo sacrificium fieri iubet egenisque liberaliter aurum dividit.

Hoc anno ut habet liber nostræ fundationis (quamvis ex sequentibus putarem præcedens) circa festum reliquiarum, venit ad domum istam quidam religiosus de Hispania ordinis Sanctæ Hieronymi dictus frater Petrus sub cruce (non de Leon) nobilis ut **assermus/asserunt** cum litteris imperatoris ut eundem reciperemus eiusdem expensis, sed nihil inde recepimus, habuit capellatum sacerdotem qui vocabatur frater Jaspar et conversum eiusdem ordinis. Erat vir devotus sed multum verbosus. Postquam imperator venerat Bruxellam multi magni domini ac vulgares de Hispania visitaverunt eum quibus dabat monita salutis, et aliquando accessit ad imperatorem, quia dedit illi audientiam per spatium unius aut duarum horarum (vel tunc non hospitabatur adhuc apud nos, vel certe contigit hoc superiori anno) iactabat se

multa facturum pro ista domo sed parum aut nihil fecit. Interim recepit multa munuscula præsertim a mulieribus nominatim a domina Emmerie.

Bernardinus Caravagial titulum Sanctæ Crucis adeptus basilicum illam restituit, ornavit, altaria erexit, et monasterij porticus condidit Ostiensis episcopus et sacri collegij princeps Romæ migravit e vita Clemente 7 pontifex sepultus Romæ in Cœdæ Sanctæ Crucis in Hierusalem Vincentio Pimpilena in eius funere orante: ubi hoc legitur epitaphium. bernardino Caravial natione Hispano patria Placentino, episcopo Ostiensi cardinali Sanctæ Crucis ob egregias virtutes doctrinamque in sacris litteris singularem ab Alexandro VI pontificæ maximo in numerum patrum ascito, pluribus legationibus pro republica christiana functo integre sapienter prospera fortuna, moderate, adversante constanter uso per omnem vitam piu ac religioso vixit annis 67, menses 3, dies 8, obiit 17 calendas januarij 1522.

⇒ Erat potius vidua regis Ferdinandi.

calicem ac diversis pallia, domina etiam regina d'Arragon (~~quam puto Margaretam Austriacam eo quod primo in matrimonio principem Arragonum~~) visitavit eum, fuitque in domo ista usque ad finem may anni sequentis 1523 sic quidem habet liber fundationis, sed hæc describendo animadverto errorem esse manifestum in anno et quidem precedenti anno venisse ad domum nostram, ibique exegisse hyemem, atque usque ad finem may huius anni 1522, (*au-dessus dela ligne*: mansisse certum) sequitur enim: In tantum autem seduxit procuratorem huius domus Judocum Fabri ut secum adduxerit sine licentia prioris sui; quando venit idem frater Petrus Gandavum cum procuratore nostro quadam die veneris habuerunt tale responsum ab imperatore quod die sabbatho sequenti locaverunt currum, cum quo perrexerunt versus Alemaniæ. Constat autem ex præcedentibus et probatis historicis hoc eodem mense et anno ex Flandria cæsarem discessisse versus Hispaniam: sed prosequamur historiam videbimus statim vindictam adfuisse præ foribus: quando idem frater Petrus et cum eo procurator noster venirent *te Namens* puto Namurcum quidam miles qui venerat cum eo ex Hispania cum tribus malis plenis omnium bonorum recessit ab eo, et idem fecit conversus frater Joannes cum famulo dicti militis, et dimiserunt eum vacuum, dignum erat ut qui alienum subditum subtraxisset proprios amitteret, et nemo mansit cum eo nisi procurator noster præscriptus et capellanus eius qui modico tempore postea etiam ab eo recessit, sic mendicantes hostiatim perrexerunt versus Romam, et tandem pervenerunt ad quoddam parvum monasterium distans una dieta ab urbe. Inde misit dictus frater Petrus, frater Judocum Neapolim ad domus Mingeval viceregem petens ab eo ut illi provideret de aliquo loco ubi posset vacare orationibus et contemplationibus, qui eo perrexit per mare multas contumelias a scurris et turcis sustinens (qui in trimeribus ut verisimile est laborant) tandem ad viceregem pervenit et adventus eius causam cognoscens misit unum de servitoribus suis ad fratrum Petrum sub Cruce cum vestimentis et alijs rebus quas ibidem habuit. Cum autem venissent ad prædictum monasterium invenerunt eum mortuum, reversus servus nuntiavit hoc domino suo: frater autem Judocus inde multum perplexus et contristatus secundam naufragij tabulam apprehendit pœnitentiam et perrexit ad visitatorem Lombardiæ Remotioris, priorem domus prope Apuliam qui reconciliavit eum ordini, et ex licentia reverendi patris ivit Romam ad monasterium Sanctæ Crucis inde scripsit priori huius domus, quod ab eodem fratre Petro eremita fuisse deceptus et seductus, quanquam scribat eum clarius miraculis post mortem, si ita est oportebat excusare ob bonam intentionem, non in eum culpam reicere, quia adhuc forte cartusianis licet ad vitam anochoreticam transire. Qui scripsit hæc invehitur nihilominus in prædictum Judocum propter scandalum illatum domui discedendo absque licentia, et damnum, et inhoneste dimittens ordinem et domum qua enutritus fuerat a iuventute in Anderlaco et postea missus Lovanij expensis eiusdem domus, et sic retribuit mala pro bonis, verum humanum est peccare, resipuit, et ita se gessit in Italia ut in duabus domibus ordinis scilicet Padulæ et Sancti Jacobi in Insula de Capri meruerit præfici in priorem in qua postrema obiit 9 septembribus 1532.

⇒ (*face à ce §, quasi illisible*) Camalducenses habeant privilegium ab Eugenio papa recipiendi de quieuscunque congregationibus domibus monasterijs sine non mendicantium et tuisiensis ordinis sed superioprum suorum tentia petita licentiam obtenta

Hinc obiter, benevole lector, animadverte quam necessarium sit ad chronologiam instituendam, et temporis rationem in eundam nostra sæcularibus intersetere nisi velimus toto quod diunt cælo oberrare.

⇒ Henricus Ory institutus procurator hoc anno 1522.

Post domni Judoci Smet recessum, ordinatus fuit in procuratorem huius domus dominus Henricus Ory.

Eodem tempore quædam pedissequa reginæ Arragoniæ dedit Dominæ Nostræ de Gratia casulam de serico rubeo et albo, quam adhuc nos habere puto, et fuisse eam quam dixerat in recessu suo nos brevi habituros prædictus religiosus Hispanus.

Nec hac ingratitudine domni Judoci ita fuere offensi aut pusillanimes facti venerabilis prior et conventus noster in Schuet, ut desisterint pueros enutrire in scholis, quia charitatem potius auxerint in propria domo eos educantes, et eis paedagogum digna mercede providentes, ut patet ex subiuncto instrumento.

⇒ Contractus capituli Anderlactensis de iuvenibus scholaribus in sacello Nostra Dominæ de Gratia ter Schuet.

Universis et singulis præsentes literas inspecturis seu audituris decanus capitulum ecclesiæ collegiatæ Beati Petri Anderlectensis iuxta Bruxellas, Cameracensis diocesis, salutem in Domino cum notitia veritatis. Notum facimus quod cum iterum nobis verbo denuoque scripto sequenti sub tenore. Petunt humiliter pater prior totusque conventus Nostræ Dominæ de Gratia, ordinis carthusiensis, ut ex charitate et propter Deum possint corporaliter sustentare novem pauperes scholares et eosdem in cantu doctrinis et moribus instruere, atque ut ijdem novem iuvenes præfati possint in capella Nostræ Dominæ de Gratia prædicta quotidie laudes et interdum missam ex devotione cantare, non in augmentum iuris eorundem fratrum nec in diminutionem iuris ecclesiæ Anderlectensis sed semper salvo iure cuiuslibet etiam cum tali conditione quod si in posterum compertum fuerit aliquid mercedis vel lucri vel quæstus hac de causa propter instructionem novem pauperum præfatorum præfato monasterio advenisse hoc cedet in ius capituli Anderlectensis præfati. Pro parte antedictorum dominorum patris prioris totiusque conventus Nostræ Dominæ de Gratia, ordinis cartusiensis, supplicantium extitit quatenus ipsis ex charitate et propter Deum facultatem et licentiam sustentandi in eorum monasterio novem pauperes scholares eosdemque in cantu doctrina et bonis moribus instruendi. Atque ut ijdem novem iuvenes præfati possint in capella Nostræ Dominæ de Gratia prædicta quotidie laudes et interdum missam ex devotione cantare cum et sub conditionibus suprascriptis prout et quemadmodum in dicta præinserta supplicationis schedula plenibus et latius continetur et habetur concedere et impetriri vellemus et dignaremur. Nos igitur decanus et capitulum præfati ad dictorum dominorum patris prioris et conventus supplicantium instantiam precibus et persuasionibus venerabilium et religiosorum virorum domorum Petri prioris domus Vallis Regalis iuxta Gandavum nec non Michaelis, prioris Sylvæ Sancti Martini iuxta Geraldimontem visitatoris provinciæ Theutoniæ dictum conventum Nostræ Dominæ de Gratia pro tunc visitantibus sub octavum huius mensis octobris, dum nobis factis inducti, et inclinati, volentesque dictis supplicantibus bona nostra temporalia libenter seminare ut bonorum ipsorum spiritualium participes fieri possemus eisdem priori et conventui sub prædictis in superinserta supplicatione conditionibus expressis ut spatio octodecim annorum continuorum et sibi invicem coherentium, et non ultra novem vel ad summum duodecim pauperes scholares et non ullo respectu fupo vel pretextu plures sine et absque aliqua spe recompensæ alere ac eosdem in cantu grammatica et bonis moribus instruere. Eusdemque in capella Nostræ Dominæ de Gratia quotidie hora nocturna laudes Divæ Virginis, et interdum missam ex devotione (dummmodo tamen dominicis et festivis diebus atque vel circa nonam horam compleatur, et per hoc divino cultui in nostra Anderlectensi ecclesia, minime præiudicetur) decantare possint et valeant. Salvo insuper quod in recognitionem jurisdictionis iurispatronatus seu iuris archidiaconalis et dignitatis nostræ collegiatæ ecclesiæ Anderlectensis dicti prior et conventus bona fide singulis Natalitijs Domini in Jesu Chrisri dicto termino octodecim annorum, quorum primas cedet natali proximo anno millesimo quingentesimo vicesimo secundo, sibi invicem. coherenter durantium et non ultra in singula capita scholarium per eos ut præmittitur pro tempore futurorum unum caponem in specie seu plumis legitimum et deliberabilem nobis decano

et capitulo prædictis quot annis effectualiter persolvere et deliberare tenebuntur. Ad eamdem solutionem se et sua ac dicti eorum monasterij bona mobilia et immobilia presentia et futura obligantes et quibuscumque iudicibus ecclesiasticis submittentes sane intellecto quod si ad duodecim numerum prætactum non foverint vel in toto vel in parte dictam scholarium fotionem et laudum ac missæ decantationem intermiserint tunc et in eum eventum pro rata et numero capitum sive scholarium (modo non ultra duodecim) huiusmodi capones solvent et deliberabunt, gratiose ad dictorum venerabilium patrum instantiam ac pietatis intuitu annuimus consensimus et facultatem dedimus, prout annuimus consentimus et facultatem damus per præsentes. In quorum omnium fidem robur et munimen duplices huius tenoris litteras et nobis et ipsis patri priori et conventui prædictum militaturum, dicti patris et notarij nostri subscriptione unacum eorumdem sigillis munitas fieri et nostri appensione sigilli corroborari iussimus. Datum decima tertia die mensis octobris anno millesimo quingentesimo vicesimo secundo.

Subscripsit

Joannes Meerhout prior: De mandato et ex relatione dominorum decani et capitulo nec patris seu prioris nomine conventus præfatorum præmissa affirmantium et approbantium subscripsit.

Cornelius a Lapide Apostolica auctoritate nec non dominorum decani et capitulo notarius iuratur.

Notandum pueros hos non per personas ordinis fuisse instructos sed per sacerdotem, qui a nostris alebatur et stipendum merebatur unde et adhuc anno 1565 invenio in quodam computu deberi domini Mathiae instructori iuvenum nostrorum super integro anno XXIIII renenses guldenses (*au-dessus de la ligne*: floreni) V stuferos, unde etiam constat terminum præfixum fuisse prolongatum, et ego ipse vidi sacerdotem sacerdotem senem qui dicebatur fuisse paedagogum iuvenum in Schuet.

Hoc item anno fuerunt in Schuet recepti ad statum præbendariorum duo, primus Quirinus de Bruxella, et alter frater Wilhelmus van Zuene, etiam Bruxellensis sub spe quod futuri essent donati tempore suo. Sed pater ipsius Quirini transtulit filium suum ad domum Antverpiensem ubi habuit fratrem sacerdotem, ex quo non volebamus eum recipere ad statum donati propter certam causam.

Obiit 5 decembris Lovanij, honesta matrona Alberta II Delfensis vidua magistri Gilberti Waddinck sepulta cum se marito suo in priori ecclesia cartusianorum quibus benefecerunt in vita, et ipsa adhuc post mortem legavit sex parvos cyathos argenteos pro instrumento pacis.

⇒ Christiernus Daniæ regnis sepultus est (*le reste est effacé*)

Christiernus Daniæ, Norvergiæ et Sueciæ rex cum impotenter rempublicam administrasset Frederico Holsatiæ duce eius Patruo ac Lubecensibus in ipsum arma sumentibus regnis pellitur ac cum uxore Isabella Caroli V imperatoris sorore ac liberis hoc anno Mechliniam venit. Post quem Fredericus a Danis et Norvegis Gustavus vero Stenovis Sturij senioris nepos a Suecis reges salutati sunt decembris 24 profesto Natalis Christi Clara Rhodus (ut Horatius vocat) ab Solimano Turcarum imperatorum ingenti Christianorum damno capitur.

~~Hoc anno in festo S. Joannis Baptistæ fecit professionem dominus Joannes Zuene si eam opere complesset ex parte illius et parentum venerunt domui 44 renenses prout anno 1524 male posui.~~

⇒ Acquisita a conventu.

Conventus emit hoc anno duas tertias partes tredecim jornalium terræ lapidæ *opden Winckel* et accepit in hæredationem coram officiarijs episcopi Cameracensis 12 septembries.

Item aliam tertiam partem prædictorum 13 jornalium conventus accepit in possessionem coram scabinis capituli Nivellensis prima augusti, ponuntur hæc sub titulo bonorum in *Dielbeck*. Item tres modios siliginis pertinentes ad fundationis bona

1523

⇒ Ducas Borbonij ad cæsarem desertio.

Anno 1523 Carolus dux Borbonius regia stirpe princeps editus totiusque Galliæ equitum magister capitali odio erga Franciscum regem concepto ad Caroli cæsaris duces in Italiam transfugit, multi fuerunt apparatus belli.

⇒ Frisia Occidua cæsari acquisita.

sed vix quidquam effectum præterquam quod Joannes Vassenarius Frisiæ Occidentalem universam Caroli V imperator nomine subegerit, sed sub finem anni proh dolor ex vulnere obiit.

⇒ Duo ob haeresim Bruxellæ flammis exusti.

Anno superiore Antverpiæ monachi ordinis Sancti Augustini habitantes infecti opinionibus Martini Lutheri iussu Margaretae Austriacæ Belgarum gubernatricis a civibus urbe pelluntur, monasteriumque funditus diruitur, et hoc anno duo ex his ob pertinaciam Bruxellis flammis exusti sunt.

⇒ dominus Henricus Ellini vicarius domus Ultraiecti et quondam prior domus Campensis pie moritur.

In profesto Annuntiationis gloriosæ Virginis Mariæ prædilectus pater Henricus Ellini de Hoorn quondam pastor in Loenen, monachus et vicarius domus nostri ordinis Ultraiecti animam Deo reddidit, intra secundam et tertiam horam post Prandum præsente conventu et litaniam dicente. Fuerat olim prior domus Campensis.

Circa octavas venerabilis sacramenti honesta matrona Amsterdamsis Catharina, vidua dominus Fekerdy duos filios monachos in cartusia Lovaniensi visitans liberaliter tractavit conventum, et insuper dedit 30 stuferos annui redditus redimibiles denarios 18 ad emendum et distribuendum monachis et conversis oleum olivarum singuli annis in Adventu et Quadragesima prout pecunia sese extenderet, et plures personæ aut pauciores forent, aut oleum levioris aut carioris pretisque, forte quia.

Hoc anno R. P. dominus Guilielmus Bibautius concessit religiosis ut post Adventum et Quadragesimam. Si quid residuum habuerint ex oleo olivarum in Adventu seu Quadragesima ministrata possint illud servare, et uti prædicto extra prædicta tempora.

Hadrianus pontifex regibus Hispaniæ fecit potestatem legendi epistolas et præsentandi diploma octavo idus septembbris concessum. Dedit etiam ut trium militarium ordinum præfectura ab alijs pontificibus ad tempus concessa, deinde Castellæ regibus propria perpetuaque esset. Pontifex ipse postridie idus septembbris Romæ obiit, ecclesiasticis sacramentis prius religiose acceptis, præfuit annum unum, menses octo, dies sex, vir dignus qui pontificati pluribus annis præsesisset præterquam quod per totum ordinem habuit tricenarium etiam in provincia Teuthoniæ habuit plenum cum psalterijs monachatum. Elogium sepulchro inscriptum apponam.

Hadrianus VI pontifex maximo Traecto insigni Inferioris Germaniæ urbe oriundus dum humanarum rerum maxime aversatur splendorum, ultro a proceribus ob incomparabilem sacrarum litterarum scientiam, ac prope divinam castissimi animi moderationem, Carolo V cæsari augusto præceptor, ecclesiæ Dertusensi Antistes, sacri senatus patribus collega, Hispaniarum regnis præses, reipublicæ denique Christianæ divinitus pontifex absens adscitus. Vixit annos 64, menses 6, dies 13, decessit XVIII kalendas octobris anno a partu Virgineo 1523 pontificatus sui anno 2. Wilhelmus Enckvort illius benignitate et auspicijs tituli sanctorum Joannis et Pauli presbyter cardinalis Dertusensis f. c.

In eius locum successit Clemens VII, Florentinus, Juliani Medices filius ad 13 calendas decembris.

⇒ Obijt dominus Firminus Tornant benefactor huius domus

In festo Sanctorum Simonis et Judæ obiit dominus Firminus Tornant, Mechliniensis, oriundus ex Hannoniæ, qui in hac domo filium sibi cognominem monachum in cuius professione domui contulit quadringentos rhenenses, dedit etiam lectorium æneum quod constitutum erat in medio chori satis pretiosum, erant in eo tres imagines æneæ una Beatæ Virginis Mariæ, altera S. Joannis Baptistæ, tertia S. Hugonis episcopi Lincolniensi sustinebat librum in hoc lectorio aquila. Præterea post obitum reliquit medietatem omnium bonorum suorum.

⇒ Oratio pro conversione Lutheranorum.

Anno Domini 1524 ineunte quadragesima Leodij (cuius diœcesis pars magna erat Brabantia) diploma pontificium promulgatur, quo Clemens VII plenariam peccatorum remissionem ijs omnibus indulxit qui contritione et peccatorum suorum sacerdoti facta confessione, nec non triduano ieunio præparati sacram communionem perciperent oraturi pro Lutheranorum conversione, concordia principium Christianorum, et fœlice pontificatus sui successu.

Ordinatio quoque per capitulum nostrum generale pia valde et prolixa facta est cuius sensus et summa hæc est: de recipiendis apostatis qui a fide ad Lutheranismum deseruerunt si redierint, si non redierint, præcipitur officialibus omnibus, ut si opus fuerit invocato etiam brachio sæculari capiant vel capi faciant. Quibus et multum commendatur misericordia, et ad extremum iustitia. Denique preces instituuntur pro ijsdem per totum ordinem, et forte illæ a summo Pontifice demandatae.

⇒ Oratioad omnes personas provincia Theutoniæ.

Denique in charta capitulo subiungitur extraordinaria et inusitata parænetica oratio ad personas omnes provinciæ Teuthoniæ, quibus diffinitores capituli generalis precantur et optant spiritum consilij et fortitudinis, et videtur esse saliva R. P. Bibautij qui suis patriotis cavebat et primum hoc anno præsidere cœpit capitulo generali quantum potui colligere ex quibusdam scriptis.

Venerandis patribus et fratribus nostris provinciæ Teuthoniæ in Christo Jesu nobis charissimis spiritum consilij et fortitudinis.

Quoniam superioribus annis in quibusdam Germaniæ partibus suborta est doctrina quædam nova, et ab ecclasiastico ritu hactenus observato satis peregrina quæ in dies magis ac magis in humanas mentes serpit, unde non modica simultas in ecclesia Christi succrevit, invalescitque quotidie et multorum animæ periclitantur. Nos pro Dei honore, animarum salute, et ordinis nostri decore hac stabilitate auxie solliciti hortamur vos fratres in Domino charissimi, et in visceribus Jesu Christi rogamus ut secundum Apostoli Pauli traditionem obediatis Præpositis vestris et subijciatis vos eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris

reddituri, ut et cum gaudio hoc, faciant et non gementes. Hoc enim pacto obedientia vestra, sicut olim, ita et modo in omni loco divulgata ad æmulationem provocabit plurimos, ut resipiscant ab erroribus suis, et ad agnitionem veritatis conversi sicut filij charissimi imitatores fiant Jesu Christi, qui in diebus carnis suæ usque ad mortem crucis non solum obediens Patri suo cælesti, sed etiam Virgini Matri subditus fuit vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Nam qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, et ipse ambulare, ne illud eveniat illis, qui superbunt, et inobedientes sunt, quod in Deuteronomio scribitur: Qui superbierit nolens obediare sacerdotum imperio, qui eo tempore ministrant Domino Deo tuo, decreto Iudicis morietur homo ille, ut auferatur malum de medio Israel, cunctusque populus audiens timebit ut nullus deinceps intumescat superbia. Hæc autem verba cum vera sint et fidelissima in cordibus vestris velut animalia munda ruminetis attendentes ordinem vestrum, vota vestra confessionem vestram bonam, quam coram multis testibus Deo et ordini nostro fecistis: Quin etiam maturius considerate si charitatem primam retinentes secundum spiritum ambulatis; debitores enim estis non carni ut secundum carnem vivatis, quia si secundum carnem vixeritis moriemini: manifesta enim sunt opera carnis, quæ ut nostris in epistola ad Galatas plenius recensentur, qui vero talia opera carnis agunt regnum Dei non consequentur. Vos autem sicut confidimus vivitis spiritu et spiritu ambulatis, et facta carnis per spirituales disciplinas mortificatis. Porro quia in pace vocavit vos Deus, quæ pacis sunt sectemini, et nolite contendere verbis, quia nos non talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei, ut circa quæstiones et pugnas verborum languescamus solitariam enim vitam assumpsistis, quibus legem perscribens Propheta Domini, sedebit, inquit, solitarius et tacebit, et levabit se supra se cum silentio præstolans salutare Dei. His sic se habentibus non est vestrum illarum quæstionum difficultates dissolvere, aut veritatem definire, quæ non sine profunda indagine multo labore et vehementi studio in generalibus Ecclesiæ Christi concilijs a sanctissimis Patribus et doctissimis viris plenissime sunt disputata et definita: a quorum etenim sententia discedere et in aliam nedum a Romana Ecclesia vel Generali concilio approbatam descendere, ac de talibus disputando unam partem defendere, alteram impugnare, hoc a Carthusiana simplicitate quam habemus in Christo longe debet esse alienum

Nihil igitur faciatis in alteram partem declinando ne ea de re decernentes quæ excedit mensuram quam mensus est vobis Dominus cum subsanatione audiatis mures egressi de suis cuvernis ponunt in cælum os suum tanquam si formam habeant scientiæ et veritatis in lege, cum magis debeant istiusmodi laborare in gemitu suo, et per singulas noctes lachrymis stratum suum rigare. Pugnent autem in campo cum Josue qui ad huiusmodi pugnam verborum sunt vocati; vos vero cum Moyse in monte aut cum Samuele in templo conquiescatis. Si enim culpatur homo qui iudicat fratrem suum aut spernit, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia eum qui innititur prudentiæ suæ et indicat eos, quos Dominus constituit super familiam suam, quibus et data est potestas a Domino imperandi quæ ad rem pertinet. Per viscera ergo misericordiæ Dei obsecramus vos fratres Sancti et electi a Deo ne moveamini a Sancto proposito vestro et a loco quo vocat vos Dominus, donec ille qui profunda fluviorum scrutatur et abscondita perducat in lucem Ecclesiæ Catholicæ sponsæ suæ, incerta et occulta sapientiæ suæ manifestaverit, et tunc scilicet universalis Ecclesiæ decreto illam viam teneatis et legem, quam Spiritus Sanctus per ora Sanctorum suorum iudicabit omnibus vobis. Venerabilis omnium mater vestra Cartusiana Religio bonorum memoria digna nunquam ad prophanas novitatum voces, aures apposuit, nunquam excidit a propria firmitate nunquam supra omnes docentes se intellexit, nunquam fuit nec est similiter subtractionis filia in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Quæ pia Mater vestra licet a quibusdam se contemptam videat non potest tamen oblivisci filiorum uteri sui, sed usque hodie sine ira et disceptatione levat puras manus suas ad Deum pro his qui declinaverunt ab ea: Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt Nec mirum, decrevit enim calatum quassatum non conterere magis autem studet quod confractum est alligare. Illam igitur imitantes Ecclesiam Dei audiatis, eius mandatis obtemperetis, pro solius veritate et pace sine intermissione oretis. Fiat et obsecratio vectra ad Deum pro ipsis in salutem, qui ad horam recesserunt a vobis ut in æternum recipiatis illos ad vos revertentes ac tandem fiat unum ovile, et unus pastor permaneat omnibus nobis et vobis Jesus Christus, qui fecit utraque unum et manet benedictus Deus in æternum. Bene valete, nostri memores in orationibus vestris apud Deum. Datum Cartusiæ, sedente capitulo nostro generali, die 28 mensis aprilis anno Domini 1524, sic subsignatum G. prior Cartusiæ. Diffinitores capitulo generalis

Frater Joannes Bynchois, scriba capitulo generalis

1524

⇒ D. Joannes Zuene recipitur pro Monacho in Schuete et eius legatum anno 1522, per errorum hie scriptum est lego et testamentum huius conditum anno 1525, 22 junij quamvis forte aliter alibi legerim. Ab eo tempore quo dominus Joannes Meerhoud præsidere cœpit huic domui scilicet ab anno 1517 non lego eum quemquam recepisse ad ordinem pro monacho usque ad hunc annum 1524 ut merito septem anni sterilitatis dici possint. Recepit autem Prior hoc anno, 24 junij dominum Joannem Zuene Bruxellensem, qui et anno revoluto professus est, ex testamento Parentum eius et nostris habuimus annue 44 renenses alios 32 dederunt pro reparatione cellæ et ambitus et 12 ad emendum opera Beati Hieronymi, et si quid amplius. Videtur initia aliquod specimen religionis dedisse quandoquidem numeretur inter vicarios huius domus; sed postea permisit se decipi callida fraude Novatorum huius seculi. (*Jan Zuene trad in op 24 Juni 1524 en gaf een som geld om de werken van Hieronymus te kopen, die door Erasmus waren uitgegeven*). Merito poterat illi dicere venerabilis pater prior quod Jacob quondam filio suo Ruben, Zuene primogenitus meus et principium doloris mei. Et R. P. Bibautius, quid docere potuit si tunc supervixit feci admonitiones, adhibui preces, incuosi terrores, commendavi misericordiam, miscui vinum et oleum, curavimus Babylonem et non est curata, aut quid ultra debui facere vineæ meæ et non feci. Vide Ezech. 33.

Et quia meum lectorem contrastavi de mala receptione dicti Zenen subiungam aliam iucundiores quæ facta hoc anno in domo Ultraiectina, siquidem in festo Beati Silæ Apostoli dominus Joannes Arnoldi de Traiecto Camelaer ac Vijff ipsius civitatis habitum nostri ordinis suscepit in exemplum plurimorum stupentibus cunctis et admirantibus qui anno sequenti emisit professionem et progressu temporis electus est in priorem domus Monachorum, ibique multas iniurias et violentias ab hereticis Lutheranis passus est quas patienter sustinuit, et constans permansit usque ad mortem. In multisque alijs sanitatis et electis prævaluit vox pastoris.....

Circa hunc annum obiit illustris Dominus Guilielmus Inglebens, eques miratus dominus Elifforde (forte Clifford) magnus benefactor ordinis qui construxit in domo Montis Gratiae Provinciae Angliae quinque cellas monachorum et habuit plenum monachatum.

Item nobilis Domina Francisca de Lutzemburg uxor Domini Philippi de Ravesteine de qua plura inferius dicemus, cum ad obitum mariti ipsius pervenerimus.

Hoc anno, prout notatur in libro fundationis, serenissimus princeps Carolus Romanorum, Arragonum, Castellæ, utriusque Siciliæ Rex etc., Burgundiæ et Brabantia Dux, etc. contulit domui huic tria millia ducatorum aureorum per perfectione ecclesiæ pia eum ad hoc inducente causa et generoso cancellario suæ maiestatis Mercurino de Gattinaria sub certis tamen oneribus, videlicet quod perpetuis temporibus singulis diebus celebraretur una missa ad placitum cum penultima oratione Cæsareæ Maiestati congruente in Capella Nostræ Dominæ de Gratia. Post obitum vero dicti Imperatoris cum penultima oratione Deus cui proprium in singulari. Item quod procurabimus ipsi a nostro capitulo generali plenum cum psalterijs monachatum quod et factum est.

1524

⇒ Nobilis Dominus Aegidius Daveluy, magister curiae imperatoris aedificavit et dotavit cellam in Schuet. Notatur hoc anno in domus calendario ad quartum kalendas aprilis anniversarium domini Aegidij Daveloys et parentum eius et pro quibus intendit qui contulit quingentes renenses ad aedificationem cellae, et septigentes renenses ad redditus emendos ex quibus sex ordinavit ad pitantiam. verum haec donatio scribitur in libro fundationis prius facta anno 1526. Unde venia mihi tribuenda est si non omnia suis locis collocata inveniat lector.

⇒ Terminatio aliquorum processuum

Hoc eodem anno 1524 terminati sunt processus de Bergis via amicabili dominis de concilio nos ad hoc inducentibus scilicet quod daremus ad certos terminos L renenses.

Item processus inter monasteria Dargenton et Gardineto et nostrum de iure quod praetendebant in curti dicta *Ditterbroeck*, quod ipsis duobus monasterijs daremus semel centum Leones communes, et renuntiarent omni iuri suo quod et furtum est cum litteris desuper confectis sigillis utriusque conventus signatis et munitis.

⇒ Obijt V. D. Thomas Zwanenburg, presbyter et canonicus in Geervliet, magnum benefactor domus Lovaniensis et pauperam (le reste est effacé)

22 maii obijt in Haga comitis in Hollandia venerabilis sacerdos magister Thomas de Zwanenburg, ecclesiae Beatae Mariæ in Geervliet canonicus, vir laudabilis conversationis magnus amicus et benefactor domus Lovaniensis et pauperum. Transportavit enim ac donatione inter vivos irrevocabili praedicto conventui 23 libras flandriæ hæreditarij redditus redimibiles denario 16 constituentes pro summa capitali ----- 2112 renenses ex quibus distribuendi sunt pauperibus ad portam singulis annis ----- 60 renenses sive 10 libræ flandricæ.

Item postea dedit adhuc unum redditum 12 renensium redimibilem denario 18 cuius nummi capitales sunt 216 renenses.

Item rursus postea diversis temporibus tam in redditibus annuis quam in prompta pecunia dedit usque ad valorem 3264 renensium ea conditione ut ex his distribuerentur adhuc pauperibus ad portam singulis annis 90 renenses. Ex his praeterea pecunijs ac redditibus designavit certam summam pro structura et dotatione duarum cellarum, quarum prima erecta est 1519 altera completa est anno 1528, habet in principio cuiusque mensis anniversarium.

8 junij obijt alter dictæ domus benefactor magister Martinus de Haerlem viduus, qui legavit eis 10 renenses hæreditarij redditus.

Et tertius de septembbris venerabilis dominus Arnoldus Groote sacerdos canonicus ecclesiae Beatae Mariæ in opido Antverpiensi dictis patribus Lovaniensibus donavit 18 coronas communes semel qualibet corona valente 24 stuferos, sed obijt 1 maii anno

⇒ Congregatio Theatinorum

Congregatio clericorum regularium Theatinorum Roma primum inchoata a Clemente VII confirmatur teste Onufrio. Debet ea nomen, originem atque augmentum Joanni Petro Carafæ, illustri apud Neapolitanus familia nato, qui post Paulus IV pontifex fuit. Is relicto episcopatu Theatino Caietano Vincentino, Bonifacio Pedemontano et Paulo Romano hominibus piis et nobilibus se socium adiunxerat.

Sub finem huius anni Franciscus 1 Franciae rex rursus Mediolano **politus/potitus** est.

1525

⇒ Domnus Joannes Ysbrandi, prior Ultraiectinus in festo S. Joannis Evangelistæ post lectam chartam in solitæ admonitianis fecit tactus Apoplexia.

Eodem anno 1524 venerabilis pater Joannes Isbrandi de Haerlem professus et prior domus nostræ Ultraiectinæ satis subito obiit in festo Sanctæ Joannis Evangelistæ circa horam primam pomeridianam siquidem mane eiusdem diei, interfuerat capitulo et post lectam chartam et admonitionem factam tactus est apoplexia, et sex horis tantum supervixit, præfuit laudabiliter domui novem annis cum dimidio, vixit in ordine circiter XIII annis, successorem habuit venerabilis pater domnum Petrum Zas, de quo infra.

Anno 1525 Joannes Lusitanus rex Catharinam duxit Caroli Augusti sororem, nuptiæ Estremotij nonis februarij confectæ insigni apparatu, ex multis filijs ex hoc coniugio natis Joannes, Maria tantum ad iustum pervenere ætatem.

⇒ Franciscus Galliæ Rex integro exerci.... fuso a Cæsarianis

Subiungo verba quæ in libro fundationis nostræ habentur: Circa istud tempus et annis præteritis fuit maxima guerra inter serenissimum principem Carolum imperatorem electum et Franciscum regem Franciæ, nunc in istis partibus, nunc in Hispania, nunc in Italia. Rex Franciæ Franciscus obtinuerat dolo regnum Navarræ, sed in brevi ab Hispanis expulsus est. Et noster princeps obtinuit ducatum Mediolanensem tandem ceteris omissis in obsidione civitatis Papiæ, eam rex Franciæ obsedisse quinque menses habens in comitatu bene LX millia armatorum ut ferebavtur tandem per ducem Borboniæ, qui ab ipso rege ex certa causa defecerat et viceregem Apuliæ scilicet Mingenal ipso die Sancti Mathiæ circa auroram elevatus et ipse rex Franciæ captus est et ductus in Hispaniam, ubi per annum integrum fuit. Interempti et submersi sunt ad octo millia hominum et pene tota nobilitas Franciæ perijt. Anno sequenti scilicet 1526 misit in ostagium imperatori duos filios suos scilicet delphinum primogenitum suum et nato secundum ut de tractatis satisfaceret imperatori. Hæc ubi.

Henricus Labretus rex Vasconum et ipse captus et Ticinensi arce corrupto custode evasit. Ea victoria Hispanis et Germanis effusius lætandi materiam præbuit quod in diem natalam Caroli cæsaris victoris, qui est D. Mathiæ Sacer, incidisset. Eius victoriæ exstat illud vetus chronographicum

AqVILa ConCULCaVIIt LILIVM

Verum cæsar ut illam victoriam intellexit statim ad templum ivit Deo exercituum gratias acturus. Postridie sacrosanctum Eucharistæ sacramentum frequentissimo in cœtu sumpsit: campanarum sonitu, ignibus, alijsque modis lætitiae signa edi prohibuit, et palam dixit, triumphum ex solis nostræ religionis hostibus esse ducendum, omnes ut obstupescerent summopere et mirarentur ab adolescente principe arridentis fortuna tam ingentem favorem tanta eum animi cum modestia perferre potuisse.

Hic movere liceat cum nonnisi duo Galliæ reges ab hostibus Christianis prælio capti commemorentur Joannes nimirum in Pictaviensi, et Franciscus in Papiensi pugna æterna Flandrorum gloria contigisse, ut in prælio capti, militumque manibus sint exterriti hic a Carolo de Saunoy Caiono Mingovallij domino, ut diximus, Gallo Flandro, ille a Dionisio Mourbecuno Germano-Flandro. Huius regiæ calamitatis annum numerali disticho pulchre expressit doctissimus Paschasius Berselius S. Laurentij prope Leodium religiosus

VerIs honor perIIt, qVID CandIDA LiLIA MarCent

Pro ZephIro Boream GaLLICVs orbIs habet

Galicum Chronic. TV MatthIas LIVras FranCoIs a Charle qVI eUt franC ChoIs

⇒ Namurcenses a Geldris cœsi

Eodem anno paulo ante dominicam palmarum, Geldri patriam Leodiensem et Namurensem ingressi, ut in Galliam se conferrent, Namurcenses superbo et elato animo (forte ob prædictam victoriam) in Geldros conspirant, insæviunt, verum a Geldris strenue propulsati, multisque ex suis cæsis, ac interfectis, quo maiori imminentि periculo sibi prospicerent, depositis abiectisque calceis in fugam turpem se coniecerunt, unde vox de vulgo concepta, quæ etiamnum durat. La iournée des savates. Id est dies solearum abiectarum.

⇒ V. P. Joannes Delfensis primus prior domus Lovaniensis ob senium petit et accipit misericordiam ab officio prioratus.

Redeamus ad nostros venerabilis pater Joannes Petri Delfensis professione et natione propter senium et nimiam suam debilitatem postquam novellam plantationem Lovaniensem 30 annis laudabiliter rexisset ab officio prioris ad magnam suam instantiam absolutus fuit circa principium Quadragesimæ, incertum vero quando aut ubi obierit.

Huic successit venerabilis pater Theodoricus Persyn, Amsterdamensis, professus et procurator eiusdem domus Lovaniensis 18 martij electus a conventionalibus.

⇒ Eleemosynæ datae Lovaniensibus a Prioribus ordinis et a Domina ...

Eadem Quadragesima dominus Henricus Mutsaert prior domus Antverpiensis dedit cuilibet monacho unam pintam olei olivarum, et hæc prima eleemosyna sub domno Theodorico.

⇒ ... Magdalena de Hamal quæ et eos visitavit

Eodem tempore dominus Daniel a Nova Terra prior domus Diestensis dedit eidem conventui unum ducatum aureum, et præterea tres renenses.

15 aprilis illustrissima domina Magdalena de Hamal reicta dominus Guilielmi de Croy, domini Cherviæ dedit eisdem patribus integrum amam vini renensis pro qua solvit 9 renenses .

In octavis Paschæ eadem domina visitavit conventum, comitantibus eam reverendissimo dominus episcopi Cameracensi abbe Affliginiensi, domino de Grimberg et nonnullis alijs ex familia sua, qui ibidem sumpserunt refectionem, et prædicta domina dedit eis aliquam pecuniam, sed et multa magna beneficia præstítit eis.

⇒ D. Gregorius Reischius utriusque iuris doctor prior Friburgensis moritur.

9 maii naturæ concessit venerabilis admodum pater dominus Gregorius Reischius utriusque iuris doctor celeberrimus qui edidit Margaretam philosophicam fuitque ante ingressum ordinis Maximiliano imperatoris a confessionibus, cuius et ultimam confessionem exceptit Deinde cartusiæ Friburgensis professus et prior nec non visitator provinciæ Rheni, qui multa ordini præstítit inter curavit imprimi statuta et privilegia ordinis, cuius anima requiescat in pace. Vide Bibliotheca Cartusiana.

⇒ Obijt Lovanij præficimus Dns et Mgr noster Martinus Dorpius S. Th. doctor famosissimus in Cartusiæ ibidem sepultus.

Ultima eiusdem mensis maii obijt Lovanij præclarissimus vir ac eximius dominus et magister noster Martinus Dorpius, filius quondam Bartholomæi de Naeldwyck, artium et Sacræ Theologiæ doctor famosissimus, nec non ecclesiæ in Ouderschie in Hollandia pastor vigilantissimus: qui anno ætatis suæ 30 accepit Lovanij insignia sui doctoratus, anno vero ætatis 40 diem clausit extremum.

⇒ quid contulerit

Hic dedit cartusianis ibidem omnes fere doctores sacros veteres in 50 vel 60 voluminibus optime compactis, et insuper 200 florenos Philippicos in auro.

Sepultus est apud eosdem in magno claustro ad latus Petri Coelkies videlicet prope ianuam qua intramus ex magno claustro in parvum prout patet ex lapide sepulchrali in cuius ambitu haec leguntur .

⇒ Eius Epitaphium

Conduntur hoc saxo ossa eximij Magistri Martini Dorpij a Naeldwyck artium et sacræ theologiæ professoris, qui obiit ultimo maii anno 1525.

1525

Ex opposito quoque dicti sepulchri scilicet in muro templi ad sinistrum latus ingredientium parvum claustrum apposita est insignis imago sculpta in lapide, auroque et varijs coloribus depicta, representans historiam Conversionis Sancti Pauli, ubi cernitur S. Paulius insidens equo semiprostrato cum 7 comitibus ex quibus tres sunt equites præseferentes magnam perturbationem. Deinde cernitur etiam ibidem effigies eiusdem domini et magistri nostri Martini Dorpij flexis genibus orantis astante sibi a tergo Sancto Martino episcopo in habitu pontificali. Denique infra dictam representationem sculptum est in lapide deaurato sequens epitaphium ab Erasmo Rotterdamo compositum hoc modo :

Martinus ubi terras reliquit Dorpius,
 Suum orba partum flet parens Hollandia.
 Theologus ordo luget extinctum decus.
 Tristeis Camænæ candidis cum Gratijs
 Tantum Patronum cum lachrymis desiderant.
 Lovaniensis omnis opplorans schola
 Sydus suum requirit: O mors, inquiens,
 Crudelis, atrox, sæva, iniqua, et invida,
 Itan' ante tempus floridam arbore secans,
 Tot dotibus, tot spebus orbas omnium
 Suspensa vota ? Premite luctus impios :
 Non perijt ille, vivit, ac dotes suus
 Nunc tuto habet, subductus ævo pessimo.
 Sors nostra flenda est, gratulandum est Dorpio.
 Hæc terra servat mentis hospitium piæ
 Corpusculum, quod ad canoræ buccinæ
 Vocem refundens, optima reddet fide.

Antonius episcopus Portuensis, cardinalis de Monte Papiensis, protector ordinis nostri impetravit a summo pontifice Clemente 7 nostris indulgentias jubilæi visitantibus quatuor altaria suorum monasteriorum trigesies, concedit insuper (id quod vivæ vocis oraculo sibi a summo Pontifice facto concessum attestatur) ut ordo noster possit absolvere a casibus omnibus Sedi Apostolicæ reservatis. Indultum scripsit suo nomine et sic incipit. Antonius miseratione divina episcopus Portuensis, etc. Sufficiet hoc semel observasse quod et observatu dignum est, solitas dari officialibus quotannis viginti quinque licentias magnas et totidem parvas, ut possint exire terminos suos super annum. Quod et Jansonius doctor Lovaniensis affinis isti sæculo solebat testari observatum fuisse, seque miratum frequenter priorem Amstelredamensem huius consuetudinis tenacissimum teste [.....] Revocantur privilegia a sede Apostolica concessa, per quæ fas erat personis ordinis nostri 22° ætatis suæ anno completo ad sacrum presbyteratus ordinem promoveri. Prohibetur ut nemo deinceps illo privilegio utatur, et ne ante 25 fiat sacerdos.

⇒ Antiquum statutum de non scribendo ad Romanam curiam excusatur.

Item statutum illud quod habetur 2^a parte antiquorum statutorum c. 21 et incipit si domus aut quælibet Ordinis nostri persona. Volumus et ordinamus ut in pleno suo rigore permaneat, super quo (inquit diffinitores) conscientias Præsidentium oneramus. Ponam illud §. ad longum, et super eo quæstiunculam tractabo quæ lectori forte non erit iniucunda nec inutilis, valebitque ad antiquorum patrum auctoritatem conservandam. Si domus aut quælibat nostri ordinis persona per se val per alium litteras a Romana curia sine licentia capituli generalis postulaverit, seu curiam Romanam adierit, vel per se alijs ne quibuslibet qualicumque ex causa Domino Papæ scribere præsumpserit societate totius ordinis privetur, nisi capitulo eam reconciliare placuerit vel aliter corrigendo punire domus tamen cartusiæ auctoritate capituli generalis prædictam licentiam dare poterit super annum, et eadem uti pro sua et ordinis magna necessitate. Hæc ubi.

Joannes Andreas in c. cum instantia de censibus.

Joannes Andreas doctor admodum celebris inter canonistas tenet summum pontificem Romanum non posse concedere cuiquam prælato vel ordini privilegium ut non accedat vel recurrat ad azylum sedis Apostolicæ. Hinc desumpsit occasionem aliquam murmurandi contra statuta et ordinationes ordinis Cisterciensis, quod ea non patiuntur religiosum quemquam ad sedem Apostolicam recurrere, quod certe mihi quoque videtur nimis scrupulose quandoque observatum, nam cum Simon prior de Monte Dei ordinis nostri et Bernardus de Corilo dicti ordinis Cisterciensis missi fuissent a papa ad regem Angliae pro reconciliatione S. Thomæ archiepiscopi Cantuariensis, et rescriberet Simon ad papam quid egisset, ait inter alia: Rogatus frater Bernardus sicut nos ut negotij seriem vobis scriberet: respondit quod in ordine suo inhibitum est, ne quis fratrum pro aliquo negotio vobis vel alijs scribat, sed dicturum se spopondit coram nuntio vestro magistro Lombardo, qui ei litteras vestras tradidit, et qui vobis rem gestam sicut is qui præsens interfuit fideliter significabit. Hæc ex Baronio in Annales Ecclesiastici. Felinus similiter invehitur in cartusientium statuta, quod ea puniant religiosos illos qui a summo pontifice bullas impetravarent. (dans la marge: [.....] in cap. ex [Paul...] 40 [.....] Gri[...]) Nescio quomodo et hi viri docti et doctores non invehantur in testamentum quoque Beati Patris Francisci nec illud irritent et dominent, ut qui in eo fratribus suis interdicte in virtute sanctæ obedientiæ ne per seipso aut per interpositam personam impetrarent litteras a curia Romana. Videtur enim alienum hoc a pietate imo sapere crudelitatem quod liberis animis, et ijs qui Christi libertate sunt donati libertas adimitur eundi cum fasciculo querularum et dolorum ad eam quæ mater est, et quæ præ ceteris orbis ecclesijs viscera charitatis habet Catholicam Romanam Ecclesiam. Verum si bene considerentur et pressius examinentur, quæ et quanta ex hoc sequi possint incommoda, non erit quod quis hanc ordinationem damnet tanquam bono regimini contrariam. Dum enim monacho solitario occasiones aufert ne perperam quid faciat, quod per appellationes et excursus ad Romanam curiam fieri **potuit/potest** magnæ pietatis est in hos esse crudelem ordinem dum resecat licentiam quæ poterant abuti. Atque ideo dico summum pontificem posse cum ijs eodem modo dispensare, quo pater se privat filio, non privans se iurisdictione quam habet in eum, dum illum committit et tradit pædagoge in patre patrem dissimulans et imperium in filium alteri tradens retento tantum titulo patris et domini cedensque ius suum alteri, vult ut filius se posthabito deferat illi, quia sic expedit filio ut proficiat, proficitque per hoc sine dubio dum extimescit

magistrum, et nihilominus patrem reverentur. Similia privilegia dat et concedit ecclesia ordinibus velut paedagogis, quorum rigor et disciplina sola saginat filios, et contenta est solo eorum profectu et salute spirituali oblita potestatis et auctoritatis suæ, qua libenter se abdicat ut omnes salvos faciat. Ipse Dominus, et Redemptor noster Christus eorum intuitu non solum exuit se omni honore et exinanivit se formam servi accipiens, sed obtulit insuper id quod antiquissimum habuit et pretiosissimum vitam et animam suam. Nec hoc solum, sed rescidit auctoritatem suam, quam tamen non amisit. Nec ecclesia quidem sponsa eius aliquid magnum, vel insolitum facit aut tribuit, quando cedit iure suo, nec enim illud amittit. Quandoquidem certum et illud est quantumcumque magna religioni concesserit privilegia, remanet tamen penes eam ius et dominium in exemptos quosvis ordines, quibus ut mater auctoritativa potestate principatur, ita ut contrarium asserere sit aperta hæresis: nec enim est in alio aliquo salus aut vita quam in hoc tempore quo nos regit et regnat ecclesia a cuius uberibus pleni spei pendemus. Proinde dici non potest pugnare cum libertate christiana vel immunitate ecclesiastica, si quid Sancti Patres (accidente ecclesiæ consensu) constituerint aut instituerint ad profectum melioris vitæ, promotionemque salutis æternæ religiosorum prout sentit Innocentius papa quartus. Accedit quod statuta nostra approbata fuerunt per Clementem 4 et Gregorium 13 et alios pontifices Romanos.

⇒ Innoc. in cap. 1 de Trans. [.....]

Considerata in se non sapiunt inobedientiam, nec se subtrahunt imperio summi pontificis nec hoc ullo modo vult ordo. Neque vero religiosis suis adimit libertatem scribendi ad pontificem, quando casus ita postulat vel negotium id requirit, neque prohibet quo minus ad eum recurrere possint in necessitatibus urgentioribus sed per statuta proponit et docet quid observare debeant quando tale quid occurrit, ac denique quomodo se habere debeant in tali casu. Cavendum enim est illis ne inscio capitulo generali scribant ad curiam, sed primum ante omnia communicent qua de re scribere velint. Nec enim decens est, sed impertinens ac indiscretionis vitium plerumque quod omnes et singuli velint sibi licitum esse quoties libitum fuerit scribere; si collibuerit ipsis ab ovo incipere, chimeras et somnia capitis vel castella quæ ædificaverint in Hispaniæ describere et (prout ait ille) varias inducere formas, ut nec pes nec caput uni reddatur formæ quæ omnia fortasse patietur una nocte sibi memoria excidere, qui tantam imprudentiam nec dicam impudentiam in eis tulerit? Vel azylum istud ad confirmandam audaciam eis aparuerit? Quod si tamen negotia talis ac tam prægnantis sint consequentiæ ut non temere sint unicuique revelanda, sed soli et uni papæ tantum habes ut reverendi pater generalis in tali casu velit audire, ut promittat potius se licentiam scribendi confessim daturum, dummodo prius significatur quæ vel quanta sit necessitas quæ ad hoc impellit. Et **quin/quidem** si scribendi necessitas sit evidens in tali casu, qui dilationem vel procrastinationem non patitur vel ubi periculum esset in mora. Hæc exscripsi: ex vita S. Brunonis Hispaniæ per domum Joannem de Madriaga edita in excusationem primorum patrum. Sed optima sæpe instituta exitiali exitu terminantur: quamvis de hoc **uniusque aliter/universaliter** mihi non constet. Tamen reverendus pater noster generalis anno 1607 ex præcepto Pauli V declaravit omnes incurrire in censuras bullæ cœnæ domini qui litterarum ad sedem Apostolicam et illustrissimum protectorem ordinis directarum transmissionem quoquomodo impediverint: Nec moderationem huius decreti potuerunt obtineret hinc responsum.

Quæcumque de litteris ad S. D. N. protectorem ordinis et alios superiores Romanæ curiæ libere scribendis vel non intercipiendis sancita sunt: S.D.N. decrevit impugnari nequaquam posse nec immutari debere. Verum habebitur semper ratio de

1525

authoritate generalis et capituli. Et sic rursus corroborata est dicta ordinatio his verbis. Item quantum ad ordinationem illam quæ mentionem facit de scribendo ad sedem Apostolicam, nec non ad præfatum illustrissimum Dominum protectorem nostri ordinis volumus eam stricte servari, declarantes tamem censuram excommunicationis in ea appositam ad ius esse restringendam.

⇒ Bibautius iurium doctor et consiliarius regius Parisijs.

Obiit circa hoc tempus spectabilis dominus Bibautius iurium doctor Parisijs et consiliarius regius in parlamento ac viceprotector, qui utrum affinis fuerit reverendo patri incertum habemus.

⇒ Domni Joannis Lelloe cartusiani in domo Capellæ conversatio et obitus

Fuit in domo Capellæ receptus anno 1478 ad statum monachi dominus Joannes Lelloe secularis sacerdos oriundus de prope Nivellam, postquam fecit professionem in ordine fuit per aliquod tempus ædituus templi et postea procurator domus, a quo ministerio absolutus factus est cantor chori, quod ministerium multis annis administravit, quia sicut robustus erat corpore, sic etiam fortem habebat vocem satisque bonam, si bene regere scivisset eam et gubernare. Deinde postquam obiit Boerincx vicarius domus huius (scilicet Capellæ) anno 1501 successit illi in hoc ministerium, ac deinceps multorum fuit magister et institutor novitiorum, quibus prima ordinis cartusiani tradebat elementa, observationes et ceremonias quomodo deberent eas observare nocte et die ubique temporum ubique locorum. Atque tentationibus multis interim et infirmitatibus et afflictionibus et ægrotationibus frequenter afficiebatur, quibus tandem incommodis eius alioqui ferocitas sicurabatur, domitabatur, mitigabatur sic ut in annis senilibus animositate eius reflaccescente placidus et lenis esset. Infirmitates enim et afflictiones si moderate tolerantur introducunt in animam hominis favente Deo multam virtutem, patientiam probationem, (⇒ [..... Jacob.....]) spem bonam erga Deum, namque virtus per patientiam perficitur, et ita fit quod scriptum est : Beatus vir qui suffert temptationem quin cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ quam promisit dominus ijs, a quibus fuerit dilectus. (⇒ [...] ad Timoth.) Et ideo monebat Paulus Apostolus discipulum suum Thimotheum dicens: Esto particeps afflictionum evangelij **scripta/iuxta** potentiam Dei, qui salvos fecit nos, et vocavit vocatione sancta. Et iterum : qui igitur feras afflictiones ut bonus miles Jesu Christi nam si commortui sumus, inquit, et **conviverens/convivemus**, si sufferimus et correagnavimus. Item divus Ignatius ad Sanctum Polycarpum ita scripsit: Ita firmus sicut ineus, magni enim athletæ est vapulare et vincere hæc ille. Qui vero temptationes et afflictiones ferre moderate recusant nimis insipienter agunt, quia non nisi per multas afflictiones oportet nos intrare in regnum Dei, sic enim oportuit pati Christum et ita intrare in gloriam suam quanto magis homines peccatores in adversis esse patientes, siquidem afflictiones admonent hominem, ut a malo resipiscat, et cum Psalmista cantillet Deo, cogitavi vias meas et converti pedes meos in testimonia tua q. d. (⇒ psalm. 8) Quando cœpi cogitare qualiter hactenus vixi, quam sæpe et longe discessi a via veritatis ac iustitiæ corde contrito indolui et in animo meo proposui deinceps non secundum voluntatem meam, neque secundum voluntatem stultorum hominum sed secundum tua, Domine, præcepta vivere, quæ præcepta nobis testimonia sunt tuæ voluntatis

1525

et quid acceptum sit tibi nos evidenter edocent. (⇒ Job 2) Quapropter æquo dicamus animo: si bona suscepimus de manu Domini: mala autem quare non sustineamus ! Operæpretium igitur mihi facturus videor si duos hoc loco versus alias a me factos (sunt verba B. Joannis Ammonij) adscripsere

Qui mala pro Christo prorsus nunc ferre recusant

Cum Christo in Patria non lætabuntur et olim.

Sed redeamus unde paululum digressi sumus. Inter alias incommoditates quibus afficiebatur dominus Joannes Lelloe podagra sæpe fuit illi permolesta, qua circiter vitæ suæ finem sic erat attenuatus, ut non nisi ægre admodum quiverit ambulare, idque non absque scipione. Denique postremo die quo vixit inter nos erat secundus dies minutionum mense julio. Et post prandium quidem fratres ibant ad campos, ipse vero manebat domi, illo tempore ego etiam ita sciasim (*au-dessus de la ligne*: sciaticum) patiebar ut extra monasterij septa non irem. Ipse pergebat in hortum pomorum, et percoqua pyra unum aut alterum collegit, non erat quidem ægrotus corpore, sed pedibus dumtaxat firmis non fuit. Inambulabat autem scipione fultus, deinde venit ad portam ostenditque nobis fructum novum. Deinde post sesqui horam cum esset nobiscum in choro circa finem divini officij velociter quantum valuit exivit e templo sic ut aliqui mirarentur. Et cœna facta unusquisque fuit in sua quiete. At matutino tempore Infirmarius ut vidit non adesse vicarium in choro properavit ad cellam eius. Et ecce ibi neque cuculla, neque tunica superiore vestitus iacuit homo ante lectum suum defunctus quem infirmarius prius offendit pedibus quam usurpavit oculis. Nam etsi cum laterna venit oculos tamen ad lectum coniecit non ad solum ubi iacuit pedibus versus lectum, capite versus lectulum quem vocant misericordiam, ad cuius stipitem, ut opinamur lœsus habebat vulnus in capite non magnum quidem, quia testa capitinis non erat fracta seu polluta dumtaxat soluta cum modica sanguinis effusione. Et ibi sicut autumamus vesperi cecidit quando exuebat vestimenta sua exteriora parans se sumpturus cœnam, quandoquidem et mensa parata erat cibusque mensæ appositus et illibatus, qui pro cœna vesperi cum potu fuit ministratus. Et iste quidem hoc modo decessit quarto nonas junij 1525.

In domo vero nostra *ter Schuet* obiit 18 augusti in festo S. Agapiti Martyris dominus Henricus de Roye (*au-dessus de la ligne*: Roo) monachus et aliquando sacrista qui 56 annis laudabiliter vixit in ordine, de eo nihil amplius habeo, vir strenuus in divinis per tres aut 4 annos circa finem vitæ suæ multum passus est ex calculo et alia in virga et fundamento et quasi martyr dicebatur.

Item 3 septembbris eodem anno viam universæ carnis ingressus est frater Gerardus Ymsel donatus et auriga.

6 octobris in festo S. P. N. Brunonis veste monachali donatus est D. Adrianus Vanden Hoeven Lovaniensis.

Hoc quoque anno in visitatione dominus Henricus Ory fuit absolutus ab officio procuratoris et dominus Ægidius de Ninivis alias Kuesel fuit institutus in procuratorem, qui pro tunc fuit vicarius, et idem dominus Henricus Ory procurator absolutus in vicarium ordinatus, propter sevium ut appareat quamvis hæc descripserim ex libro foundationis, non bene tamen concordant cum signatura religiosorum quæ infra anno 1527 subditur.

1526

⇒ Rusticorum Germanorum ad 100.000 clades.

Huius anni æstate bellum rusticum in Suevia primo ortum, ac per universam Germaniam instar contagiosæ his serpens magna nobilium ac rusticorum clade est gestum finitumque. cecidere enim diversis locis ductu variorum pricipum ultra centum quinquaginta millia rusticorum. Per hos combustæ et destructæ domus ordinis imprimis Hildesemensis et Treverensis et aliae. Ex dicta domo claustræ Beatæ Mariæ prope Hildesem dominus Adrianus Uterwerdt de Gorcom venit ad domum Ultraiectensem et ibi fecit 2^{am} professionem sequenti anno, verum anno 1535 remissus est ad domum primæ professionis. Tempus adnotat Joannes Carion dicem: Captus erat Gallus coëunt cum rure cohortes.

⇒ Albertus Marchio Brandenburg fit Lutheranus.

Albertus marchio Brandenburgensis ordinis Teutonicorum magister ad Lutheri hæresim defecit ex magistro ordinis dux Prussiæ (quæ provincia erat equitum Teutonicorum) a Sigismundo Poloniæ rege nuncupatus, et Dorothea Frederici Daniæ regis filia turpiter ducta. Quod in maximum catholicae fidei detrimentum successit (*au-dessus de la ligne: evenit*)

⇒ Pax Madrilana [.....tur] cæsarem Et Franciscum regem.

Anno 1526 quiescebat Europa a belli malis. Franciscus Galliæ rex in Hispania atque Madriti in arce captivus tenebatur. Aloysia mater rerum in Gallia pro filio moderatrix de eius libertate sollicita, filiam Margaretam Caroli **Mansoirij/Alansoirii** ducis viduam legavit in Hispaniam. Eius diligentia et auctoritate postridie idus januarias fœdus in has leges factum est. Belgas a Gallis regibus iura petere nefas esto. Gallus Mediolano, Genua, Asta abstinet, Burgundiam Carolo reddito. Eius sororem Eleonoram ducito dote ducentis aureorum millibus. Carolus Borbonius in gratiam recipitor, cum eo de rebus inter eos controversis agito.

Leges has cæsari utilissimas ac honorificas nullus non cæsarianorum summopere probabat : id tantum reprehendebant, quod non ad earum satisfactionem rex nisi **rursis/iuris** potestatisque sui factus adigeretur. Non enim dubitabant **quid/imo** ita eventurum vaticinabatur Gatinaria (benefactor noster) quin rex in libertate constitutus ijs tantum esset status, quæ sibi et regno utilia (ut factum est) fore iudicaret, rationemque aliquam tempore initurum, qua obsides maiori existimationis ac regni commodo esset liberationis.

Pax Madrilana in Belgio divulgata fuit 14 februarij die Cinerum : data continetur hoc versu iuxta computum Gallicum

LVCe VaLentInI CaMeraCe tIbI Cita pax est
sed quæ post cecidit stabili non stetit illa gradu

Franci enim proceres persuaserunt regi non esse standum coactis promissionibus offerendum pretium redemptionis decretum fuit atque statutum legem salicam et iuramentum regis in sua præstita coronatione vetare et impedire prorsus alienationem alicuius dominij regno annexi. Allegatæ fuerunt a consiliarijs francis et multæ aliæ authoritates legum quarum cancellarius Mercurinus nullam volebat habere rationem, quia vis maior regem captivum iure belli redegerat dicebatque et mordicus afferebat regna ut principatus non vindicari nec retineri legibus nec hominum commercio sed armis.

Mense martio Franciscus rex liber a custodia dimittitur datis ut convenerat, Francisco et Henrico filijs obsidibus factarumque quæ erat pollicitus.

⇒ Cæsaris Caroli cum Elizabetha Lusitana nuptiæ.

Interea Hispali ad quintum nonas martij cæsar recipit Elizabetham filiam natu maximam Emanuelis Portugaliæ regis quam Ferdinandus Calabriæ dux iam liber et Alphonsus Fonseca archiepiscopus Toletanus ex Lusitania adduxerant, videtur 10 januarij sponsalia ibidem fuisse celebrata quam nunc, præeunte urbis præsule ingenti totius Hispaniæ ordinum lætitia, quod dudum has expetierant nuptias Carolus, uxorem ducit et alia quinque sponsalia irrita abierte.

1526

10 martii in hac domo diem clausit extreum domnus Jacobus Cooman, Gandensis natione, in professione legavit domui III^c LXXXIII grossos brabantiae (vel florenos). Vixit 21 annos in ordine. Fuit ligator librorum.

⇒ Non recipiendi alterius religionis profesi in nostrum ordinem absque licentia reverendi patris generalis.

Hoc anno reverendus pater Bernardinus de Monte Moreto provincialis minister Sanctæ Bonaventuræ prefectus est ad cartusiam dum ibi haberentur comitia ordinis, atque obtulit libellum supplicem capitulo generali, in quo exposuit et declaravit incommoda quædam non parva, quæ diebus illis in ordinis sui iacturam succreverant per quorundam suorum religiosorum instabilitatem, qui frequentissimi ad nostrum institutum transierant; et ad istud adhuc alij anhelabant. Quare supplicavit patribus ne in posterum quemquam facile admitterent, nisi suas obtentas et signatas licentias habuerint. Et ex illo ordinatum est ne de cætero quispiam cuiuscumque nominis fuerit in aliena religione professus recipiatur ad ordinem nisi ex consensu capituli generalis.

⇒ [.....]

Cursus fluminis hic quidem sistitur sed alibi erupit copiosus, aliter Deus hominibus bonæ voluntatis providit, siquidem eodem tempore 28 maii piæ societati Capuccinorum initium dedit per fratrem Mathæum a Bassa nobili Umbrorum familia qui in cœnobio Montis Forentij apud Montem Feltrium in Umbria sumpsit vestem Divi Francisci colore subcinericio approbante hunc ordinem Clemente 7 authenticis tabulis et literis quinta kalendas junias eiusdem anni, de qua re quidam sic scripsit.

Ecce Capuccini Mathæus nominis auctor
Seraphici lumen suscitat ipse foci

Obijt hoc anno Henricus Eleri qui per annos viginti fuit prior cartusiæ Rostockianæ ac Saxoniæ provinciæ visitator, scripsit vitam Domini Nostri Jesu Christi eiusque sanctissimæ Genitricis Mariæ.

Et in monasterio nostro ter Schuet ultima julii fato concedit dominus Arnoldus Calck, plenus dierum, oriundus de ducatu Clevensi, ante ingressum ordinis frater Hieronimitanus in Nazareth, hic Bruxellis, sed nondum promotus ad sacerdotium. Professus est ordinem nostrum prima Maii anno 1468, postea fuit sacrista huius domus et vicarius Lovanii. Anno vero 1514 ad suam instantiam, quia nolebat ibi facere secundam professionem remissus est Bruxellas. In summa vixit in ordine sexaginta annis.

10 septembris suscepit habitum ordinis nostri dominus Everardus Velthoven et sequenti anno professus in locum succedens dominus Arnoldi quique maius eo nactus est, postea officium in domo Lovaniensi videlicet Prioratum.

Item fuit receptus ad statum donati frater Wilhelmus de Beckere alias de Zuene, Bruxellensis ipso die Decollationis Sanctæ Joannis Baptistæ et qui fuit sartor. Ex cuius parte habuit conventus duas blavias scilicet XXVI stuferos 4 plecken.

Circa festum Sancti Dionisij obiit Lovanij honesta ac nobilis domina Catharina ab Oppendorp relictam domini Joannis de Bolois militis fundatrix monasterij Clarissarum in oppido Lovaniensi et magna benefactrix multorum aliorum monasteriorum piorum locorum atque pauperum, quæ præter fundationem et dotationem unius cellæ in cartusia Lovaniensi. Reliquit adhuc in suo testamento

tria bonaria terra cum uno iornali.

⇒ Ludovicus Hungariæ et Bohemiæ rex 29 augusti a Turca cæsus ætatis anno 20 quinque episcopi unus archiepiscopum Ladislaus Strigonensis 3 generales duces exercitus.

Solimanus qui Selimo patri successerat Turcarum imperator ad Budam Ludovicum regem Hungarum acie vicit. Quo in palude cum fugeret hausto non modo ea urbs est amissa sed novo dissidio de successore respublica penitus afflita est pars procerum Ferdinandum præferat extincti regis sororium pars Joannem Vaivodam, unde diuturna bella extiterunt. Maria Austriaca liberis non genitis in Austriam ad fratrem Ferdinandum est reversa. Vide infra tuas lineas ^x

Molendinum tot Ossegem acquiritur.

Hoc anno conventus noster acquisivit unum molendinum *tot Osseghem* cum suis pertinentijs 19 maii coram scabinis Bruxellensibus. Vallet XII modios coris.

^x Michael Baudier Gallicus auctor ut ostendat quantum iniquitas in regno Hungariæ prævaluerit hoc tempore neque ab ea recesserint tam horrendo flagello percussi narrat quendam Andream Orbanes qui præfuerat arci, Strigonensi, supellectilem Reginæ Mariæ, quam iusserat ultra Danubium deferri, auditio hoc tristi nuntio, non solum diripuisse sed etiam pedissequis reginæ stuprum intulisse atque illusisse etc. varijs scomatibus.

⇒ Memoria mortis et principibus [.....] frequens

Cum toto episcopatus tempore Erardus princeps et episcopus Leodiensis operibus vel novis extruendis vel veteribus instaurandis intentus fuissest monumenti quoque sibi condendi novissima præ oculis habens non immemor esse voluit. Igitur anno salutis nostræ 1527 æreum auro elaboratum varijs sculpturis insigne, ut precio sic significatione notabile sibi fieri curavit : visitur ipso chori cathedralis medio virtutum iconibus ad latera adiunctis, ac duabus figuris elegantissime superpositis, una ipsius Erardi in genua manibus iunctis provoluti cælum spectantis, altera mortis digito ipsum compellentis, non ipsi Erardo tantum quoad vixit sed et spectantibus omnibus vivam et salutarum instantis mortis futuræque vitæ ad quam nobis continuis virtutum exercitijs aspirandum est, memoriam ingerens.

⇒ Philippo Ravestain.

Philippus Clivius alias de Ravestain multa bella gessit in Flandria contra Maximilianum imperator, quod non servaret conditiones pacis quas iuraverat Flandris dum ex captivitatæ Brugensi exivit liber, quæ repetenda sunt ex priore volumine et historicis maxime Ponto Heutero, qui de eo sic ad annum 1494 concludit.

Post Slusam redditam (quod Cæsari reconciliator non satis fideret) ad Carolum Francorum regem se contulit, ac ab eo Genuæ Ligurum metropoli præficitur: ubi nil memoria dignum, quemadmodum nec contra Turcas gessit, per omnem vitam postea polo infelix. Francis enim Genua pulsis in Franciam est reversus, nullaque autoritate nec dignitate ornatus, inglorius inter eos egit tandemque sine liberis moriens bona omnia cognato Cliviæ duci reliquit hæc ille. Ex sequentibus tamem patebit quod non inglorius inter Francos, sed pacificus inter Belgas vitam duxerit, et ante duos annos, anno scilicet 1525, Trudonenses Erardo a Marca principi Leodiensi reconciliaverat. ^x Reliqua ex chronicis domus Capellæ accipe : Ad annum usque septimum supra sequimillesimum maior pars nostræ porticus quæ est ante cellas monachorum nondum erat testudinata et asseribus contabulata, siquidem a cella cui titulus est G usque ad cellam cui titulus est T (J ?) restabat opus imperfectum non quod perfici omnino esset necessarum sed tantum fieri potuit ad decorum. Porro id temporis quum vir magnificus et generosus dominus Philippus de Ravestain, et illustris matrona domina

⇒^x Item considerans prædictus Philippus Clivius quod tanta principum frequentia de Viridi-Valle ista in ne[.....] Zeniæ (quod est monasterium regularium) [.....] laudibus religiosoque studio officere posset circa annum 1520 palatum ad orientalem cœnobii plagam regali mole construxit quadrato lapide undique decoratum atque monumenta ipsius Philippi Clivij et uxoris eius Franciscaë tum in palatio tum in vitreis chori alijsque ornamenti fenestrarum passim litteris P. F. expressa cernere licet, palatum restauravit post centum annos Isabella nostra princeps.

1527

Francisca de Lutzemburg uxor eius plerumque morarentur Angiæ, ad nos interdum veniebant visitandi gratia, quandoquidem Angiensis dominium pertinebat ad prædictam illustrem D. Franciscam, quæ singulari nos benevolentia prosequebatur, semperque nos dilectos habebat ex animo. Et nonnunquam ipsa quidem cum suis heroinis et famulis absque marito suo venit, nonnunquam autem et dominus Philippus cum suis familiaribus sine uxore sua, nonnunquam vero pariter ambo cum suis affuerunt. Deambulantes igitur illi per nostram porticum et videntes opus imperfectum mandaverunt ut quemadmodum probe fuit incæptum ita diligenter quoque perficeretur idque sumptibus eorum. Quamdam enim pecuniæ summam a nobis annue recipiebant, quam liberaliter donarunt usque dum prædictum opus consummaretur. Præterea frequenter non solum ipsi sed etiam multi familiares eorum de nobis bene meriti fuerunt, et hoc præsertim quando nobis exactiones erant impositæ a dominis terræ tempore bællorum, ubi plerunque nobis opitulati im[...]nes ab exactiōibus nos aut indemnes custodierunt. Et quoties ad nos venerunt studiose et humiliter se suamque familiam precibus suis commendarunt spondentes obsequium se nobis et benevolentiam exhibituros quando nobis eorum ibi placeret auxilio. Quamobrem diebus dominicis semper in Capitulo mentionem eorum prior in precum memoratione faciebat. Quoties autem aliquis nostrum ad eos ibat etiamsi donatus duntaxat erat benigne admittebatur et audiebatur. clementerque de nobis domina plerunque consuevit precontari dicens: ut valeant filij mei ? Vestra sum si qua in re vobis commodum facere valeo semper equidem præsto sum libenterque vobis morem geram. Per idem tempus incidit domina in quandam infirmitatem de qua perfecte curari non potuit. habere namque ferebatur in latere apostema, quo pluribus annis graviter admodum lacessebatur. Deinde ab Angia profecti habitarunt quandoque Brugis, quandoque Gandavi, ubi ante monasterium fratrum Prædicatorum habuerunt usque adeo pulchram usque adeo amplam, uti commode possent in ea quinque principes hospitari: sic ut quisque singulatim suo reciperetur hospitio. Plerunque tamen ruri se continebant in loco qui vulgo nominatur Winendale inter Brugas et Gandavum, qui locus est per amenus ubi dominus Philippus de Ravestain pulcherrimum atque elegantissimum fontem construxisse fertur de lapidibus marmoreis valde pretiosis. Ibi denique et domina Francisca domina de Ravestain post multas afflictiones prædicto morbo defuncta est, cuius unum latus in quo fuit apostema nimisque miserabiliter exhaustum et corruptum erat. qui tametsi nulos ex uxore sua liberos suscepit unquam aliam tum uxorem non duxit, licet postea prolem adhuc ex qua nescio fæmina suscepisse dicatur. Sed anno 1527 circiter finem januarij ille quoque vita mortali functus obiit sepultusque fuit Bruxellæ iuxta uxorem suam in monasterio fratrum Prædicatorum in mausoleo quod valde pulchrum et pretiosum pluribus annis ante obitum suum sibi et uxori suæ iusserat præparari. ^x Ubi pro eo quales exequiæ fuerint celebratae, et quam opulente fuerit ibidem parentantum et quam innumerabilis ibi populus adfuerit ego narrare vel describere non

⇒ ^x [.....]

1527

valeo, sed ea tempestate a quibusdam fui admonitus (inquit Joannes Ammonius) ut memor benvolentiae domini de Ravestain erga nos et eorum quae contulit in nos beneficiorum nostramque gratitudinem in eum amicis contestarer. Quare collecto sensu breviter epitaphium scripsi in memoriam eius quod hoc loco scribendum censui. Tu vero, lector amice, boni consulito

In memoriam Illustrissimi viri D. Philippi

De Ravestain defuncti. Epitaphium.

Patria nostra suum flet decesse Philippum,
 Orbatam charo se quasi patre dolet.
 Qui genere illustris, virtute illustrior heros,
 Clarus militia, clarus eratque toga
 Iustitiam coluit, fuit et pietatis amator,
 Ingenio excellens cultus et eloquio,
 Artibus ingenuis claros celebresque magistros
 fovit: eisque libens munera digna dedit.
 Extinctum populus sibi lumen amabile plorat;
 In rebus dubijs quo duce tutus erat.
 Flandria fida dolet, populosa Brabantia luget,
 Hannonij lachrymant ; Angia mæsta gemit.
 Quis referat quotiens populos simul atque gementes
 Defendit viduas, et bene fecit eis !
 Ut solet esse pius pater in sua pignora mitis,
 Sic in nos facili mente Philippus erat.
 Pro defuncti anima passim lucentibus aris
 Orgia ponuntur grataque dona Deo ;
 Et grandes nolæ resonant in turribus altis ;
 Nos uti permaneant ad pietatis opus.
 Orta fuit gemini lux antepenultima Jani
 Cum Lachesis traheres ultima fila viro
 Nos illi requiem æternam, pacemque precamur
 Eius nunc statio Sancta sit aula Dei.

1527

⇒ Chorus cartusiæ Lovaniensis construitur munificentia illustris dominæ de Hamal.

Die 11 februarij cæpta sunt fundamenti chori ecclesiæ domus nostræ Lovaniensis, quem fere totum suis expensis construxit illustrissima domina Magdalena de Hamal, vidua illustrissimi domini Guilielmi de Croy, domini Cherviæ, etc. exceptis paucis eleemosynis ad hoc opus collatis quarum hæ sunt præcipuæ.

In primis initio aprilis reverendus in Christo pater dominus Guilhelmus abbas monasterij Sancti Trudonis misit ad prædictum opus semel 200 Renenses communes.

Item circa idem tempus magister Joannes Vullinx notarius universitatis Lovaniensis, dominus Joannes Pereman et Conrardus de Keysere receptor illustrissimi Caroli V Romanorum imperatoris, tanquam executores testamenti Guilielmi de Gheel et uxoris eius dederunt liberaliter ad prædictum opus chori semel 100 rhenenses communes.

⇒ Borbonius Romam invadens [.....]

Maij quinta dux Borbonius Cæsareani ductor, exercitus dum Florentiam Franco faventem invadere parat, illique confæderati pontifex Veneti, alijque Itali præcluso itinere obsistunt converso agmine Romam invadit, cumque ad casam muro coniunctam scalas adponi iubet crassiore glande traeiectus in limine execrabilis victoriæ suæ occubuit, sic ut incolæ summas omnis acerbitas perpessi calamitates tolerantius ferrent, quod divis tutelaribus suas aras defendantibus tormentum in inquen damnati cælo hostis direxisse pie crederent, sic in limine portentosæ temeritatis suæ perijt, ultore quidem magno Deo, ne abominabili victoria et truculentissima tot insontium hominum cæde lætaretur.

Quumque eo cadente per duas horas veterani acriter pugnassent tandem Germani et Hispani in suburbium deinde in ipsam urbem irrupere deisderatis cum Borbonio mille viris, interfectis vero tam in oppugnatione quam irruptione quatuor Romanorum millibus. Divina et humana militum libidini cessere, in omnem sexum, æatemque omni libidinis, sævitiae calmitatis ac cruciatus genere promiscue sævitum

In primis exemplum esto dominus Jacobus N. professus domus de Paulari, ordinis nostri cartusiensis hospes in domo Romæ, qui ibidem a Lutheranis et malis hominibus post multa tormenta cum nollet sanctæ Crucis reliquias prodere ac manifestare ad columnam lapideam in parvo claustro dictæ domus (Sanctæ Crucis in Hierusalem quam tunc Cartusiani *inhabitabatque/inhabitabant*) ligatus est et vivus combustus. Hæc accepimus a domno Ludovico Torrio professo domus Leodiensis hospite et sacrista in domo Lyrana.

Legi quoque patrem minimum ab eisdem fuisse per verenda suspensum. Et in voce turturis Dominici Gravinæ sic iuvenio : Bonifacius a colle (Theatinus) unus et illis duodecim, qui in barbarica irruptione sub Borbonio duce, præ ceteris martyrij constantiam ostendit, dum ad truculenti militis iussionem collum extendit ad vulnus ab evaginato iam gladio excipiendum, qui tametsi non cæsim, sed lato ense percussionem persenserit, nihilominus ictus vehementia et naturalis mortis horror, vivaque mortis imago, plus animum percussit, quam si revera gladius caput obstruncasset. Nec martyrij palmam amisit, cum a sicario impænitente in illud discrimen adductus, ut aut pugione confederetur aut absolutionem impertiretur quam angustiam non aliter sopivit, nisi positis genibus, pectus exponendo et tam insignem impietatem emolliret, et tam præclari facinoris coegerit esse declamatum.

⇒ Pontifex obsidetur.

Clemens pontifex in Hadriani mausoleo obssessus grandi se pecuniae redemit 6 junij Gulielmus Enkevordius belga, quam Adrianus Sextus cardinalem crearat triginta ducatorum millibus se suamque domum redimere coactus est.

⇒ Fiunt omnia invito Cæsare.

Gravis ea clades fuit, grave dedecus Christiani nominis : ad cuius nuntium Augustus cum Philippi filij ad duodecimum kalendas junij Vallisoleti nati lætitiam celebraret, repente ludos cessare iussit. Insitæ pietatis in argumentum fuit, neque sua voluntate tantum scelus commissum.

⇒ 21a maii Vallidoleti Phipippus 2 Hispaniarum rex nascitur.

De Philippi secundi natali hoc exstat chronographicum :

Grata Deo soboLes, generIs spes CLara PHILippVs
NasCItVr, AVstrIaCo LaUrea prIMa PatrI.

⇒ et kalendis augusti Viennæ Maximilianus 2 imperatoris

Calendis alias secunda die augusti Maximilianus II imperator Ferdinandi I imperatoris filius ex Anna Ludovici Hungariæ et Bohemiæ regis filia Viennæ nascitur.

Noster conventus in Schuet scripsit reverendo patri Bibautio hanc supplicationem hoc anno quam penes me habeo authenticam et subsignatam manu eiusdem reverendi. Dominum Jesum vestram ingenuam paternitatem semper dirigere, consummatoque miseræ peregrinationis cursu sua exuberanti pietate æternaliter coronare.

⇒ Supplicatio conventus Dominæ Nostræ de Gratia ad reverendum patrem Bibautum pro frequentiori rasura.

Supplicant cum omni humilitate vestrae reverendæ paternitatis filij frater Joannes prior immeritus et conventus Nostræ Dominæ de Gratia ordinis cartusiensis subscriptas licentias sibi concedi. Primo ut nobis ter in mense radi liceat statuto contrario non obstante (domum enim foris magnificam civitatem sitam colentes, et laicum fratrem in barbitonsorem non habentes : cogimus nonnunquam diem rasure ordinariæ prævenire, aliquando differe, et quasi sylvestres dies festos intonsi solemnisare in scandalum et vituperationem secularium assribentium illud tenacitati non religionis simplicitati, præsertim heu ! his tempestatibus in quibus ferme omnia religiosorum amplius ostentui habentur quam honori).

Alteram petitionem quia defalcavit reverendus pater et quia parvi momenti est omisi subscripserunt :

Frater Joannes de Groote LXXXII (82 ?) annorum quondam procurator et vicarius

Frater Adolfus Cottereau frater Simon Vilain

Frater Henricus Hinckaert frater Ægidius (Cuesel) vicarius

Frater Firminus Tourmant frater Anthonius (van Vlesembeecke) sacrista

Frater Philippus vander Noot

Huic supplicationi sic subscrispit reverendus pater :

Ordinis nostri institutio et observantia non pendet ex iudicio sine scandalo parvolorum aut cæcorum. Sed ex summi atque æterni Dei nostri sententia. Pro vestra tamen consolatione (si omnino ita volueritis) conceditur. Cartusiæ sedente capitulo generali anno 1527 G. prior Cartusiæ.

1527

⇒ Moritur dominus Adolphus Cottereau

Ultima maii vitam cum morte commutavit dominus Adolphus Cottereau, Bruxellensis natione, qui professus anno 1492, legavit domui quinquaginta florenos perpetui census supra dominium dictum Cobbeghem.

⇒ Recipitur dominus Gaspar de Wingen.

Nec defuit etiam hoc anno alter qui locum eius suppleret, nam 14 septembris in nostram societatem receptor est dominus Gaspar de Wingen et sequenti anno votis se obstrinxit.

⇒ Obierunt dominus Joannes Mezengaddi diversarum domorum prior et primus Ruthenæ.

Circa hunc annum obijt dominus Joannes Mezengaddi, professus domus Caturci, vir utilis ordini, qui post diversos gestos prioratus in diversis domibus et diversarum provinciarum administrationem quarum fuerat visitator tandem præfectus est novæ plantationi Ruthenæ.

⇒ Domnus Antonius Ponteys.

Eodem anno ipsius collega seu convisitator dominus Antonius Ponteys prior et professus eiusdem domus Caturci.

In domo Monialium prope Brugas soror Agnes de Utenhove quæ 60 annis vixit in ordine obijt

⇒ Margarita Ondaris mater reverendi pater Bibautij.

et Margarita Ondaris mater reverendi patris Gulielmi Bibautij.

Rursus hoc anno preces per universum ordinem institutæ pro apostatis et personis ordinis a fide deficientibus.

⇒ Carolus de Lannoy [.....]

Hoc quoque nanno Carolus de Lannoy Mingovallæ toparcha pestilentि febre extinguitur. Hic ille est qui captivum regem Franciæ in Hispanias perduxit.

Hinc propter operam isto in bello egregie navatam amplis in Italia possessionibus ab imperatore est donatus atque submonensis princeps creatus.

Eadem anno Ultraiectensis ditio cæsar is Belgicis provincijs adiungitur novembris 11 foedus inter Francum atque Anglum icitur atque in cæsarem pariter coniuratur.

Per eosdem dies Henricus 8 Angliae rex uxorem cæsar is materteram repudiat pontifice et theologis factum valde improbantibus, quod in Anglia hæresem et consequentium calamitatum, quæ in hunc usque diem perseverant. initium dedit.

Rex Franciæ inclinante æstate Odetum Lotrechium in Italiam misit qui suis et Venetorum veribus Alexandriam et Ticinum occupavit. Atqui Romæ adhuc grassabantur cæsar is milites Lautrechi successu excitati cum se abunde præda libidine, vino et auro satiassent insuper singuli duos a Vastio aureos accepissent ducum se imperiis subijcientes Romam deserunt.

Circa hoc tempus obijt dominus Simon, monachus domus Nurembergensis, hospes in Herbipoli qui multas et graves a Lutheranis perseciones usque ad mortem pro Ecclesia Dei patienter sustinuit et habuit anniversarium perpetuum in provinciæ Alemaniæ Inferioris 10 augusti, et quantum colligo obitus ipsius contigit præcedenti anno 1526.

1528

Anno 1528 mense januario Bourgis in Hispania, Franciæ et Angliæ regum legati bellum Carolo cæsari indicunt præcentibus oratoribus Venetorum ac Sfortiæ.

Hinc Galli in Artesiam, et nostri vicissim in Picardiam populabundi excurrunt, et obvia quæque rapinis et incendijs complent.

⇒ Arx Gravelinga

Gravelingæ Arx nova firmissimis munita propugnaculis totius Flandriæ impendio construitur.

⇒ Geldrici belli finis.

Per eosdem dies Geldri Ultraiecto ejciuntur, et tandem pax cum eis inita post 30 et eo amplius annorum bella cum Belgis habito.

Eodem tempore episcopus Ultraiectensis omnem ditionem suam transtulit in ius ducis Brabantiae, accedente non solum regionis totius, verum etiam Romani pontificis consensu. Porro juridictio spiritualis mansit episcopo et præterea redditus annui non contempnendi.

⇒ Domestica

Hoc anno obiit convisitator provinciæ dominus Cornelius Clercque professus et prior domus Brugensis. Commendatur et animatur plurimum prior domus Gandavi dominus Petrus Vassorius visitator iterum recenter institutus ut sicut bene incœpit reformare provinciam, pergit in incœpto.

Confirmatur secundo ordinatio de non recipiendis personis aliorum ordinum.

Item quicunque a regibus vel magnatibus litteras commendatorias ad capitulum generale extorquere præsumpserint declarantur perpetuo inhabiles ad quævis officia 3° ordinatur ut diebus minutionum nihil detrahatur divino officio 4 ut scribentes capitulo generali conforment sese tertiae compilationi statutotrum.

⇒ Domus Monialium Melani combusta.

Domus Monialium Melani hoc anno passa incendium commendatur prioribus et conventibus.

20 aprilis obiit Petrus Caelwyck donatus huius domus et quondam cocus, quamvis notetur in calendario annus 1527, tunc enim temporis more diœcesis incipiebatur annus a Paschate, nam invenitur nomen ipsius in carta anni sequentis 1529.

Item in domo contigua Capellæ Beatae Mariæ Virginis dicensit e vita Margareta TSmolders 96 annorum, quæ circa 40 annis servivit conventui tam in Anderlaco quam in Schuet præcipue ministrando pueris.

1528

Conquestus erat per literas Carolus fidem a Gallo violatam non redditis quæ erat prolixe in captivitate pollicitus. Mendacij illum Gallus accusat per ficialem et ad singulare certamen provocat. Re cum proceribus communicata, respondit Carolus ad octavum kalendas julij, loco etiam certamini designato. cautior ille neque litteras resignare voluit, neque fecialem audire ex Hispania ea caussa missum.

⇒ Galliæ rex obsidet Neapolim ibi pestis dicta pockes exhorta.

Interea Lotrechius Bononiæ hyeme exacta Neapolim ire pergit, verum obsessa ea urbe in magna spe totius provinciæ occupandæ, pestis (quæ processit ex regalis æqueductus, qui Poggij erat, ruptura (inde Pocken ac Pockes vulgo morbus est dictus) repente in castris grassata magnam copiarum partim cum duce ipso consumpsit.

⇒ Andreas Auria deficit a rege Franciæ et Genuam eripit.

Ea incommodo percitus Andræas Auria Genuensis, Gallicæ classis præfectus Caroli auspicia sequi maluit, patriæ libertatis victis pulsisque Tregosijs fundator eximius.

Quamvis acerbo inter Cæsarem Italos ac Francos in Italia certatur bello, domi tamen Angli, Franci, Belgæ ac Hispani beneficio induciarum quas mense julio huius anni in octo proximos fecerant menses, ac deinde in alios continuabant quienerem.

Congruum mihi visum est hic subnectere quæ in chronico domus Capellæ legi.

Anno 1528 cum essent induciæ inter nostrates et Francos, tertio nonas octobris in profesto annuæ dedicationis templi nostri venit ab Alosto per Niniven illustris domina domina de Vendom versus Angiam. Sed a Ninive sacerdotem sacellanum suum virum prudentem et probe eruditum præmisit non incomitatum ad nos qui priorem nostrum conveniret, percontareturque num liceret illustri dominæ de Vendom cum suis heroinis intrare monasterium nostrum. Prior noster hoc auditio nuntio satis attonitus et perplexus quid ageret prorsus ambigebat, nam si non annueret petitioni metuebat indignationem dominæ et eorum qui cum ipsa erant, si vero annueret metuebat censuram patrum ordinis nostri qui severiter ordinarunt ne mulieres (quo ad fieri potest) ingredi claustra monachorum permittantur. Proinde sacellano respondit prior noster se patrum ordinatione impediri, nec audere quod petebatur concedere usque dum a visitatore provinciæ nostræ id faciendi copiam haberet, ordinationemque patrum ostendit, et rogavit ne quisquam moleste ferret, quod a præscripto patrum inconsulte non discederemus. Post prandium vero circiter horam secundam prior in colloquium iussit monachos accerciri. Qui cum simul adessent dixit : fratres, adest domina de Vendom domina nostra Angiensis et ingredi poscit in claustrum nostrum, quam si admisero vos accusabis me apud patres proinde non ausim facere quod postulat. Attamen in ecclesiam usque anteriorem eamus pariter obviam ei. Atque ita prior indutus cuculla ecclesiastica

cum stola præcedebat nos, habens in manu parvam statuam deauratam Dominus Michaelis argenteam crucem tenentis, in qua parvula pars est ligni Sanctæ Crucis. Cum autem venissemus ad valvas ecclesiæ anterioris ecce via publica plena curruum et equorum, ingensque tumultus hominum et equorum frementium et hinnentium : quippe ducenti fere homines in curribus et in equis adesse dicebantur. Ipsa vernerab. domina de Vendam et filia filij eius inter duos equos pylento simul vehebantur

⇒ Modus recipiendi dominos terræ.

Ut autem domina vidi priorem nostrum et nos iuxta eumstantes ad ianuam intra limen templi flexis genibus osculabatur oblatam a priore crucem prædictam, et prior etiam flectebat genua quando crucem obtulit osculandam, deinde per pauca locuti circa ianuam domina intravit in templum et in sacellum Beatæ Virginis, et sequebatur eam in primis quidem eius neptis prædicta et sex aut octo domicellæ comites eius, sed quia tunc intrare non potuit in chorum ubi cor patris eius sepultum est ante summum altare ipsa misit illuc sacellanum suum et ibi psalmum de profundis legit, et fratres laici obtulerunt potum libbere volentibus ipsaque domina babit.

⇒ Munificentia domina Enghemiensis.

Et obtenta a visitatore licentia quodam sabbathi die redijt, et in choro audivit missam, prandium suis sumptibus et per suos cocos paravit, monachis pitantiam ministrari iussit, claustrum et cellas quorumdam visitavit, Habitator cellæ Q dedit dominæ horologium de pulveribus testarum ovorum et clepsydris vitreis concinnatum, quod valde gratauerit dominæ.

Hæc autem domina vocabatur Maria primogenita Petri Lutcembergensis fani S. Pauli in Lignij comitis quæ in patris successit comitatus et post mortem Franciscæ sororis natu minoris in Enghemiacæ dominium, primas nuptias celebravit cum Jacobo Sabaudo Romontij comite, quo ex vivis anno 1486 sublato, alteras admisit cum Francisco Borbonio comite Vendomensi.

Ut autem sciatur quam late dominati fuerint domini Enghemienes describam epitaphium sub quo conditum est cor prædicti domini Petri Lucemburgensis patris dictæ dominæ.

⇒ Epitaphium Petri de Lucempergo cuius cor in domo Capellæ conditum est.

Cij gyst le cœur de treshaut et puissant seigneur Pierre de Luxembourg Comte de Saint Paul, de Liney, Conversan de Brienne, de Marles et de Soissons, Vicomte de Meaux, Seigneur d'Enghien, Doisy, de Jondes, de Ghistelle de Bourbourg de Warneton de Dunkerque, de Gravenlingue, de Toulieux en Bruges, Chastelain de Lilles etc. qui trepassa en sa ville d'Enghien le 25 iour du mois d'octobre l'an mil quatre cents 82.

⇒ Hispani pietas non ingrata.

Eodem anno circa tertium nonas novembris transiere iuxta nostras ædes ad duo millia militum Hispanorum, nec quisquam eorum intravit monasterium, præterquam unus qui petivit monachorum sacerdotum manus deosculari, pergebant autem ad illustrium Ferdinandum principem, et ille unus post annum aut duos fuit rursus in monasterio, et cum monachis in spatiamento.

Habita quoque id temporis comitia imperij Spiræ, in quibus actum est de expeditione contra Turcas, et pace religionis : cæterum ita discessum est, ut Ferdinandus rex non minimo dolore ex amissa Hungaria affectus, et reliquis ditionibus suis auxie metuens, nulla auxilia potuerit impetrare, nisi novatores sua sineret retinere dogmata.

⇒ Unde Protestantes dicti.

Quamquam et in hoc conventu protestati seu contestati sunt se quibusdam decretis comitiorum non posse subscribere, ideoque ad cæsarem provocare : inde cœpit nomen Protestantium, quod hodie adhuc in ore multorum est.

Crescunt interim passim per Germaniam specioso protestationis et appellationis colore miræ insolentiæ, quarum mentionem faciens Erasmus, ipse inter alia Erardo præsuli Leodiensi hæc scribit :

Fortasse novum istud non est, quod Joannes Ecolampadius hic publice uxorem duxit, puellam sane lepidam, idem fecit concionator Augustinensium, et nuper concionator Franciscanus. Hac sane via damnant illorum hæresim, qui detestantur coniugium. Unus inter hos erat cælebs, qui pridem a magistratu damnatus, publicitus in foro virgis cæsus est, ferreum cingulum collo gestare, atque ita per carnificem ductus extra portam in exilium ; electi sunt simul pistor illius hospes, et huius uxor, quam arte mira delusam, ut a marito secubaret, constuprare solitus, non omnino nescio, ut videtur marito Accipe alteram fabulam. In pago quodam cui nomen Vicus Vetus, rusticus quidam in diversorio dum eucharistiam ridet, subito examinatus est. Rem sic actam fuisse testes docuere: Ædituus quidam rusticus præferebat scriniolum plenum panibus consecrandis, quas hostias vocant, huic comes erat alter rusticus, qui quondam fuerat Ædituus, ubi ventum est ad vicum modo dictam, libuit illi bibere : In diversorio petit comes ille ab ædituo hostiam dono, illo contenti accepit et incipit per ludibrium consecrare : Cauponariæ videns increpat, ille nihil (inquit) tua refert, abi, apporta vinum. Ubi redit mulier offendit hominem collapsum, rogat quid habeat, respondent ibi potentes in alia mensa, fortassis habet cum syncopis. Mulier adfert acetum, admovent sed frustra, erat plane mortuus. Hæc non est fabula. feruntur et alij rumores, verum nolui parum comperta scribere. Datum Basileæ calendas octobris 1528.

1529

⇒ Domnus Joannes de Dordraco recipitur in Schuet et Lovanij dominus Joannes Roboochs.
Anno 1529 januario 15 nomen dedit ordini dominus Joannes de Dordraco in domo Nostra Dominæ Nostræ de Gratia in Schuet.

Ad eundem ordinem receptus fuit in domo Lovaniensi dominus Joannes Roboochs Mechliniensis consanguinens dominus Joannis Robijns ecclesiæ B. Rumoldi decani. Obijt prior Monachorum Brugis anno 1560.

⇒ Moritur in Schuet dominus Henricus Hinckaert.

Idibus februarij migravit ex hac vita in Schuet Joannes Hobus, donatus huius domus et 25 junii dominus Henricus Hinckaert de Bruxella, monachus qui in professione reliquit huic domui circa 40 renenses perpetui census.

Et plura vide annum 1591

⇒ Tumultus Basileæ et iconoclastia

Mense februario cives tumultuantur senatores loco movent, imagines confringunt, missam abolent.

Circa hunc annum obijt nobilis dominus Ravico de Gusman, magnus fautor ordinis ex stirpe D. Dominici.

Per chartam capituli nostri prior domus Antverpiæ absolvitur et Joannes Danis instituitur procurator, qui obiit hoc sequenti anno beneficiis dives, ut verisimile est ex sudore Anglico.

⇒ Comes a Sancto Paulo capitul et de non servata fide redarguitur.

In Mediolanensi, dicione bellum varia gerebat fortuna fani Divi Pauli, comes dominus terræ Angiensis frustra conatus Genuam Savonamque recuperare, ac cum suis confœderatorumque copijs Mediolanum obsidere. Quare Papiam cum altera exercitus parte proficiscitur : quam cum mense junio occupare iterum conaretur ab Antonio Leva, qui de eius consilio ac copiarum diminutione certior factus Mediolano exierat, iuxta Ladrianum pugna superatur ac capitul cum omnibus impedimentis et tormentis. Qua clade territi Franci universa derelicta insubria in Franciam revertuntur.

Circa id temporis venerunt Angiam duo legati cum suis comitibus missi a principe de Arayngem cum literis et diplomatis ac potestate imperiali vendicabunt sibi, et in suam redigebant potestatem omnia dominia dominæ de Vandom, non tantum quæ fuerunt in Angensi territorio sed etiam in Brabantia et Zelandia, et pro voluntate sua vel eosdem vel alios substituerunt qui nomine domini de Arayngem ministrarent. Huius autem rei causa talis esse dicebatur : filius dominæ de Vandom comes fani S. Pauli in bello pugnans pro rege Franciæ captus fuit ab eis qui pugnabant cum principe Borbonio pro rege Hispaniarum Carolo in Italia. At in captivitate existens tædio nimis affectus fide promissa per redemptionem quam suo tempore solveret dimissus fuit ad sua redire et illustris dominus de Areyngem spopondit pro eo. Dimissus igitur ille promissam redemptionis pecuniam non solum suo tempore non misit, sed etiam sumptis armis iterum propugnaturus pro rege Franciæ processit ad bellum, ubi cum fuisset iterum captus (prout iam diximus) districte redargutus fuit de non servata fide. Qui cum causam pro se diceret sed insufficientem cum prædicto principe de Araynghem habuit item in foro judiciali et perdidit, eratque summa pecuniarum valde magna, et ad multa aureorum millia ascendens. Deinde paucis post diebus ille princeps de Arayngem obijt, cuius dominium devenit ad illustrem principem dominum Henricum iuniorem dominum de Nasau. Qui cum venisset Angiam, et ibi fuisset ad tempus quodam die veneris (eratque festum sanctorum Martyrum Abdon et Sennem) venit ad nos (cartusianos domus Capellæ) et prandium sumpsit apud nos in cœnaculo

⇒ Liberalis educatio nobilium pueorum.

propinavitque nobis vinum fueruntque cum eo viginti viri, Erat autem gratiosus puer annos natus tredecim, probe institutus literis latinis, loquebaturque nobiscum latine in spatiamento, cui tunc obtuli (Joannes Ammonius) unum carmen sapphicum quod paucis ante diebus de turtre et volucre concinnaveram, et gratanter illud accepit. Eius præceptor M. Ottho Bredanus probus adolescens eruditus admodum, qui cum prædicto principe alios etiam adolescentulos instituerat quatuor aut quinque (hi erant Ephæbi ipsius principis, ni fallor) neque solum in grammatica instituit sed etiam in arte musica, et voce liquida modulari carmina Germanicasque inflare fistulos, et alia quæ digna sunt homine libero docuit eos.

Sciendum vero quod illustris domina et filius eius comes fani S. Pauli non diu permiserunt sua dominia occupari sed brevi persolutis omnibus cum pace et benevolentia recuperarunt.

Cupiebat Carolus imperator in Italiam navigare coronam imperij de manu pontificis suscepturus. Eo studio cum eo in gratiam ex tantis quamvis iniurijs redijt, pactus filiam Margaritam furto susceptam Alexandro Mediceo coniugem, Mediceosque pulsos in patriam restituturum.

Simul cum Gallo rege Cameraci per legatos instaurato foedere filios remisit ad patrem ducentis aureorum myriadibus acceptis, cum illis Eleonora soror Gallo coniux abijt. Ex hoc tempore Belgæ quidem sui iuris sunt facti, exempti penitus a Gallico imperio. Burgundiæ ducatus penes Gallos mansit.

Solimanus Turca a Joanne Vaivoda (qui in regnum Hungariæ ius prætendebat) sollicitatus Budam venit, et arcem quæ Germanico tenebatur præsidio, capit, deinde Viennam Austriae obsedit, defendit Philippus Palatinus.

Eodem mense septembri novum morbi genus quod sudorem Anglicum vel Anglicam pestem sudatorium dixere Germaniam et Belgium graviter afflixit. Antverpiæ tridui spatio quadringentos aut quingentos homines extinctos testatur Erasmus liber 26 epistolæ 56. Itaque cum solemnem supplicationem clerus senatus ac populus Antverpiensis ipso die Sancti Michaelis placando Deo instituisset malum serpere desijt. In cuius beneficij memoriam etiamnum quotannis iste die solemnem Antverpienses celebrant supplicationem.

In chronicō domus Capellæ scriptum iuvenio quod ad rem facit.

Circiter finem septembrios et initium mensis octobris multos homines in Hollandia et Brabantia quædam ægrotatio corripuit quæ dicebatur Sudor Anglicus; Bruxellenses udem clausurunt tres portas versus Antverpiam et sollicite vigilias et excubias agitabant, ne hospites illuc advenientes morbum afferent secum. Propterea non solum in opidis sed etiam in pagis ordinatum fuit uti bis in hebdomada ubique tertia feria et quinta

1529

habebantur publicæ supplicationes. Et multi mortales magno timore, mortis perculsi perquam studiose confitebantur peccata sua et præparantes se venerabile Corpus Christi sumebant.

⇒ Oceani inundatio.

Ultimo quoque die mensis octobris et biduo sequente oceanus noster exundans magnam Hollandiæ, Zelandiæ et Flandriæ partem submersit.

Quis tot signa prædicta a Christo videns non credidisset finem mundi adesse, et hæc quidem initia dolorum sed necdum finis, verum audiamus lamentationem præstantissimi viri domnus Judoci Hessi prioris domus Erphordiæ quam declaravit sequenti anno in cartusia coram. Patribus congregatis pro capitulo celebrando.

⇒ Lamentatio V. P. dominus Judoci Hessi cartus. de misero statu huius temporis.

Quamobrem charissimi atque ornatissimi patres attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos hoc est speculatorum ad regendas oves suas, quas acquisivit sanguine suo. Nunquam enim iam inde ab ordinis nostri exordio ampliorem fuisse necessitatem opinor atque nunc sit prospicio dominico gregi. Nam vereor ne tempora spectet ista, quod Christus apud Marcum ait : Initia dolorum hæc, nam gentem adversus gentem surgere, febrem pestilentialem post natos homines inauditam undique incrudescere, homines maxima omnium rerum penuria et inopia laborare videmus. Adde lachrymabilem illam cladem quam a ferocissimo Thurca Germania nostra deplorata accepit, qui septimo idus septembribus anni iam elapsi (hoc est huius) Budam Ungariæ clarissimam urbem, quæ regum sedes est cum castro quo nihil fuit munitius cœpit, quam simul ac cædibus stupra, cædes stupris miscuit, cæsis omnibus ultricibus dedit flammis. Capta urbe et vulcano sacrata ultra et citra Danubium latissimas terras ferro et igne vastavit, et quod sine lachrymarum fonte vix effari possum amplius quadraginta millia mulierum et puerorum inconditam inermemque multitudinem a Buda Viennam versus per fugam salutem quærerentem ad unum infanda nece peremisit.

⇒ Viennæ descriptio

Pridie deinde kalendas octobris Viennam Pannoniæ olim, iam Austriæ urbem præclarissimam ad Danubium sitam, qua nulla ditior, nulla populosior, nulla denique Australium civitatum vetustior regionis caput a Flavio consule conditam numerosissimis copijs inopinato aggressus fossis vallisque circumdedit et obsedit. Quadringenta equitum militumque millia in eius fuisse exercitu traditur. Et tanta vi omni telorum et tormentorum genere interdiu et noctu per quindecim perpetuos dies urbem oppugnare cœpit, ut nisi Deus Optimus Maximus aliter disposuisset actum esset de Vienna et subinde de tota Austria. In Viennensi agro per tredecim milliaria omnia igni ferroque depopulatus est.

⇒ Crudelitas turcarum

Cernebatur varia pereuntium forma, et plurima mortis imago. Videsses mulierum et virginum corpora nuda frustratim disserpta ac misere dilaniata. Vidisses infantes e matrum uteris execotos partim sudibus affixos partim ab ephippijs veluti lepores pendentes. O calamitas ! Vœ tibi deplorata Germania, somnus et vinum et epulæ et scorta balneaque et otium, privatumque commodum ita te ruptis pudicitiae claustris enervaverunt, ut nihil reliqui

quin ilicet perieris.

Ad vos redeo viri fratres, num hæc non sunt initia dolorum ? Adde quod nec corpora modo tabe sunt affecta, sed et animos multiplex religio, et pleraque iam pridem damnata hæresis invasit. Nam multi pseudoprophetae exorti, quorum dogmata infirmioris animi fratres legunt nec intelligunt quid sub eis veneni delitescat, vident multos ex nostris etiam primates in eorum senteniam abiecta cuculla pedibus inire et pestilentissimo dogmati nomen dare, quamobrem quasi sub acie novaculae stant ambigui animo hæsitanter quo se vertere debeant.

Evigilandum igitur nobis est dilectissimi patres quibus tam pretiosi gregis cum committitur, quatinus eum a lupina rapie (quæ iam savit) pro viribus tutemur ne si nostra negligentia (quod absit) depereat, sanguis illius e manibus nostris requiratur.

Tunc temporis cartusiæ Omnia Sanctorum in Maurbach tertio a Vienna Austræ metropoli lapide magnas perpessa clades interitui fere obnoxia nonullos e gremio suo perdidit, adeo ut plerique eorum Turcica barbarie trucidati martyrij palmam promeruerint e quibus fuere.

Domnus Sigismundus N. istius loci professus.

Domnus Modestus Acolythus monachus professus domus Sanctæ Trinitatis prope Brunam

^x Frater Erardus conversus domus Morbachensis

^x Frater Michael professus eiusdem domus

Frater Sebastianus clericus redditus in Maurbach

Frater Joannes conversus eiusdem domus

^x Isti duo omittuntur in charta et duo alij substituuntur v. frater Petrus de Muro et frater Petrus de Lana.

2a octobris sepulta est apud cartusianos Lovanienses in maiori ambitu prope portam ecclesiæ quædam virgo inupta filia Cornelij Vledinx ibidem etiam sepulti in anno 1506, ad cuius memoriam posita est parva tabella lignea cum imagine Beatæ Mariæ, ubi et ipsa adolescentula ad vivum depicta est cum hac inscriptione.

Hier leet begraven een ionghe maghet ioufru Marie Vledinx, alias Terrax anno 1529 den tweeden dach october.

Et media pars parvi claustræ, quæ restabat ædificanda una cum tribus sacellis a dextro latere templi et cum sacello Sanctæ Crucis et sacristia ac capitulo, perfecta est expensis illustrissimæ dominæ Magdalene de Hamal viduæ illustrissimi dominus Guilielmi de Croy domini Cherviæ.

Nec omittenda memoria dominus Jacobi Fabri professus domus Capellæ, in qua receptus fuit ad ordinem 8 calendas februarij anno 1478 sacerdos tunc secularis et civis Gandensis naturaliter habens vocem bonam et sonoram, et in arte musica peritus. Qui sicut ipse narravit mirum in modum tentatus aliquando et afflictus in hac domo fuit tempore quo dominus Jaspar hic erat prior, quibus tandem malis post dies multos paulatim in morem fumi evanescens omnino se liberatum sensit, Deoque gratias uberes egit, fidelis autem Deus qui non patitur suos tentari supra in quod possint, sed facit etiam cum tentatione proventum, ut possint sustinere. Erat autem dominus Jacobus vir pius ac timens Deum, in scripturis divinis diligenter exercitatus, multaque legerat, et ea præsertim, quæ ad pietatem nutriendam faciunt. Unde quoties erat in spaciamentis suaviter aliquid e sacris literis in medium fere proferebat, habebatque non modo exempla multa in promptu sed etiam auctoritates sanctorum patrum Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij, Bernardij et aliorum, quibus confirmaret eloquia sua. Dicebat enim : operæpretium est ut dicta nostra ligentur auctoritate aliqua aut sententia gravi. Quod utique verum est et verbum memoratu dignum. Hoc enim viri docti et eruditii servant, ut semper accurate considerent, quomodo quod proponunt concinne

possit comprobari. Porro Lovanij quum id temporis nova domus ordinis construeretur illuc dominus Jacobus missus fuit cum primis fratribus ordinis nostri domum illam inhabitaturis. Siquidem anno 1500 auctor videt illum ibidem æditum templi, sed anno 1505 reversus est ad domum professionis, fuit diligens sermonum Dei prædicator, atque in precibus assiduus, et cum annos plusquam 50 transegisset in ordine, die quodam laborum in octobri cum transiret ante præsepio æquorum, ubi canis quidem niger huius domus iacebat ad solem, quem intuitus dominus Jacobus et subvidens : Hem turpis bestia, inquit, et pede suo leviter canem trusit. Ac canis ut erat acer admodum protinus exurrexit latransque domni Jacobi lacinias invasit nec tamen cæsit, sed enim expave factus dominus Jacobus corruit in terram, id cernentes alij accurrerunt, cumque sublevaverunt qui non potuit ambulare, quamvis nullum eius corporis membrum luxum esset sed ex pavore concepto et inopinato casu incidit in infirmitatem ex qua non convaluit, sed pridie calendas decembris sumptis ecclesiæ sacramentis ad Deum migravit anno 1529.

1530

Anno 1530 festum gloriosissimi Nominis Jesu a Clemente 7 januario mense instituitur.

⇒ Carolus V cæsar 24 februarij Bononiæ diademate imperiali a Clemente 7 coronatur.

Februarij 24 Bononiæ in Itala (nam Roma propter superiores clades deformata erat, exarcerbati civium animi) Carolus cæsar iam substiterat, quando die suo natali, Divo Mathiæ Apostolo dicato, qui etiam ante quinquennium, Ticinensi ad papiam victoria, Francisco rege capto, faustus celebrisque evaserat, Clementis pontifex maximus sacratis manibus in imperatorem augustum susceptis solenni ritu ornamenti consecrari voluit.

⇒ Quæ in Italia egerit cæsar, quam et pacificat.

Ut Franciscus Sfortia patrio principatu redderetur pontificis et Venetorum precibus datum. Christierna coniuge, quæ Dani regis filia erat, præterea pollicitus nongenta millia aureorum, quam summam dum integrum representat Comum et Mediolani arx cæsarijs præsidijs retentæ. Mantuano marchionis nomen ducis honore mutatum, duci Ferrarensi Rheygum et Mutinam, de quibus cum pontifice lis erat, imperator consensu partium delectus arbiter, dedit.

Bononia igitur cæsar Mantuam, indeque per Venetorum ditiones trans Alpes Oenipotem (Insprug Germani vocant) venit, ubi Mercurium Gatinariam cardinalem postremum Burgundiæ cancellarium ac consiliarium maxime intimum morbo eruptum sepelivit, substitutque illi Nicolaum Perenotum Granvellæ dominum, natione Burgundum, qui cancellarij primique consiliarij munere functus titulo abstinuit. In monumentis domus autem fere sic habetur.

⇒ Nota

Oenipotente 2 junij reverendissimus dominus Mercurinus Gattinariæ cardinalis et cæsaris cancellarius primus huius domus benefactor vita defungitur.

Secunda junij obiit reverendus in Christo pater dominus Mercurinus a Gattinaria sacratissimæ sedis Apostolicæ cardinalis presbyter tituli Sancti Joannis ante portam latinam, casareæ maiestatis magnus cancellarius utriusque iuris doctor et comes Gattinariæ magnus benefactor domus nostræ Bruxellensis et totius ordinis fautor præcipuus, de quo saepius fit mentio in libro fundationis. Ipsius enim medio et procuratione ecclesia in Schuet perfecta fuit, et de proprio dedit duo millia florenorum, unde constructa fuit magna pars ambitus prout insignia ipsius demonstrabant, et nisi morte preventus fuisset desudare se promittebat in consummationem totius monasterij. Requiescat in pace fidelis anima et bonorum memoria digna.

⇒ Reverendus dominus Heliundus Jamffredi legum doctor et auctor novæ plantationis Ruthenæ morte cedit.

Circa hunc annum obiit quoque reverendus dominus Heliundus Jamffredi legum doctor præpositus Albiensis et cantor et canonicus ecclesiæ cathedralis Ruthenensis fundator cartusiæ Divi Hieronymi prope prædictam urbem Ruthenam, qui ab anno 1510 in chartis habuit semper vel missam de Spiriru Sancto vel de Beata Maria.

⇒ Frater Henricus Smesman donatus huius domus.

Pridie S. Valentini martyris huius lucis usuram amisit Henricus Smesman donatus huius domus et sartor, oriundus de Gandavo.

Committitur pariter hoc anno priori Bruxellæ cura bonorum cartusiæ circa territorium Bruxellense.

⇒Epistola generalis ordinis Vallis Umbrosæ pro editione operum domnus Dionysij cartusiani legende venit cum illa ducis Geldriæ quam ad calcem pag. 51 invenies.

Reverendissimo in Christo patri Guilielmo Maioris Cartusiæ priori, totiusque cartusiensis ordinis generali dignissimo. Reverendisque patribus diffinitoribus generalis capituli, nec non et venerandis prioribus domus Colonæ et Ruremundæ eiusdem ordinis Johannes Maria Canisianus, patricius Florentinus ac abbas generalis ordinis Vallis Umbrosæ S. D.

Pervenerunt ad nos hisce diebus, reverendi patres, nonnulla commentaria super epistolas Pauli non minus profunditate doctrinæ, quam ardore devotionis referta. Hæcque a Dionysio illo, viro sanctissimo et doctissimo Ruremundensis domus, sacræ religionis vestræ filio edita. Quæ quantum gaudij spiritualis multis ex nostris attulerint, mihi præsertim carthusiensis familiæ ardentissimo, non facile dixerim. Quo factum est, ut cum inspicerem catalogum quemdam opusculorum Dionysij titulosque eorumdem intime mecum considerarem incredibili ardore succensus sim videndi omnia Dionysij opera impressa : tum ob vestræ religionis decorem, tum ob meam et meorum consolationem, tum vel imprimis ob communem totius Ecclesiæ utilitatem. Est enim eius doctrina sana profunda, brevis, devota, et quæ multis possit tribueri lumen divinæ sapientiæ, ardorem dilectionis, et saporem supernæ dulcedinis.

Cogitavi itaque scribere Coloniensi et Ruremundensi priori quorum diligentia epistolæ Pauli impressoribus traditæ sunt, eosque adhortari in Domino ut reliqua Dionysij opera nolint diutius latere sub modio, sed ponere supra candelabrum, ut qui ingrediuntur ecclesiæ aulam, etiam cartusianum lumen videant sicut hactenus viderunt magna illa luminaria doctorem sanctum, doctorem Seraphicum, doctorem subtilem, Albertum, Ægidium, Alexandrum, et multos alios quasi nostræ ætatis doctores eximios, ut de antiquioribus taceam. Verum dum hæc in animo verterem, dixit in corde meo forte Spiritus Sanctus : Si diligentia et charitati prioris Coloniensis et Ruremundensis reverendi in Christo patris prioris Maioris Cartusiæ, et totius religionis obedientia super addatur, ullo pacto fieri poterit, ut ego exaudiar. Et idcirco melius fore conclusi reverendo patri generali et diffinitoribus capituli totam religionem representantibus, præfatisque prioribus scribere et dirigere præsentem communem epistolam, quod et facto. Vestræque charitati ad memoriam revoco dictum illud Salomonis : diriventur fontes tui foras et in plateis aquas tuas divide. Fontes vestri sunt doctores vestræ sacræ religionis quorum unus est Dionysius iste, de quo est sermo. Quem debetis omni diligentia et sollicitudine palam facere ecclesiæ Sanctæ Dei, exemplo cœlestis patris, qui cum haberet apud se fontem sapientiæ in excelsis, cernens quod nemo posset in cælum ascendere, ad hauriendam aquam sapientiæ, et quod puteus altus esset, nec esset

homini in quo haurire posset : curavit omnipotens et misericors Deus, ut fons hortorum et puteus aquarum viventium impetu quodam de Libano fluerent ad irrigandas novellas plantationes, ad purgandum peccatorum sordes ad potandos sitientes vias iustitiae. Unde et idem fons de se ipso testatur. Ego quasi fluvius Dorix, et sicut aqueductus exivi de Paradijso, dixi, Rigabo hortum meum. Et alibi : Erit fons domui David in ablutionem sceleris et menstruatae. Et item alibi : Si quis sitit veniat ad me, et bibat. Sed quorsum haec? cur digressus sum ab incæpto et principali intentione? Non ob aliud certe, nisi ut patres illos (duos alloquor priores) hortarer, reverendos vero patres diffinitores rogarem, reverendissimum autem patrem generalem obsecrarem, ut præfata Dionysij opera, quasi rivuli allius fontis, qui in exelsis est verbum Dei ad communem utilitatem diriventur foras id est impressoribus tradantur. Nam et in rivulis Dionysij poterunt plantæ novitiorum irrigari ut fructifcent, poterunt peccatores lavari ut mundentur, poterunt sitientes ineibriari, ut viam mandatorum Dei percurrant. Interponat itaque sese Coloniensis et Ruremundensis solicitude, adsit patrum diffinitorum charitas, superveniat reverendissimi patris authoritas. Mementote patres mei charissimi quod in thesauro abscondito et sapientia occultata nihil utilitatis in utrisque. Reducatur vobis ad memoriam quod qui abscondit frumenta maledicitur in populis et benedictio super caput vendentium. Ceterum, patres reverendi si quid in hoc vel alio quocumque pro vobis et religione vestra me facere posse existimatis, curetis ut sciam, factumque putetis. Hoc unum dumtaxat rogo, et obsecro ut mei memores sitis in orationibus vestris qui iam diu habitum cartusianum in corde retineo, teste Octaviano charissimo domus Florentiæ priore et visitatore dignissimo. Florentiæ prima aprilis anno 1532

Reverendissimo in Christo patri domino Guilielmo ordinis carthusiani generali dignissimo Joannes Parcevanus theologus et procurator cartusiæ Parisiensis felicitatem exoptat.

Ad hanc nostram urbem, reverende pater, appulere permulta domni Dionysij nostri opera videlicet commentarij in psalmos Davidicos, in epistolas Paulinas et canonicas in Apocalypsim aliaque opuscula. Idque piis laboribus bonorum patrum cartusiæ Coloniensis. Expectamus quoque reliqua eiusdem patris opuscula in duos tomos redacta sub proximum Pascha. Hodie versor in ipsius commentariis in psalmos quantum per ocium licet. Deus bone, quantum peritiæ sacrarum litterarum quantum eruditiois theologiae ut vocant, scholasticæ, quantum devotionis, quantum piorum affectuum, quantum denique deliciarum spiritualium in ipsis reperire est? O virum admirabilem, qui egregiam doctrinam cum summa

devotione coniunxerit. Quapropter reverendam paternitatem vestram etiam etiam rogo ut prafatis patribus iam sponte currentibus animos addere dignetur ad reliqua Dionysii nostri opera (quæ non pauca sunt) prælo committenda. Hoc nimirum cedet ad Dei honorem, ecclesiae utilitatem atque ad decus et ornamentum ordinis. Nolim ego reverendam paternitatem vestram tum doctam, tum devotam super tam pio negotio diutius remorari Quam sospitet ac tueatur benignissimus Jesus. Ex cartusia nostro Parisiensi die festo Divi Gregorij anno M.D.XXXI.

⇒ Oostervicanum municipium tertio distat a Sylva Ducus lapide.

De Oostervickana virginum congregatione fundata a domino Nicolao Eschio quondam hospite in cartusia Coloniensi.

De qua ad D. abbatem Sanctæ Gertrudis Lovanij V. P. Georgius Garnefelt cartusiæ Coloniensis bibliothecarius in hæc verba scripsit: Ad virgines Oostervicanas quod attinet paucas ex multis celebriores commemoro, quæ magnæ virtutis fuere, vel cum aliqua opinione sanctitatis obiere. Quas inter prima sit Helwigis virgo, quam tanti faciebat pater Joannes Justus noster Lanspergius, ut optarit post obitum suum illius se precibus unice commendatum : quem tamen constat absque purgatorio ad superos evolasse. Secunda sit Anna Oorschotana, quam similiter idem pater admodum extollit et collectam seu eleemosynam pro ea per literas fieri petit a cartusia Coloniensi quod ex litteris eius anni 1530 quas penes me servo manifestum fit. Tertia Ida comitis quæ postmodum maioris perfectionis studio migravit Disthemium ad reclusorium. Quarta Joanna virgo post Lovanij inclusa floruit ante annos centum. Quinta Eva virgo quæ obiit 20 decembris ut Eschius in quadam epistola indicat. Sexta Maria Lignana itidem Oostervicana, quæ anno 1545 Coloniam profecta commodum a cartusia sustentationem habuit, in qua et sepulturam accepit anno 1557 30 7bris. Hanc plurimum laudat dominus Petrus Blomevenne Leidensis cartusiæ Coloniensis prior in epistola dedicatoria ad M. Martinum Greve oppidi Buscoducensis graphiarium : et debeo eius verba ponere : *Maria illa de Oostervyck in Christo filia mea, virgo miræ sanctitatis etiam in domo paterna extra omnem professionem monasticam vitam agens cuius orationibus et meritis hodie non parum fulcit ecclesia, et quod experti sumus ad meliora quotidie qui suas illi animas commendant proficiunt, domus tuæ pia admodum et frugalitate et unanimitate delectatur. Porro huius eo libentius memini, quo video in ea Dionysij spiritum, Dionysij zelum, Dionysij denique exemplum reviviscere. Hactenus legisti quem amas Dionysium : nunc etiam oculis vides quam colis Mariam hanc, crebris animæ excessibus ad cælestia rapi. Scribebat ille pene continuus ad ecclesiæ ædificationem, nihilominus interim orans et Deo intus loquens pro animarum salute. Hæc uno licet oculo puta interno Deum contempletur, altero*

▽ In sacello choro vicino quod anno 1427 reverendissimus dominus Theodoricus de Morsa archiepiscopus Cameracensis extruxit Maria de Osterwick virgo admirabilis magna meritis et occultæ sanctitatis 1547 sepulta fuit. Tale epitaphium iuxta eius sepulchram depictum cernitur

Virginibus virgo præfulgens illa Maria
cuius erat genetrix Ostervwick hac cubat urna.

tamen nihilominus animarum interim salutem procurat, et licet illud suavius hoc tamen quandoque magis est necessarium: quapropter tractui nonnunquam etiam divino rationabiliter resistere cogitur, proximorum se utilitatibus servans, ne sua tantum non quæ aliorum quærere videatur. faxit opt. max. Deus, ut quemadmodum paucis adhuc licet admodum pijs hominibus eius est sanctitas vere cognita; ita velut Catharina Senensis (cuius perfectionem tam vehementer quam sancte æmulatur) universo etiam mundo, pro cuius reconciliatione incredibilibus afficitur pœnis ad Dei gloriam fiat manifesta. Erit hoc quoque ad tui nominis perpetuum monumentum quod favoribus hanc iuxta ac beneficijs tu nunc prosecutus sis: nec tamen solum illam sed discipulas quoque eius virgines sane mundo quidem absconditas, sed non mediocri sanctitate conspicuas, atque adeo Deo devotorum omnem chorum (quo singulari benedictione Brabantiam hodie Deus inter faustissima quæque alia fæliciter exornavit) hos, inquam, omnes tu patrocinio veneratione ac beneficentia non deseris. Hactenus domnus Petrus Leidensis, pergit dominus Garnefelt.

Septima anonyma virgo quæ Margaritam conscripsit evangelicam idiomate patrio id est Belgico. Vivebat adhuc septuagenaria ut alibi obervavi anno 1445.

Hasce alias secutus est R. D. Nicolaus Eschius Surij, Canisij, Molani, Frederici Lumnij plurimorumque aliorum eminentium virorum doctor et magister in fide et veritate: cuius obitus incidit in annum 1478, 19 junij, natus annos 70 cum vixisset in sacerdotio annis 40. Hic domo fuit Oestervicanus vir summe spiritualis et contemplativus, qui sacris virginibus diversis in locis varia erexit domicilia. Vide Historiam Begginasiorum.

De Coronatione Caroli V imperatoris hæc sculpta leguntur in palatio Bononiensi.

Clemens VII pontifex maxima ut Christianæ Reipublicæ statum reformaret cum Carolo V imperatore Bononiæ congressus est. In hanc urbem cæsar nonis novembbris anno a Christi natali MDXXIX introiit præ templi foribus de more Pontifex Maxima adoravit.

Eius hortatus consilio, cum restituto in Mediolani avitum regnum Francisco Sfortia, ac Venetis pace data, cunctæ Italiæ ocium ac tranquillitatem diu optatam reddidisset imperij coronam hoc pompæ ordine accepit.

Fenestra hæc ad dextram fuit porta præatoria; ea egressus cæsar per pontem sublicium ædem domini Petronij deductus, sacris rite peractis a Pontifex Maxima auream coronam et imperij cætera insignia accepit. Inde cum eo triumphans exercitu ornatissimo præcunte urbem perlustravit.

Cum ambo in eodem prætorio totam hyemem coniunctissime de summa rerum deliberantes egissent, cæsar post suum adventum mense V in Germaniam ad tumultus imperiorum civium sedandos et bellum Turicum cum Ferdinando fratre Pannoniæ rege apparandum profectus est.

Huius rei monumentum hoc Innocentio Cibo cardinale legato auctor Uberto Cambara urb. præf. referente S.P.Q.B. extare voluit nonis novembbris MDXXX.

1530

⇒ P. Andreas N. prior domus Seits crudeli martyrio a Turcis affectus.

V. P. Andreas N. prior in domo Seitz prope Ciliam in Sclavonia circa hunc annum (et forte præcedenti) a Turcis captus, tortus et occisus est, ita ostendit charta anni sequentis 1531.

⇒ Cartusiani Colonienses nominatim V.P.D. Theodoricus Loherius vicarius opera domnus Dionysij cartusiani typis excudi curant.

Venerabilis pater dominus Petrus Leydensis (teste Opmero) cum monasterij cartusianorum apud Coloniam Agripinam moderator esset, ac Ruremudenses visitaret monachos Dionysij Rickelij doctoris (ut vocant) extatici opera a tinijs ac blattis vindicata in gratiam divinae theologiae candidatorum typis accurate excudi curavit circa haec tempora, atque in eamdem rem ex peculio domus Coloniensis aliquot aureorum millia libenter expendit. Usus est vel maxime labore et industria vicarij sui Theodorici Loherij, qui quidquid laboris et difficultatis fuit in manu scribendis relegendis corrigendis distinguentis libris in se suscepit, immo et prelorum nervos pecuniam partim suppeditavit partim procuravit ita ingenue fatetur in epistola ad V. P. Joannem Batmansonum priorem cartusiae Londinensis in Anglia his verbis : crede mihi, si quid unquam crediturus es amplissime pater. Quidquid vel parentum nomine, hereditate, quidquid aliorum affinium morte obvenerat, quidquid ex patronorum liberalitate, quæ quidem neutiquam erat vulgaris, accesserat quicquid ex testamentis acreverat, acreverat autem permultum, quidquid ex episcoporum, abbatum ceterorumque magnatum beneficentia aliquot iam annis non sine negotio corrasum est, id omne in libros Dionysij hactenus expensum atque ita expensum, ut non exigua adhuc solvenda supersint debita. Non defuerunt etiam huius nostrae provinciae domorum priores, qui adpios patris Loherij promovendos conatus, haud parum contulere subsidij : quorum ipse nonnullos (prout erat accepti non immemor beneficij) in quadam liminante commemorans epistola ad Petrum Sass cartusiae Ultraiectinæ priorem ita ait. Inter hos V. P. D. Joannes Zulte prior cartusiae Diestensis, haud ignaviter suam nobis aperam locat, ne domus nostra (Coloniensis) plus æquo, solaque supra vires gravetur. Nam amicos, ut pecunias subsidiarias administrent ipse cohortatur, etc. Hoc modo venerabilis quoque pater Henricus Bruine prior cartusiae Antverpiensis quoad potuit Dionysio suppetias tulit. Nec minus adstitere nobis prior Gandensis, Buscoducensis et Lovaniensis viri admodum devoti et venerandi Dionysij evulgationem scribendo et exemplaria transmittendo impense promoventes.

Imploratus quoque fuit favor et auctoritas ducis Geldriæ prout ex diplomate hoc anno dato constat quod dedit ad theologos Colonienses.

Carolus dux Geldriæ et Juliæ, comesque Zutphaniæ, Gravingensem

Covordiæ, Drenthiæque dominus, eximijs dominis theologis Coloniensibus.

Cum nihil unquam esse magis proprium et dignius officio nostro existimaverim V. P. quam totis semper viribus conari, ut fidei christianæ, nedum cultus in vigore suo perseveret et crescat : sed etiam doctrina eius syncera permanens et libera perfectam teneat sui fulgoris potentiam. Qua et hereticorum nebulas discutere et æmula eorum fulgura atque incendia possit extinguere et obscurare. Intelligentes itaque non admodum multos ante annos fuisse Dionysium quendam

1530

a Rickel virum sanctimonia admirabilem, et sacrarum litterarum scientia ultra communem sortis humanæ facultatem, vehementer exercitatum. Qui in oppido nostro Ruremunda sacri ordinis carthusiani monachus cum esset, plurima ibi conscripsisse opera ad reipublicæ christianæ bonum valde conducentia, dicitur, referente scilicet id nobis et indicante pio ac religioso patre Lamberto Paschuali carthusianorum apud Confluentinos rectore primario, aliisque pluribus viris doctis. Operæ pretium esse duximus vestris illud eruditis excellentijs indicare, rogantes ut conquisita eius opera iam dicta vobis exhiberi faciatis et doctrinarum vestrarum solita diligentia examinetis, proque utilitate religionis christianæ existimetis ipsa, approbantes auctoritate vestra præcumque digna sunt, ut in publicum edita legantur ad christianæ fidei, iam apud plurimos proh dolor ! vacillantis robur et reparandum et confirmandum. Eorum enim per typographos æditionem mox fieri ad limas et approbationes vestras mirum in modum cupimus, sperantes in hoc negotio rem fieri utilem et acceptabilem Christo Domino, qui vos ad Ecclesiæ suæ sanctæ custodiam et defensionem in doctrina perfecta, et vita sancta sanos et longavos conservet. Datum ex oppido nostro Arnhem. die XXIIJ februarij anno 1530.

Decanus et magistri facultatis sacræ theologiæ generalis studij Coloniensis.

⇒ Commentarius in S. Pauli epistolas primus omnium in lucem editus.

Ut pijssimæ principis petitioni morem geramus, quando et id studiosissimis quibusque lectoribus arbitrati sumus gratissimum, visum est nobis, ut ex innumeris a præfato Dionysio cartusiano viro undecumque doctissimo examinatis operibus commentarij in Paulinas epistolas primum omnium prodirent in lucem, ut si illi placebunt, et reliqua postea ederentur.

Illustrissimo ac plane catholico principi ac invictissimæ Ecclesiæ Romanæ defensori Carolo Geldriæ dedicatum est hoc opus divinum divi Dionysij in Paulinas epistolas, et id quidem per venerabilem ac religiosum patrem domnum Petrum Blomeven Leidensem dignissimum cartusianæ domus Sanctæ Barbaræ in Colonia priorem ac principalem provincæ Rheni visitatorem, perque venerabilem patrem domnum Gerardum Vredis priorem cartusiæ Ruremundensis. Soli igitur Deo et honor et gloria.

⇒ Jacobus Hieronymi doctor Parisiensis cartusianus.

Florabat hoc tempore in Francia dominus Jacobus Hieronymi doctor Parisiensis loci istius ex professo monachus. Conciones diebus festis occurrentes edidit.

Item carmina diversa. Vide Bibliothecam Cartusianam.

Comitia imperialia mense (*au-dessus de la ligne* : junio) augustæ habentur celeberrima Ipsi imperatore præsente, parum profectum, sectarij de scripto conceptam confessionem obtulerunt, quam a loco Augustanam dixere. Auctor Philippus Melanchthon præcipua vir eruditione, haud pari pietate, quippe novæ sectæ dux.

His comitijs cæsar consensu septemvirum cæterorumque Germaniæ procerum civitatem Traiectum ad Mosam (vulgo Maestricht) Brabantiae asservit, reclamante licet Erardo Marcano Eburonum præsule.

1530

⇒ Calendis decembris diem suum Mechliniæ obiit Margareta cæsaris Maximiliani filia, Belgarum moderatrix laudatissima.

Pridie calendas decembris sub median noctem Mechliniæ e vivis decedit Margarita Austriaca cæsaris Maximiliani primi filia, Caroli cæsaris amita, ætatis anno fere quinquagesimo secundo Belgicæ gubernationis circiter vigesimo tertio, atque Brugæ urbe natali in Annuntiatarum Virginum monasterio quod condiderat cor eius sepelitur, corpus vero Burgi in Bressia ditionis tunc Sabaudicæ Mechlinia sibi viscera servante.

⇒ Lamentatio eiusdem Margaretæ Austriacæ.

Lubet hic ad contemptum rerum mundanarum subiungere lamentationem quam sub finem vitæ fecit et scriptam reliquit.

De laquelle sensuyt une lamentable complainte que fit devant son douleureux trespass.

Si fut possible ô Roy celestial Te reprendre sans peché et sans mal. Ma bouche est preste, et mon cœur sy consent comme la fille unique, et son enfant. Mais nul ne doibt murmurer contre Toy s'il na perdu l'esperance et la foy dont Dieu m'en garde et me doint patience telle ou semblable que en des mon enfance o Atropes, nul ne se peut deffendre de ton fier dart, dont tu as mis en cendre quatre princes, que au monde aymois mieux. Meurdris les as trestous devant mes yeulx. Les deux premiers, sy furent mes marys dont maints gens eurent les cœurs marrys. Prince d'Espagne, et le duc de Savoye que plus bel homme au monde ne scavoyes. Encor plus pour grever mon oustraige les prins tous deux en fleur de leur aage. A dixneuf ans le prince trespssa, et a malheur la mort son cœur perça. Au beau duc de Savoye bien luy feis des tours quant a vingt et deux ans lui feis finir ses iours et le troisieme apres que mon seul frere estoit roy du pais d'Espagne et de Naples a bon droit. Las ! tu les as mis aussi en tel semblable arroy car tu n'espargne duc, prince, conte ne roy. Pour le quatriesme o mort trop oultrageuse tu as esteinct la fleur chevaleureuse. Et as vaincu celuy qui fut vainqueur. Maximilian se tresnoble Empereur qui en bonte a nul se compare. C'est toy Cæsar mon seigneur seul et pere. Mort tu les a mis en trop piteux estat sepulture au chasteau de Nieustat. O Majesté sacrée imperiale sy en moy as quelque amour filiale que ne se fend et criesve mon las cœur sans tant souffrir de peine et de malheur. Oncque à Dame que fut dessus la terre Infortunes ne firent tant de guerres que font à moy triste et infortunate trop forte me est ma dure destinée. O createur de toutes creatures veuliez garder les nobles genitures et moy dolante qui ma plainte fais car longuement ne puis porter les faiz si ta bonte et clemence infinie ne me garde la reste de ma vie. Je ten requiers du profond de mon cœur. Je prie aussi mon Dieu et Redempteur 'ame leger au lieu celestial de luy qui fut ça bas imperial ne que a iamais sa bonne renommee estainte soit, n'en rien annichilere, mais que apres mort par sa faute puisse vivre, et ses enfans ses grandes vertus ensuivre...

1530

Reddedit latine dominus Gerardus Eligij comprofessus noster in hunc modum sui sequitur.
 Margareta filia Maximiliani imperatoris et domina Mariæ ultimæ ducissæ Burgundiæ, soror Philippi regis Castellæ, Caroli V imperatoris amita decessit anno 1530 Mechliniæ.

Cuius extat hic lamentabilis planctus, quem ultimum edidit, et velut cynæum carmen paulo suum ante obitum deprompsit.

Si ponam in cælum os meum, et linguam meam explicem ad expostulandum tecum ô Rex cælorum, da veniam dolori meo, qui me cogit hæc pauca credendo in spem contra spem iusta funeralia loqui tecum. Justus es Domine, et recta iudicia tua, si tecum disputem, veruntamen iusta hæc patere me queri mecum, quia tecum non licet nisi forte animæ infideli, quæ sustinentiam amisit, et spem non habet, quia ignorat de dormientibus quod a me absit. Ad te igitur ô feralis Atropos de rapidis immansuetissima paras ad te, inquam convertatur oratio mea, quæ quatuor principes mihi luce ipsa chariores in cinerem et urnam deduxisti, et gloriam eorum in pulverem sepulchrorum. Ante meos oculos quatuor illos confecisti, quorum priores duo connubio mihi fuere iuncti, alter princeps et infans Hispaniarum, alter Sabaudus Allobrogum dux, cui nemo par specie fuit et decore formæ; quodque magis aggravat et exaggerat dolorem uterque raptus in flore iuventæ, cum primum cæpisset gustare bona fortunæ suæ. Er anno quidem nono decimo ætatis suæ raptus fato princep abijt. Paucis post annis dux quoque triennio maior illo similiter obijt. Tertius Hispaniarum et Neapoleos rex frater mihi carissimus in eadem fata declinavit; nihil illi sceptra, nil corona contra vim mortis profuit : scilicet pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumque turnes. Quartus, unica spes voterum meorum, et lumen oculorum meorum adhuc erat mecum Maximilianus cæsar, cui nemo se comparasset, nemo melior erat illo, nemo maior : et ipso tamen in Neapolitana conditus urbe et urna. O Majestas sacra ô virtus paterna, tu quoque sequuta es. Tu Cæsar orbis baiule, tu dominus et parens meus (ô fortitudo cordis humani quomodo non disrumperis !) novissimus ipse ad extrema venisti : recrudescunt dolores, et vix memetipsam capio præ dolore. Nunquam infeliciorem me terra sustinuit, nec tot in quemquam adversa prælia fronte movit fortuna regnorum, vere regonrum magnis fallax fortuna bonis ! Nimis prolongata est sors acerba vitæ meæ. Ô creator et creaturarum omnium a et co conserva nobiles regni spes et Austriacæ domus decora inclyta, meque miseram præ dolore fatiscentem releva, nam nisi me bonitas et clementia tua sublevet de portis tribulationum et dolorum, quæ circum dederunt me simul, non possum tueri reliquias vitæ meæ. Has igitur spes meas refove quod te ex intimo corde deprecor et obtestor, iube quoque in pace recipi spiritum illius (Domine Deus) qui sceptra moderatus ob pridem Austriacæ domus. Nec unquam veniat ad occasum gloria eius, sed perennet, et in omne vivat nobilis ævum, et quæ supersunt de semine eius fidissima pectora confirma, ut sequantur vestigia eius ac ad Romanum denique (vocem hanc extremam cum vita fundo) respice benignus imperium, in manu namque tua sunt omnium iura regnorum, et sine te nihil est validum.

1530 1531

⇒ Domnus Hubertus Loen prior Sylvæducensis et professus huius domus moritur.

13 decembris vita et officio defungitur venerabilis pater dominus Hubertus Loen professus huius domus nostræ Bruxellens, is prior domus Sanctæ Sophiae Buscoducensis ex qua erat oriundus. Præfuit 27 annis cum dimidio. Successit ei in regimen domus dominus Petrus Scerpenisse.

Lovanienses nihil magni momenti notant hoc anno accidisse in domo suæ nisi quod reverendus, dominus Guilielmus de Vianen sanctæ theologiæ doctor et pastor Sancti Petri legaverit illis semel 62 renenses cum dimidio pro anniversario suorum parentum.

Et quidam Christophorus Brugensis reliquit illis annum redditum 7 renensium super domum quam habebat apud fontem dictum den Bolleburen in platea Minorum.

⇒ Ferdinandus rex Romanorum coronatur præsente fratre Carolo V imperatore.

Anno 1531 nonis januarij Ferdinandus Bohemiæ ac Hungariæ rex archidux Austriae Coloniæ Agripinæ, præsente cæsare a maiori septemvirum parte Romanorum rex renunciatur, reclamante facta obtestatione Saxone omnibusque protestantibus. Tertio idus januarij corona Caroli magni argentea Aquisgrani magna cum pompa redimitur.

Et cuius erunt optima quæque Israel nomine tibi et omni domui patris tui. I regus 9

Decimo nono calendas februarij cum se magistratus civesque Aquisgranenses Romanorum regi sacramento obstrinxissent, postero die cæsar cum sorore Maria in Brabantiam rex Romanorum in Austriam contendit.

Hoc anno die 15 martij obiit dominus Hadrianus ab Heylwighen fundator unius cellæ in conventu nostro Lovaniensi sepultus ibidem in choro conversorum inter altare Beatæ Mariæ et Sanctæ Joannis Baptistæ cuius lapis sepulchralis hauc habet inscriptionem :

Hic iacet clarissimus vir dominus Hadrianus ab Helwigen primum quæstor generalis cæsareæ majestatis in territorio Lovaniensi fidelissimus, deinde cancellarius Brabantiae consiliarius circumspectissimus qui obiit anno a Nativitate Domini 1531 15 Martij. Trop ne vault.

Quinto—Decimo februarij in monasterio nostro *ter Schuet* viam universæ carnis ingressus dominus Henricus Ory professus et vicarius huius domus et quondam procurator, in vicarium subrogatus est dominus Simon Vilain senior domus promotus Lovanij.

Venerabilis pater dominus Michael Dierycx de Gandavo prior Sylvæ Sancti Martini circa hoc tempus e vita abiit. Fuit convisitator et visitator huius provinciæ, et habuit hoc anno monachatum per chartam. Hic legitur probatas reliquias Sanctæ Bartholomaei Apostoli dono deditse primariæ parochiæ oppidi Gerardimontensis. Et transtulit ex idiomate Germanico in latinum Agalma religiosorum sive meditationes circa Dominicæ Passionis mysteria Gulielmi

1531

comitis Hollandiæ regis Romanorum, anno 1609 Coloniæ impressum opera D. Theodorici Petrei.

⇒ Illustrissimus et reverendissimus dominus, dominus Richardus archiepiscopus Treverensis et cartusiæ ibidem restaurator obiit.

Per chartam huius anni denuntiatur quoque obiisse reverendissimus dominus Richardus Goijfenelan archiepiscopus Treverensis sacri imperij elector, cuius opera restaurata fuit dicta domus Treverensis in tumultu rusticorum exusta, in eius funere oratione habuit Bartholomæus Latonus.

⇒ Consecratur ecclesia antiqui monasterij in Schuet.

Hoc anno XVIIJ mensis julij fuit consecrata ecclesia antiqui monasterij in Schuet per reverendum suffraganeum domini episcopi Cameracensis dominum Adrianum cum summo altari in honorem Sanctissimæ Trinitatis Beatæ Joannis Baptiste et Brunonis, presentibus priori Gandavi dominus Petro Vassorio visitatore principali, priore domus Traiecti convisitatore, priore domus Capellæ prope Angiam, domus Baptistæ prope Diest, domus Sylvæ Sancti Martini prope Geraldimontem, domus Beatæ Catharinæ prope Antverpiam, domus Beatæ Mariæ Magdalénæ in Lovanio, vicario Monialium Sanctæ Annæ prope Brugas qui abunde obtulerunt suam gratiam, cum diversis tam ecclesiasticis quam secularibus personis abbatibus Grimbergensibus et Dielegemsibus, capitularibus Beatæ Gudulæ in Bruxella et Anderlaci, præsens quoque aderat dominus archidiaconus Atrebatenensis ac etiam dominus Joannes Alemanus dominus de Bonclaves cæsarialis consiliarij benefactores et bene meriti istius ecclesiæ devotissimi, et alij quamplures magnates curiæ cæsareæ. Et mulieres intraverunt duobus diebus, sequitur epistolæ episcopo diæcesani de prædicta consecratione.

⇒ Epistolæ testimoniales episcopi Cameracensis.

Robertus de Croy Dei et Apostolicæ sedis gratia episcopus et dux Cameracensis princeps sacri imperij comes Cameracensij, etc. universis et singulis Christi fidelibus præsentibus et futuris præsentes nostras litteras inspecturis et lecturis seu legi audituris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus quod reverendus in Christo pater dominus Adrianus eadem gratia episcopus Rosensis noster in pontificalibus vicarius de nostris licentia et permisu ad devotam supplicationem venerabilium et religiosorum nobis in Christo dilectorum prioris et conventus carthusiensis monasterij de Schuete siti prope et extra muros oppidi Bruxellensis nostræ diæcessis ecclesiam sive sacellum dicti monasterij una cum certo altari in summo choro et duobus alijs ante summum chororum sub doxali ibi noviter constructis et erectis ac certa parte atrij sive petiæ terræ dicto choro sive sacello contiguæ versus septentrionem ad laudem, gloriam et honorem Dei omnipotentis et gloriissimæ Matris eius Virginis Mariæ omniumque civium supercælestium cum orationibus letanijs, incensationibus unctionibus et benedictionibus aliisque cœremoniis et solemnitatibus in talibus respective fieri, et adhiberi solitis et consuetis rite benedixit, dedicavit et consecravit. Videlicet ecclesiam ipsam, sive sacellum una cum altari in summo choro constructo specialiter in honorem et sub titulis

Divæ Virginis et Matris Mariæ prælibatæ ac sanctorum Joannis Baptistæ et Brunonis. Altare vero situm sub doxali extra summum chorūm versus septentrionem specialiter in honorem et sub titulis præmemoratae Beatissimæ Virginis et Matris Mariæ et sanctarum Catharinæ et Barbaræ Virginum et Martyrum. Tertium vero altare situm etiam extra summum chorūm sub dicto doxali versus partem meridionalem specialiter in honorem et sub titulis beatarum Annæ et Mariæ Magdalénæ, quarum siquidem ecclesiæ sive sacelli et altarium consecrationis et dedicationis diem sive festum idem dominus episcopus Rosensis singulis annis dominica præcedenti festum Beatæ Mariæ Magdalénæ observandum esse et celebrari debere nostra auctoritate decrevit et ordinavit, prout etiam harum serie decernimus et ordinamus. Et insuper cupientes ut ecclesia sive sacellum et altaria prædicta congruis frequententur honoribus, et a Chriſri fidelibus iugiter venerentur, utque ipsi Christi fideles eo libentius cauſa devotionis, orationis et peregrinationis ad illa confluant, et ad illorum manutentionem seu intertentio[n]em et fulcimentum manus porrigant adiutrices, quo vel ex hoc cælestis gratiæ se noverint ibidem uberius refectos omnibus et singulis Christi fidelibus vere pœnitentibus contritis et confessis qui ecclesiam sive sacellum seu altaria præscripta dicta dedicationis die nec non in quatuor capitalibus anni et octavis illorum Sanctissimus Eucharistia sacramenti singulis beatæ ac gloriosæ Virginis Mariæ prælibatis beati Brunonis, sanctarum Catharinæ, Barbaræ, Annæ, et Mariæ Magdalénæ festivitatibus et diebus devote visitaverint, et ad illorum ornamentorum luminarium et aliorum necessariorum eorumdem provisionem, manutentionem et fulcimentum manus porrexerint adiutrices pro singulis diebus festivitatibus antedictis quibus et quoties id fecerint de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate, omniumque sanctorum et sanctarum meritis et intercessione confisi quadraginta indulgentiarum dies de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus per præsentes perpetuis futuris temporibus duraturarum. Similes indulgentias quadraginta dierum per præfatum dominum episcopum Rosensis tempore consecrationis dictarum ecclesiæ sive sacelli et altarium benefactoribus eorumdem sui ex parte pro diebus et festivitatibus antedictis concessas ordinaria nostra auctoritate roborantes et confirmantes. Ac mandantes curato sive vicecurato ecclesiæ parochialis de Anderlaco sub cuius parochia dictum monasterium et sacellum situatum existit omnibus et singulis circumvicinarum ecclesiarum curatis et vicecuratis quatenus indulgentias præfatas populo eis subdito diligenter publicent et notificant ut illorum se participes efficere valeant. In quorum fidem et testimonium præmissorum præsentibus litteris per dilectum nostrum secretarium

1531

subscriptum signatis, sigillum nostrum duximus appendendum. Actum in dicto monasterio de Schuete prædictæ nostræ dioecesis. Anno Domini 1531 mensis julij die 17^a quo ad consecrationem et benedictionem dictorum ecclesiæ, sacelli et atrij una cum altari summi chori quoad vero ad duo altaria. Anno et mense die vero 18 subscrispsit Joannes Ægidius.

In memoriam benefactorum subiungemus vitra dictæ ecclesiæ a Passione Domini Nostri Jesu Christi quæ in ipsis depicta erat.

⇒ Vitra ecclesiæ in Schuet a quibus data fuere.

Primum igitur dedit dominus Antonius de Sympij supra oxale in quo depingitur Dominus Noster orans discipulis sopore pressis.

Secundum est domini Philippi de Cleve domini de Ravestain in quo habetur quomodo Jesus traditus sit a discipulo.

Tertium est reverendissimi domini archiepiscopi Panormitani, quo continetur quomodo Salvator Noster ductus fuit ad Annam Pontificem.

Quartum est illustrissimi et reverendissimi Erardi episcopi et principis Leodiensis cardinalis S.R.E. in quo conspicitur Dominus Noster ad columnam ligatus.

Quintum est reginæ Hungariæ gubernatricis huius patriæ, in quo Dominus Noster coronatur spinea corona.

Sextum est serenissimi imperatoris nostri Caroli quinti eiusdem nominis in quo videtur quomodo Jesus Christus baiulans crucem exivit in eum qui dicitur Calvariæ locus.

Septimum est etiam imperatoris eiusdem ut complectitur Christum in cruce pendentem.

Octavum est Margaretæ ducissæ Sabaudiæ in quo Dominus de cruce deponitur.

Nonum est illustrissimi domini Jacobi de Croy ducis de Arschot in quo Dominus descendit ad Inferos.

Decimum est domini Mercurini de Gattinaria magni amici et benefactoris huius domus, in quo Dominus resurgit a mortuis.

Undecimam supra doxale est domini archidiaconi Attrebatensis quod continet quomodo Jesus post mortem suam suæ Matri apparuerit.

Duodecimum est domini Guilielmi de Bruxella abbatis Sancti Trudonis et Amandi in quo continetur missio Spiritus Sancti (De benefactore statim infra).

Tertiumdecimum quod maius ceteris est, dedit ipse senatus Bruxellensis in quo depingitur quomodo Dominus sit venturus ad iudicium indicaturus vivos et mortuos.

Oremus pro benefactoribus nostris.

Hic finem facit liber fundationis domus nostræ in Schuet.

⇒ Cometes multorum obituum prænuntius.

Eiusdem anni mense augusto pervigilio Assumptionis Beatæ Mariæ et diebus octo sequentibus visus est cometes multorum obituum, ut putabatur prænuncius.

Siquidem obiere per hos dies Ludovica Sabauda Francisci regis Galliarum mater Maximilianus Sfortia, princeps Aurantius tormento bellico extinctus. Item Joannes Hornensis ecclesiæ Leodiensis pridem præpositus qui nuper uxorem duxerat eo fine, ut esset qui in comitatum Hornensem succederet.

⇒ Hopomachia Bruxellis in qua perijt Everardis a Marcka.

Everardus quoque a Marca comes de Aremberch Mamburnus Leodiensis in hopomachia sive discursorio, vulgus torneamentum vocat, per nobiles cæsareæ majestatis Bruxellæ : habitis equo excussus, qui inde Leodium delatus in templo fratrum Cruciferorum honorifice sepultus est, præsule er utroque magistratu totoque civitatis clero assistente.

⇒ Domnus Michael Zaremontanus Capellæ.

Communem quoque humanæ naturæ sortem experti sunt quidam ex nostro ordine præclariores patres in primis vicinior nobis dominus Michael Zaremontanus Bruxellensis professus domus Capellæ vir doctus ; latinis litteris operam dedit in Ludo Anderlectensi, deinde in collegio Joannis Stadonici Lovanij. Receptus fuit anno 1501 circiter annum restitutæ salutis sesquimillesimum decimum quartum quando Desiderius Erasmus Roterdamus emisit novum testamentum e græco in latinum recenter versum, et græcæ litteræ inciperent apud Nostrates passim esse in pretio rei novitate pellectus dominus Michael diversos paulatim sibi studuit libros acquirere græcos et hæbræos complusculos quibus indagandis ac descendis multam dedit operam, et magnam cœpit delectationem, et assiduus fuit in eiusmodi studijs, nec dubium quin amplius profecisset in eis si ducem et præceptorem habuisset ac sodalitatem ad conferendum cum alijs, quandoquidem non omnino obtusus fuit ingenio, antequam esset sacerdos fuit ædituus templi a quo officio fuit absolutus, sed aliquot mensibus ante mortem fuit restitus, dominus Michael in festo Sancti Michaelis apoplexia percusus obiit postquam 30 annis fuisset in ordine.

⇒ Levinus Ammonius professus Sylvæ Sancti Martini.

Nec ipse solus sed et dominus Lævinus Ammonius professus domus Sylvæ Sancti Martini invenitur huic studio deditus, exstat in eadem domo libellus ab ipso græce scriptus optimo ac nitidissimo charactere, cui loco tituli hæc præmisit.

Libellus hic quatuor Evangeliorum scriptus fuit ex æditione novi testamenti primo Erasmi Roterdami et postea ad tertiam eiusdem editionem recognitus per manus Levini Ammonij monachi cartusiani in domo Sylvæ Sancti Martini, quæ mille passus a Gerardimonte distat, anno Domini MDXX. Scribit quoque noster Surius hisce temporibus cum in Italia bellicis tumultibus omnia arderent politiores litteras tum græcas tum latinas in Germaniam, Galliam, Angliam, Scotiam sese diffundisse, ita ut illæ nationes quas Itali barbaras dicere consuescent, iam multos talos viros certatim

* Sur ce folio il apparaît clairement que la restauration de la marge est contemporaine du manuscrit !

proferre, qui Italis non modo cedere, sed etiam illos aut æquare aut etiam superare viderentur. His enim temporibus præcellentes viri et fæminæ illustres ubique gentium cæperunt promovere bonarum artium studia, et apud Anglos quidem (ut de reliquis interim taceam) Margarita Henricis regis mater sanctissima hortatu Joannis Fischerij Roffensis episcopi viri summa doctrina, summa gratia, summa integritate (qui postea sub Henrico VIII cum illius secundas nuptias priori vivente coniuge approbare nolle capite plexus est) Cantabrigiæ bina extrusit studiosorum collegia quibus etiam ad victimum necessaria liberaliter impartita est. Itemque aliquot Angliæ insignes episcopi diversis locis collegia exædificarunt, ubi bonis litteris studiosi imbuerentur.

⇒ Cum literarum excultiori peritia multi errores in orbem invecti sunt.

Et certe gratulandum est hisce regionibus, quas barbaras Itali vocant, quod ad solas terras relegata barbarie, in litteris humanioribus mirifice profecerint : verum id tamen moderate, quandoquidem videmus cum litterarum excultiori peritia tot paulo post errores invectos, ut nemo id pro dignitate deplorare queat etc.

⇒ Censura ordinis de libris Erasmi cui subscrubunt viri docti Miræus et Molanus.

Hinc anno 1542 a capitulo generali repeti debuit quod iam semel atque iterum fuerat dictum ut omnes abstinerent a lectione librorum Erasmi, quem utique constat virum fuisse græce iuxta ac latine apprime eruditum, utpote qui plerasque Christiani orbis academias magna tamen celebritate, qua scribendo, qua docendo obivit licet minus circumspectus in nonnullis fuerit, calatum exerens liberius, quam periculoso illo tempore expediebat, quod et postmodum re ipsa comperiens detestatus fuisse dicitur. De quo nostri ævi scriptor insignis (Aubertus Miræus in elogij Belgicis) vere non minus quam sincere ait : postquam theologum agere cœpit ingenio fisum, nimium sibi sumpsisse ac tribuisse, dumque in tractandis sacris litteris veterumque patrum scriptis severum se nimis Aristarchum præbuisset, nominis sui autoritatem vehementer labefactasse, quod et non parum displicuit Joanni Molano Lovaniensi theologo in censura quam præfixit operibus Beatæ Hieronymi ita scribens. Et quidem diffiteri non licet quin Erasmus nasuta sua græci in latinum novi testamenti versione et monstrosis aliquot in scriptura excogitatis glossis nonnulla Luthero dissidiarum ac turbarum argumenta subministraverit, ut proverbio fere locus inde sit doctus ubi Erasmus innuit ibi Lutherus irruit. Hæc scripsi ut ostendam quam provide capitulum generale suos subditos a lectione librorum Erasmi abstinere voluerit, et quia aliqui scioli causabantur impossibile esse sine scientia litterarum græcarum et hebraicarum ad intellectum sacræ scripturæ pertingere ideo totos sese græcis et hebraicis dabant, exploduntur vanissimi homines et alij qui minus utilia studia sectabantur et moventur ut exercitijs vitae Christi studeant etc. etiam cum interminatione disciplinæ et correctionis nisi obstineant. Sic patres zelati fuere simplicitatem ordinis alioquin propter abusus res ipsæ non sunt e medio tollendæ, si bonæ sunt et bonis prosunt.

⇒ Adversus Erasmus scripsit dominus Joannes Batmansonius prior cartusiæ Londinensis qui hoc anno obiit.

Adversus Desiderium Erasmus scripsit venerabilis pater dominus Joannes Batmansonius cartusiæ Londinensis doctissimus simul ac pientissimus moderator, et alia plura prout videre est in Bibliotheca Cartusiana qui hoc ipso anno 16 novembris ex hac vita migravit. Cui in officio successit insignis ille Angliæ martyr Joannes Hotonius.

1531

⇒ Motus Bruxellensis a cæsare quomodo sedatus.

Mense octobri Bruxellenses in collectores novi vectigal cervisiarij insurgunt, sopitur quantocius motus cæsare qui isthic erat vectigal tanquam iniquum improbante, nostro tempore circa annum 1620 archiducem severiorem iudicem experti sunt, qui eos coëgit imposito urbi præsidio ad solvendum denarium quem petebat magistratus super unoquoque poculo ; de qua re suo loco dicemus.

⇒ Zwinglius et Œcolampadius exticti.

Eodem mense Helvetijs catholicis et sacramentarijs ad ama civilia inter se concurrentibus Huldricus Zwinglius ex apostata dux belli factus, in prælio occubuit Joannes Œcolampadius Zwinglij socius anthrace correptus Basileæ haud multo post subito extinguitur. Quare ut recte ait scriptura (I Mac 2) a verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus et vermis est, hodie extollitur et cras non inveniatur ; quia conversus est in terram suam et cogitatio eius perijt

⇒ Anno 1531 kalendas novembbris blasphemus ille Zwinglius ex monacho factus apostata seductor Tigurorum (qui partem Helvetiæ incoluut) tribus prelijs victus occubuit magister cum discipulis. Et recte in festo sanctorum proest qui iam dudum et sanctos omnes et ecclesiæ sacramenta contempserut Masseus. Sic nostro tempore anno 15[...] pseudorex Bohemiæ et prælium et regnum amisit in octavis eorumdem

Cum Zwinglij et Œcolampadij mortem ex cuiusdam catholici viri litteris Thomas Morus Angliæ cancellarius cognovisset ita illi rescripsit : Zwinglij et Œcolampadij mors nunciata lætitiam mihi attulit. Quanquam enim dolendi causas reliquere nobis heu nimium graves, propter multa, quæ neque sine horrore eloqui possum, et nemini sunt ignota, neque audire homines pij sine profundo gemitu debent sublatos tamen e medio esse tam immanes fidei Christianæ hostes tam accinctos ad ecclesiæ excidium, tam intentos ubique in omnem perimendæ pietatis occasionem iure gaudemus. Hæc ille.

Neque omittendum quod facit ad nostram ædificationem esse apud Helvetios templum quoddam in primis venerabile et miraculis celebre Deiparæ Virgini sacrum quod erenum appellant, ibi quinquepugici constituerant XVIIJ viduas quæ per vices nocte ac die senæ semper in templo Divæ Virginis eremitorio pro exercitu deprecarentur, ut ostenderent catholici se non in armis sed in potentia Dei spem suam reposuisse. Vide Surium.

⇒ Domnus Petro Vassorio visitatore præ senectute et morbo prior domus Bruxelensis cum convisitator visitat domum Sylvæ Sancti Martini.

In prioratum domus Sylvæ Sancti Martini post obitum dominus Michaelis de Gandavo successerat quidam Nicolaus N (*au-dessus de la ligne* : Varenbeke) quam domum prior domus Ultraiectinæ dominus Petrus Zas convisitator visitavit asumpto in collegam priore huius domus Bruxellensis dominus Joannes Meerhout, quod iam pater visitator dominus Petrus Vassorius senectutis incommodis et morbis detineretur, unde factum est ut sequenti anno ab eodem officio visitatoris absolveretur, subiungam partem charta visitationi :. In nomine Domini Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo primo circa festum Beati Bernardi abbatis, nos fratres Petrus et Joannes domorum Sancti Salvatoris prope Traiectum et Nostræ Dominæ de Gratia iuxta Bruxellam ordinis cartusiensis humiles priores domum Sylvæ Sancti Martini prope Gerardimontem ieusdem ordinis reverendi patris nostri domni prioris Maioris Cartusiæ ac totius capituli generalis, nec non venerandi domni prioris Gandavi visitatoris provinciæ nostræ principalis adversa valetudine præpediti auctoritatibus ordinarie visitantes invenimus ibidem congregacionem nobis mediocriter placentem, correctis aliquibus viva voce emendatione bene dignis. Inprimis domnum Nicolaum eiusdem congregacionis priorem virum religiosum probum, et modestum, vita ac moribus divinorumque frequentationibus satis exemplarem et ædificativum in utroque domus suæ regimine valde sollicitum satis noviter ad officium prioratus electum et confirmatum a suis dilectum

ac commendatum hortabamur in Domino quatenus onus pastorale cunctis pijs mentibus formidabile, sed valde tamen meritorium bene rectum, quod in Chrixi precioso sanguine redemptarum ovium educatione consistit alta mente penset, et cui inde redditurus est rationem continue cogitet iuxta B. Hieronymi monita scribentis in regula Eustochio et in ea cuilibet prælato :

⇒ Grave onus pastorale

Attende, inquit, diligenter mi (*au-dessus de la ligne* : mea) domina Eustochium, quam gravis sarcina tuis, imponitur humeris quæ de subditarum animabus et corporibus verbis ac moribus apud divinum obligaris examen, cave ergo ne de te etiam levissima suspicio possit oriri in malo ne disperdas quas salvare teneris et cum tibi commissis pereas.

⇒ Quid pastori incumbat.

Studeat ergo, rogamus eumdem, sicut incœpit exemplaritate vitæ, sacræ exhortationis doctrina, ac fervidæ devotionis gratia præire iuxta Apostoli monita Timotheum discipulum suum exhortantis et dicentis : Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate. In fide, in castitate quatenus bona fronte dicere possit cum Apostolo imitatores Dei estote sicut et ego Christi. Nec putat sufficere bene inchoasse nisi in bono studeat perseverare ac melius consummare, nam solis perseverantibus corona promittitur sed bene consumantibus datur. Non videbitis, ait sanctus patriarcha Joseph pastoribus in persona Dei loquens, faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum. Studeat ergo necesse est subditos suos nunc oleo piæ consolationis, et obsecrationis nunc vino increpationis, nonnunquam etiam dum culpa exegerit aceto duræ correctionis semper ad meliora provocare. Discordantes et dissentientes si qui reperti fuerint modis omnibus ad concordiam et pacem sine qua nemo Deum videbit utumque revocare, sacri ordinis nostri statuta cellam et silentium strictius quam hactenus faciat observari, studeatque omni cum diligentia agnoscere vultum pecoris sui, ut sciat quomodo et in quibus eis subvenire debeat, alia alijs namque conveniunt, humiles et pusillanimes bonitate et lenitate, duri, superbi et elati acrioris disciplinæ rigore a vitijs revocandi et arcendi sunt ; nihil enim S. Hieronymo teste periculosius in rectore vana humilitate ad correctionem erga protertos, superbosque subditos. Finaliter rogavimus eum ut erga commissas sibi oves ita se habeat quatenus cum venerit pastor pastorum et oves sibi commissas requisierit, impingnatas inveniat cum quibus ad caulas supercelestes introducendis et ipse scandere lætus valeat, et cum humili fiducia laborum præmium a suo Domino requirens dicat : feci quod iussisci, redde quod promisisti. Quod ut facilius fiat, etc.

Deerat altera pars chartæ quæ respicit monachos et laicos fratres, sed sub eisdem visitatoribus inveni aliam, in qua status domus sic describitur.

⇒ Status domus Sylvæ Sancti Martini in hoc fuit tempore

Est prior se conumerato cum undecim monachis, uno novitio monacho, quinque donatis et alia familia competenti. In virtualibus mediocriter provisi , etc.

⇒ Venerabilis pater Wilhelmus Tynzbi cartusianus velut alter huius seculi Antonius.

Circa hunc annum fato concedit venerabilis pater dominus Wilhelmus Tynzby Hibernus cartusianus Londoniensis post 60 professionis annum ut notat Georgius Garnefelt, (*au-dessus de la ligne* : ex chartis) quamvis in martyrio patrum Anglorum notatur annus 1529 ibique permagnifica habetur eius mentio qui volut alter huiuscæ sæculi Antonius vixerit. Infra lineam.

Pater Franciscus Costerus in concionibus festivalibus concione de S. Catharina scribit se Brugis in monasterio Anglorum carthusianorum (ubi quoque exemplo Domini sui religiosus erat) cum famulo præfati Guilielmi cibum sumpsisse.

⇒ Comitia aurei velleris Tornaci.

Tertio decembbris cæsar in Germaniam profecturus Tornacum certis de causis contendit, ibique eodem die equitum aurei velleris numerum novis aliquot ascitis supplet. His comitijs Philippus Croyus comes Portianus a cæsare creatus est primus Arschoræ dux.

⇒ Dignum fuisse has epistolas integras hic reddere sed lector eas inveniet præfixas commentario in actus apostolorum in 4.

Quia supra feci mentionem anno 1530 inchoatum fuisse imprimi libros domni Dionysij cartusianis quod etiam confirmant litteræ Batmansi et dominus Theodorici Loë ad se invicem datae, ex quibus hæc pauca exscerpsi sunt enim impressæ.

⇒ Opera Dionysij quam utilia.

Religioso admodum patri domno Theodorico Loë a Stratis vicario domus carthusiensis in Colonia Joannes Batmansonius S.D.P. Quanquam de facie quidem mihi ignotus sis, religiose pater, non tamen fama, ea præsertim parte qua iam aliquamdi tam gnaviter navaris operam imprimendis D. nostri Dionysij operibus, in quo tam sancto negotio, ut non fatigeris adhortor quantum possum, in quod feci etiam altero anno in publica charta capituli, alijs adiunctus patribus in diffinitorio cui licet indignus affui. Nec est certe quod fatigeris, quandoquidem opus tam pium est, multisque gravissimis ac doctissimis viris mirum in modum placens et etiam utile. Quod enim citra aliorum iniuriam dixerim, nullus in hunc diem prodijt auctor, qui plus frugis lectoribus attulit, quoad ea dumtaxat opera quæ hactenus impressa sunt, etc., sic concludit. Vale in Christo pro me orans (quod rogo) quotidie. Ex ædibus nostris carthusianis prope Londinum in Anglia raptim idibus may anno Domini 1531.

Idem qui supra ex anino tuus si quid potest Joannes Batmansonius eius domus prior immeritus.

⇒ Anno 1532, quam avide desiderata atque empte fuere Dionysii opera maxime.

Rescripsit sequenti anno vicarius Coloniensis cum iam ex hac luce migrasset prior Londoniensis, ex cuius epistola cognoscimus qualem progressum habuerit in editione librorum sæpius dicti Dionysij. Inter alia scribit : vix dum decimam quamque partem lucubrationem Dionysij nostri, qui parem vitæ sanctimoniam cum erruditione copulavit ab hinc fermæ biennium curavimus excudendam. At ubi harum ceu gustulum sumpsissent plerique omnes perinde studiosi atque devoti certatim semel atque iterum nos cohortati sunt, ut quam ocyssime pergeremus, et reliqua eius viri opera plane pia in communem studiosorum omnium maxime simplici prudentia et prudenti simplicitate præditorum sacerdotum, religiosorumque patrum commoditatem orbi communicaremus. Atque id quod tam sedulo nobis pro sua quisque suasere, omnino persuasere tandem. Ac dum id interim haud cunctanter molimur nondum tamen satis hactenus licuit emolici. An desunt præla. Ac nihil est ferme prælorum Coloniæ, quod non vel solus occupavit Dionysius. An desiderentur emptores ? Atque vix dum excusa sic rapiuntur volumina, ut non sine suo luculento commodo nostro vero incommodo typographi eadem cogantur recudere. Nunc desunt scriba aut librarij, ut multorum manus levius reddant onus ? Ac hac sane in parte nobis satis obsequentes invenimus tum nostri sacri instituti tum aliorum religiosos patres, qui (quando omnia rescribi in primis necessarium sit) vel nocturnis (*au-dessus de la ligne* : temporibus) operis hanc operam nobis navare non gravantur otium ? at istud profecto quale quale (*sic*) contingit singulari quodam reverendi patris nostri totiusque capituli nostri generalis benignitate et consensu iam ab integro utcumque adiectum si non omne certe adiunctis nostris vigilijs atque lucubratiunculis nocturnis aliquo usque suffectorum crediderim. Deinde sub finem dicit æstimatis prelis intra biennium per nos emissis excedit summa quinque millia florenorum 1^m aprilis 1532.

1532

⇒ Cæsar e Belgio Ratisbonam ad comitia contendit.

Pax (interim) junij 23 conclusa

Anno 1532 januarij 17 cæsar e Belgio Ratisponam ad comitia contendit de pace cum protestantibus acturus, ut posset habere auxilia contra Turcas quam quidem pacem, alij (interim) vocabant ; nimirum donec habitum esset generale concilium, nulli fieret de religione quæstio.

⇒ Joannes filius unicus Christierni regis Daniæ moritur ...

In his comitijs Ratisbonæ obijt Joannes filius unicus Christierni Secundi Daniæ regis, natus ex Elisabeta cæsaris sorore ætatis anno decimo sexto, cæsarem avunculum sequutus.

⇒ ... et pater capit

Eodemque tempore pater eiusde Christierni ex Belgio primum in Novergiam inde in Daniam traiiciens a suis capit et Sunderburgi perpetuæ custodiæ mancipatur.

Militia sacra contra Turcas.

Misit pontifex lectam Italorum manum duce Hippolyto Mideceo cardinale neque Lusitanus defuit. Ea diligentia equites ad viginta millia contracti pedites octoginta millia. Castris ad Viennam positis quam Turcæ impugnare parabant, ductor augustus ipse magnam in eo consecutus laudem. Cognita barbarus tot nationum consternatione tametsi numero vincebat, viribus diffusus Hungaria et Austriæ parte direpta et plusquam (quod maxime dolendum) triginta millibus Christianorum ut refert Surius in servitatem abductis, nullo præterea operæ pretio contra multis suorum amissis qui in Palatinum et Lodeonium inciderant, et Bassa Casone cœso, redit in patriam.

Cæsar cognito Solymani regressu, in Italiam reverti statuit, quidquid frater Ferdinandus rogaret Joannem Vaivodam Hungaria ejiceret, cui nil aliud tribuit, quam Itali (qui postea in seditionem versi domum rediere) Austriacis iuncti ibidem bellum gererent, Surius cæsarem excusat tum quod hyems subasset, tum quod pestis in castris quotidie multos raperet volebat liberorum creandorum desiderio apud uxorem esse.

⇒ Hæretici Lutherani coercentur.

Hoc anno sicut Leodii in personas ecclesiasticas et laicas animadversum est quæ cum pertinacia Lutheranorum hæresim tuebantur et docebant : sic quoque ab ordine factum est in personas sibi subiectas, ex quibus Boletus quidam clericus redditus domus Amsterdamensis in carceres est coniectus sed tandem rescipuit et in fide et obedientia ordinis vitam finivit est talis a capitulo enmanavit ordinatio : Et quia plerumque sævire solet impunita nequitia monemus omnes et singulos priores et alias nostri ordinis personas, ut si quos noverint Lutherana hæresi corruptos, et post unam et alteram correptionem a suo errore resipiscere noluerint, omni contentione (quam in consuetudine non habemus) deposita, tales Lutherana peste infectos, ut melius devitari possint, a reliqua congregatione sancta et immaculata separant, firmis carceribus includant, ne lætifero suo veneno animas Jesu Christi sanguine redemptas corrumpant et

1532

corruptos tandem filios æterni supplicij efficiant.

⇒ Domnus Wynoldus monachus domus Eckfordiæ commendatur a constantia in fide catholica. E contrario multum commendatur domnus Wynoldus monachus professus domus Eckfordiæ quod in medio Lutheranorum stabilis in fide Christi permanserit usque ad mortem, quam circa hunc annum appetijt.

⇒ Obijt quoque domnus Hermanus Friso alias Subeck olim prior domus Antverpiæ et convisitator provinciæ

Circa hunc annum discessit e vita domnus Hermanus Sobeck, professus et olim sacrista vicarius et rector ac prior domus Antverpiæ procurator item generalis capituli nec non convisitator provinciæ

⇒ Novum pensum unius Pater et Ave pro Simone Smitz professus domus Londoniarum.

Pro domno Simone Smytz monacho professo domus Londoniarum in charta anni præcedenti posito cum habentibus tricennarium defunctorum dicat quælibet persona ordinis Pater et Ave Maria.

Visitatores provinciæ hoc anno ordinati domnus Petrus Zas prior domus Ultraiecti et domnus Joannes Meerhout prior nostræ domus Bruxellensis

⇒ Bruxellæ prima Venerabilis Sacramenti Altaris miraculo solemnis supplicatio.

Mense julio Bruxellæ prima Venerabilis Sacramenti altaris mirando ibi miraculo illustrati solemnis supplicatio. Locrius et alij. Hoc quidem Sacramentum multis miraculis glorificatum Bruxellensis ecclesia in festo Corporis Christi circumferre solebat, inquit Molanus in natalibus Sanctorum Belgij, quod ante centum et septuaginta annos ex consuetudine observatum fuisse testatur informatio episcopi iussu ante tot annos confecta. Sed postea peculiariter instituta est solemnis et magnifica supplicatio annue facienda die dominica post 13 julii, qua Bruxellæ celebratur domina Margarerta, hanc enim solemnitatem ad honorem Corporis Christi instituit domina Margarita Austriaca filia Maximiliani, quæ anno trigesimo supra sequimillesimum Mechliniæ obijt Belgarum moderatrix laudatissima. Hæc Molanus. Unde cur hoc anno post obitum ipsius secundo fuerit incœpta tantummodo? non possum devinare nisi necessitates Europæ id postulasse. Solvent autem de consuetudinæ antiqua ex domo nostra duo fratres laici donati deferre in dicta supplicatione Tæendas/

⇒ obitus domnus Judocus [.....] Italia [.....]

9 septembbris diem clausit extremum in domo de Trisulti domnus Judocus Fabri de Alosto monachus professus huius domus, alias sacrista, vicarius et procurator. ^x Seductus a quodam non parvi nominis eremita Hispano, qui in nostro monasterio hospitatus fuerat, cum eodem in Italiam profectus fuit, clam V. P. priore ut scribitur in libro fundationis sub finem sed postea de hac simplici fuga vere pœnituisse ostendunt tum humilis veniæ supplicatio, quam fecit per litteras priori et conventui huius domus tum laudabilis conversatio ipsius in istis partibus Italiæ, ob quam meruit bis fieri prior in domo S. Jacobi in insula de Capro, et semel in domo Padulæ. In illo dominus adimplevit quod per Ezechielem promisit: Convertimini et agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas.

⇒ ^x præsumo Eremitam Hieronymitanum persuasisse domnus Judoco discessisse ab ordine sub prætextu perfectioris vitæ eremiticæ

Eodem die habitu monachali donatus fuit domnus Joannes Brumeau natione Duacensis.

1532

⇒ Domnus Theodoricus Persyn Delfensis prior domus Lovanij Delfis in Hollandia moritur successit dominus Franciscus Talemanius Edamensis.

Die 21 octobris dominus Theodoricus Persyn prior domus Lovaniensis Delfis in patria sua existens peste coripitur atque ex eadem ibidem obijt ; in cuius locum omnium suffragijs electus est dominus Franciscus Talemanius Edamensis professus eiusdem domus et quondam procurator, ac tum temporis vicarius monialium Brugis. Huius electioni opposuerunt se moniales Brugensis, quibus egregie verbum Dei prædicavit ab anno 1526, erat enim insignis prædicator habens singularem gratiam concionandi, cui perpauci ea ætate potuissent comparari. Sed reverendus pater eam confirmavit, plenus tamen infirmitatibus resedit in prioratu usque ad obitum qui fuit anno 1538.

⇒ Reverendus dominus Guilielmus a Bruxella, abbas Sancti Amandi et Sancti Trudonis, benefactor domorum Bruxellensium et Lovaniensium.

14 novembris reverendus dominus, dominus Guilielmus a Bruxella, abbas Sancti Amandi et Sancti Trudonis mortem oppetit, cuius intestina sunt sepulta in maiori ambitu cartusiæ Lovaniensis inter cellas X et Y, in cuius memoriam positum est ibidem lapidem lapideum monumentum, in cuius circuitu hæc leguntur in laminis æreis sculpta : Sepulta sunt hic cor et intestina revenrendi patris domini Guilielmi a Bruxella, quondam abbatis Sancti Amandi et Sancti Trudonis, qui obiit anno a Nativitate Domini 1532 novembris 14.

E regione hujus sepulcri ad murum posita est imago seu representatio Annuntiationis B.M.V. sculpta in lapido opere statuario et bene depicta atque deaurata cum effigie eiusdem reverendi domini abbatis ad c-vivum incisa, hoc epitaphio pariter insculpto in lapide :

In tria divisus nunc sum, qui mole sub una.

Quamvis naturæ duplicitis unus eram.

Reddita mens cælo, cor hic et viscera marcent.

Trudo foveat molli cetera membra sinu.

Cum Judex aderit magnus dispersa coibunt.

Et fiam rursus de tribus unus homo.

Reliquerat sibi auctoritate Apostolica coadjutorem et successorem Georgium a Sareins a Mechlinia : nihilominus religiosi jure suo consueto uti cupientes Rudgerum Franconis ex oppido Trudonensi oriundum in suum abbatem elegerunt quæ res magnarum illic turbarum fuit seminarium : tandem controversia sequenti anno directione et auctoritate præsulis Leodiensis ita composita est ut a conventu electus præpositorus cum certis prærogativis vocaretur, alter abbas remaneret.

Hoc anno conventus acquisivit Anderlaci unum florenum censualem ut patet ex epistola scabinorum Bruxellensium de data 18 januarii 1532.

⇒ Erardus præsul Leodiensis creator legatus a latere.

Ineunte anno 1533 pontifex virtutum Erardi præsulis Leodiensis fama permotus, eoque majoribus in rebus uti cupiens, cum legatum de latere creat, quo officio in restauranda pro virili cleri sui disciplina præclare functus est. Ejus munificantiam et præsecutionem Lutheranum reticeo et remitto lectorem ad Historiam Leodiensem.

⇒ Frater Adrianus Van Laren donatus in Schuet.

In Schuet monasterio ex hac vita migravit 16 februarii frater Adrianus Van Laren de Antverpia, qui tria vota emisit in statu donati, et multis annis officium braxatoris et pistoris exercuit, atque domui fideliter servivit.

⇒ Item dominus Judocus Herbos prior domus Capellæ in domo Bruxellensi moritur.

Præcedenti anno per capituli generalis ordinationem cum domus Carolus prior domus Capellæ senex et jubilarius et inutilis ab officio prioratus fuisse absolutus electus a fratribus domus Judocus Herbos factus est prior istius domus tametsi penultimus esset monachorum. Atqui non multos post illos dies cœpit male habere, ita ut neque privatim dormire, neque pulblice cantare posset. Unde et ingravescente infirmitate cum accessisset Bruxellam, ut a medicus ibi curaretur 4 idus aprilis iuvenis adhuc circa meridiem obiit, et erat dies illa cæna Domini anno 1533, decem dumtaxat mensibus fuit prior convisitator huius provinciæ prior domus Bruxellæ profectus erat uno die per nos cartusiam versus antequam domus Judocus prior moreretur exemplo ne tam gravis prælatura iuvenibus humeris imponatur.

↔ Domnus sebastianus Petri poeta hujus temporis prior domus Capellæ.

Post mortem domni Judoci Herbos postulatus fuit in priorem domus Sebastianus Petri professus ejusdem domus Capellæ, qui tunc morabatur in domo Antverpiensi, fuit Amstelrodamo oriundus, fuit vir doctus ac versu hexametro, plurimum valuit prout cartusiasticon quatuor distinctum elogiis præfixum Hymnis Ecclesiasticis qui a Dionysio commentariis illustrantur, ostendit. Vide Biblioteca Cartusiensis.

1533

Viola animæ a cartuisianis Antverpiensibus editur.

Floruit et hoc tempore in cartusia Antverpiana Guilielmus de Branteghem, qui præfixit disticha nonnulla violæ animæ hoc anno mundi conditi iuxta Hebræorum supputationem 5487 restaurati vero 1533, recognitæ neque non margineis annotatiunculis auctæ in cœnobio carthusiensium Antverpianorum et porro impressæ apud Martinum Cæsarem in 16°

⇒ Obierunt dominus Antonius de Gravia quondam convisitator

Circa hunc annum huius lucis usuram amiserunt dominus Antonius de Gravia, monachus professus et olim prior domus Monachorum ac convisitator huius provinciæ.

⇒ Et venerabilis pater dominus Bernardus Neppis cartusianus non sine sanctitatis nota.

Domnus Bernardus Neppis monachus professus domus Hassiæ hospes in domo Wesaliæ qui a Lutheranis multa perpessus est, et in loco et in opere sancto quievit.

⇒ Et dominus Joannes Pierman benefactor cartusiæ Lovaniensis

Die 19 julii obiit Lovaniæ dominus Joannes Pierman sacellanus ecclesiæ Sancti Petri qui cartusianis ibidem in suo testamento reliquit annum redditum quatuor florenorum renensium, sed cum certo onere, propter quod levius ferendum. Executores testamenti ex gratia addiderunt alium redditum quinque renensium et decem stuferorum.

⇒ Vectigal clero impositur in bellum contra Turcas quod domum nostrum multum gravavit.

Cum superiore anno Clemens pontifex ad bellum contra Turcam gerendum immensam auri vim contulisset suum in rempublicam animum vere paternum egregie testatus fuisset, hoc anno julii ultima eiusdem auctoritate clerus Brabantiae, Hollandiae, Zelandiae vocatus fuit ad oppidum Lovaniense, ubi publicatum fuit vectigal sacerdotus impositum, medietatis omnium proventuum, qui in terris cæsareæ suæ majestati subjectis reperirentur. De quo vectigali sic scribitur in libro fundationis satis lucide et veraciter.

Anno Domini 1533 promulgata est in omnibus regnis et appidis imperatoris regisque Hispaniarum quædam bulla Clementis papæ VII in favorem eiusdem imperatoris concessa in recompensam et subsidium detrimentorum et expensarum factorum seu deinceps fiendorum contra Turcas. Qua quidem bulla sanctissimi taxabatur omnis clerus tam religiosus quam alias ecclesiasticus ad contribuitionem dimidiæ substansiæ omnium bonorum. Quoniam quidem anno nuperime elapso imperator personaliter obviaverat capioso cum exercitu Turcæ qui Hungariam occupare disponebat, nihil tamen dignum factu ibidem exercuerunt, rtedierunt autem singuli ad propria, nullam aut paucam reportantes victoriam, trucidarunt autem aliqui de exercitu imperatoris aliquot Turcas : hacque permotus ratione obtinuit præfatam bullam toto clero lamentabilem. Nam tunc tenebamur obligati ad 744 renenses, de his habes latius in alio parvo libro, addidimus autem hæc istis ne omnino videremur prædecessorum nostrorum conatus irritos facere aut depretiari nihili. Hæc ibi : sequenti anno amplius declarabimus quomodo vectigal domum nostrum gravaverit.

⇒ Henricus postea Galliæ rex dicit Catharinam Mediceum.

In publicis rebus nihil sincere agi videbatur. Nam Carolo digresso et in Hispaniam reverso Clemens ponifex mari, Gallus terra Massiliam convenerunt. Id colloquium ad turbandam Italiæ pacem pertinere creditum est, pontificis obitu tecti interceptique conatus. Catharina tantum Laurentii Medicæ filia Henrico Galli filio iuncta est, defuncto postea majori suo fratre Francisco, Galliæ et Scotiæ regi dos quædam in Avernus oppida, ingens pecunia.

⇒ Henricus Anglus repudiata Catharina Catalania dicit Annam Bolenam.

Henricus VIII Anglorum rex Xatharina Caroli V imperariois materterea, cum qua annos 20 conjunctissime vixerat, repudiata Annam Bolenam Catharinæ pedissequam ea se gravidam sibi iungit et Londini 4 calendas junii corona redimiri iubet. Ex ea nata est Elizabetha quæ sorori Mariæ in regno successit.

Prior huius cum principaliori visitatore prior domus Ultraiectinæ visitavit domum Lovaniensem, prout patet ex chartra cuius fragmen repertum ad ædificationem prælatorum hic subjicere placuit.

In nomine Domini anno a Nativitate Domini 1533 circa festum Assumptionis Virginis Gloriosæ nos fratres Petrus et Joannes domorum S. Salvatoris extra Traiectum et Nostræ Domninæ de Gratia iuxta Bruxellem ordinis cartusiensis humiles priores reverendi patris nostri domni prioris Cartusiae Maioris ac totius capituli generalis auctoritate domum B. M. Magdalenaæ in Lovanio ordinarie visitantes invenimus domnum Franciscum eiusdem domus priorem hyeme præterita unanimiter et canonice electum et confirmatum, virum certe expertum, doctum et religiosum ac in utroque homine domui suæ bene præpositum.

⇒ Tripliciter oves pascenda monstrantur.

Quem pro modulo nostro hortati sumus in Domino quatenus pastoralis officii curam eius humeris impositam in se utique gravem, difficultem, et permolestam ac piis mentibus valde formidabilem sollicito et pervigilanti oculo attendens in ipsum summum pastorem Christum Jesum, qui non solum pretiosissimum sanguinem verum etiam divinissimam suam animam pro ovium suarum posuit salute, mentis intuitum semper figat, eiusdem se vicarium esse cognoscat, quare necesse est ut eius imitando vestigia opere et veritate oves sibi concreditas amare se ostendat amore sed non carnali sed spirituali quo animarum salus diligitur ac procuratur exemplo videlicet primi pastoris Petri, qui in trina amoris interrogatione de pascendis ovibus sibi commisit tripliciter se pascere debere noverit corde videlicet ore et opere : corde eas diligendo et sine intermissione pro eis orando adinstar Moysis in tabernaculo fœderis, ut veraciter de ipso dici possit : hic est qui multum orat pro populo Dei, ore eas pie exhortando et particulariter increpando et arguendo ; opere vero eas sanctæ conversationis exemplo pascat et præcedat in divinarum laudum frequentatione, in doctrina, in integritate, in morum gravitate, ut merito dicere valeat : exemplum enim dedi vobis quod me videtis facere et vos ita faciatis, nam ad emendandum efficaciora et validiora sunt exempla quam verba. Sic igitur cura pervigili, exemplaritate virtuosa præcedere semper studeat quatenus per hæc quæ duximus fidelem se dispensatorem ac pastorem comprobare possit, spiritualia cum temporalibus prudenter administrando, quatenus lucris spiritualibus insudans animarum lucra copiosa fertilitate collecta dominicis horreis inferat, ut oves sibi commissæ temporalibus non destituanter auxiliis et spiritualibus amplificantur augmentis quare ut in his omnibus fidelem, irreprehensibilem, et inconfusibilem operarium sese exhibere valeat volumus ut monachos omnes cellatum omni mense visitat, veleo impedita vicarius eius suppleat vices, et de singulorum studio profectu et defectu diligenter inquirat, colloquia eorum vana et sæcularium nimiam familiaritatem ac quævis alia Christi annorem et dilectionem extinguentia vel impedientia rescindat et extirpet, ut sic tandem Christo iudici venienti lætus occurrat dicens :Pater sancte, servavi eos in nomine tuo quos dediti mihi, audireque mereatur suavissimam illam Evangelicam vocem, Euge, serve bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium Domini tui. Deest altera pars.

⇒ Domnus Joannes ab Hemstede procurator domus Lovaniensis diem domo claudis extremum.

In eadem domo Lovaniensi 4 octobris obiit dominus Joannes Simonis ab Hemstede prope Harleum professus et procurator eiusdem domus, habuit fratrem germanum in eadem domo professum et vicarium, erat promotus in artibus, in arte florandi sive pingendi plurimum excelluit sicut frater eius. Anno 1520 venit ad ordinem, et anno 1528 institutus est procurator : quod officium exercuit 5 aut 6 annis et hoc anno 1533 diem clausit extremum.

⇒ Domnus Joannes de Groot senior et benefactor huius domus mortem oppetiit hoc anno ætatis circiter 89.

In monasterio Schuet naturæ concedit dominus Joannes de Groot Bruxellensis monachus senior huius domus, qui 50 annis et ultra infirmarii, procuratoris et vicarii officia laudabiliter exercuit, habuit missam de B. Virgine in domo cartusiæ ac in hac provincia. Frater eius cancellarius Brabantiae dominus Carolus de Groot gratuito dono cellam erexit et dotavit notatam littera T in qua obiit præfatus dominus Joannes de Groot, qui et multas in vita perpessus est infirmitates. Mater vero eius crebris beneficiis benevolentiam fratrum cuptare studuit.

1533

↔ Domnus Petrus Martini venit ad ordinem.

Videmur quasi ludere cum sapientia Dei in hoc monasterio qui dum unum eripit alium subrogat, nam paucis post diebus 18 eiusdem mensis monachismum apud nostros amplexus est domnus Petrus Martini, futurus postea prior.

↔ Anabaptistæ occupant monasterium.

Anno 1534 Anabaptistæ mense januario monasterium insignem Westphaliæ urbem per fraudem occupant, pulso cum probis civibus Antistite. Exinde Joannem Beuckelarium sartorem Leidanum Batavum 24 junii regem sibi constituunt, ipsum regem Israel, urbem vero novam Jerusalem nuncupantes.

↔ Henricus VIII damnatur.

Henricus VIII Anglorum rex ob repudiatam uxorem Catharinam 23 martii die lata Romæ sententia condemnatur ac Christiana communione a Clemente VII interdicitur. Hinc rex bacchanti similis divina et humana omnia iura suo in regno evertit, et supremum ecclesiæ Anglicanæ caput rejecta Romana sede sese constituit, et Lutheranis januam in Britanniam aperuit.

In charta capituli huius anni scribitur obiisse protector ordinis nostri cardinalis tituli S. Praxedis episcopus Portienis.

↔ Domnus Martinus prior domus Argentinæ confessor Christi

Item domnus Martinus venerabilis prior domus Argentinæ, qui pro amore Jesu Christi et Ecclesiæ Catholicæ defensione a Lutheranis multa perpassus est.

Nobilis quoque ac generosus dominus, dominus Nicolaus le Vasseur locum tenens Abbatusvillæ magnus benefactor domus Monialium prope Gosnayum.

↔ Epistola reverendi patris qua concedit ut possimus vendere aliquot domos ad satisfaciendum contributioni cæsareæ majestati debitæ, etc.

Concessit reverendus pater dominus Guilielmus Bibautius ut possemus vendere domos ad satisfaciendum vectigali quo cæsarea majestas exigebat a clero sequitur epistola.

Nos frater Guilielmus humilis prior Maioris Cartusiæ, ceterique diffinitores capituli generalis nostri ordinis cartusiensis, visa et diligenter examinata supplicatione dilectorum filiorum nostrorum prioris et conventus domus Nostræ Dominæ de Gratia dicti cartusiensis ordinis prope Bruxellas : cuius tenor talis est, quod cæsarea majestas a toto clero ducatus Brabantia vigore bullæ Apostolicæ illi concessæ exigit dimidiæ partem omnium fructuum ac proventuum unius anni, quem dimidiæ partem in promptis exsolvere non potestis nisi per venditionem redditum redimibilium super bona vestra, aut certe per venditionem aliquarum domorum in civitate Bruxellensi situatarum. Quare pro huiusmodi dimidia parte omnium fructuum ac proventuum vestrorum solvenda ac pro maiori utilitate et commoditate conventus vestri præscripti damus et concedimus vobis per præsentes vigore privilegiorum nostrorum facultatem et consensum vendendi domos subscriptas in civitate Bruxellensi situatas tanquam possessiones vobis minus utiles : ut puta domum nuncupatam tgulden hoot cum duabus domibus illi immediate vicinis versus portam captivorum cum domo retro adiacente ad plateam dictam de Cattestraete cum duabus situatis in platea dicta de Forcierstrate, nec non quatuor aliis domunculis quarum une situata est in longa platea militym, alia in putteria, tertia ad portam S. Jacobi, quarta vero in longo vico lapidum versus Flandriam salvo quod soluta summa ex hac contributione cæsareæ maiestati debita, reliquam partem denariorum ex dictarum venditione recipiendorum expendatis ad possessiones hæreditarias vobis magis utiles et non alias. In quorum omnium fidem, robur et testimonium hanc litteram sigillo nostro muni iussimus sedente capitulo nostro generali anno millesimo quingentesimo (trigesimo) quarto die 3 maii.

Ex registro receptorum et expositorum domni prioris monasterii Schutensis ordinis cartusiensis propr Bruxellas anni 1534.

Primo vercocht een huys ons gegeven van heer Werner de Mol gelegen ter Overmolen om hecht Rinsgulden erfelyck de penninck achtien darraff die trovee zijn afgelest videlicet 36 rinsgulden Item ontfangen van een huys verkocht achter ons herberge sonder de Gotick Priori Viridis Vallis ...90 rinsgulde.

Item noct herto Guilielmo den Kempener super certa bona nostra in parochia de Ytterbeke sitis pro solutione taxæ ad imperatorem denarium ad 20 quæ summa extendit se ad 240 rinsgulden.

Item noct herto Meester Roelant Baillet een huys gelegen inde Lange Bedderstrate darraff ontfangen 324 Carolus Gulden.

Subjicam libellum supplicem quem nostri patres obtulerunt imperatori pro remissione dimidiæ partis prædictæ contributionis, ex quo nonnulla addiximus quæ ad rem facimus.

Remonstrant en toute humilite vos tres humbles serviteurs et orateurs en Dieu les prieurs, religieux et couvent des chartreux les la ville de Bruxelles comment leditz supplians ayant este taxe a cause de leur portion ou subside accorde a l'emmpereur nostre seigneur par nostre Saint Pere le Pape a la somme de septe cens cinquante quatre Carolus d'or dont ilz nt payez la moitie portant 375 livres de 40 gros monoie de Flandres la livre laquelle somme leur seroit impossible payer btant

F° 39v ?

a cause de la grande charge qu'ils ont de l'alimentation et entretement de leurs religieux, maison, et des hospitez, qui y surviennent jurnellemnt qui couste plus que l'alimentation desdits religieux comme de l'entretement du service divin et aultrement en plusieurs et diverses manières a laquelle cause ils se trouvent chascun an a l'arriere plus de deux cens florins, tellement que souvent leur convient faire emprunte pour subvenir a laurs necessitez. Or est qu'il ait pleu a ladite majeste par ses lettres patentes datez du 11 jour de mars 1530 veriffiez en vos finances et pour les causes y contenues donner et accorder ausditz supplians la somme de mil livres dudit pris en ausmosne sur et tant moins des XXX^m Carolus d'or que feu le Roy de castille vostre pere, que Dieu pardoient par son testament a ordonne estre distribuez an ausmosnes et œuvres pieuses. Pour desdites mil livres estre payez par le seigneur de Liekercke thesorier de l'Espaigne en quatre années lors advenir par egal portion, qu'est chascun an deux cens cinquante livres, dont la premiere annee est escheute au jour de Noel 1531 ainsi que par lesdites lettres appert plus a plein desquelle la copie est icy attachée. Et combien que lesditz supplians ayant faict plusieurs diligences vers le seigneur de Liekercke pour estre assignez et payez dudit don sont escheuez trois termes, et le 4^e escherra au Noel 1534. Neantmoins ledict seigneur de Liekercke s'est toujour escusez disant qu'il n'at argent, et ne les sauroit assigner au grand regret desuditz supplians, lesquelz sont sommes par le recepteur de Bruxelles pour payer le second terme de leur dite portion dudit subside et les veutexecuter. Parquoy ils supplie,nt tres humblement a vostre majeste en regard que ledict monastere est de la fondation de feu Monsieur le Duc Charles vostre ayeul lequel et aultres Messieurs vos predecesseurs que Dieu pardoient ont eu singuliere zele et devotion plaise a vostre Majeste faire rabattre ledit second terme du subside montant a 385 Carolus sur et tantmopins lesdites mille ---, et leur assigner et faire payer de ce que leur est et sera d'ou pour la parpaye d'icelle somme a leur serte et contentement et prierant Dieu etc. Anno 1532 Consiliarii Regis petierant Registrum proventus domus, et nostri bona fide dantes plus exigerunt, rursus anno 1543 supplicants dabunt statum et declaracionem suorum bonorum, ut de eis disponatur secundum quod rationi consonum videbitur, neque amplius ista anno quam 50 floreni defalcati fuerunt. Invenio adhuc annorum 1553 et 1554 supplications huiusmodi sed puto ad aliam raxam pertinere. His demissis cum D. priore proficiscamur Ultraiectum.

⇒ Supplicunt cum 16 monachis prior domus Ultraiectinæ reverendo patri ut possent celebrare festum Transfigurationis Jesu Christi.

Hoc anno 1534 V.P.D. Petrus Zas de Traiecto prior ibidem ac visitator provinciae cum toto conventu (scilicet domus Bernardo de Wesalia seniore, Cornelio de Traiecto, Cornelio de Muderberch sacrista, Florentio de Monickendanis, Judocus de Leerdamis, Nicolao de Haerlem vicario, Theodorico de Amsterdam, W-illibrordo de Middelburch, Rodolpho de Oudewater, Adriano de Uterweerde de Gorcum, Jaspero de Amsterdam, Looffrido Lantscroon de Traiecto, Jacobo de Ylbedam, Gisberto Rutemberch de Traiecto procuratore, Ysbrzando de Amsterdeam, Everardo de Villa, ac Nicolao Veeso) supplicationem quamdam per prædictum priorem tunc ad capitulo iturum R.P.D. Guilielmo Bibautio priori Carusiæ cetersique diffinitoribus capituli generalis eiusdem anni transmiserunt humiliter postulantes, ut annis singulis in futurum liceret eis sub sexta die augusti solemniter celebrare festum Transfigurationis Domini Salvatoris et patroni sui cum nostris (Otudibdoah) de voluntate prioris nostri) ad hoc specialiter de novo copulato (sed notandum Calixtum Papam III anno 1457 instituisse festum Transfigurationis Jesu Christi ad 5 idus augusti ob victoriam de Mahometis anno 1456 eo die acceptam, atque etiam officium comnosuisse. Unde hic religiosum domus Ultrajectinæ aliud fecisse non est putandum quam dictum officium nostro cantui accommodasse aut descripsisse). Quod quidem capitulo officium prædictum cuidam diffinitorum examinandum tradidit, et ad instantiam V.P. prioris nostri (qui ejusdem capituli diffinitor extitit) supplicationi nostræ gratiose annuit, et sigilio domus Cartusiæ ad perpetuum –rei memoriam roborari mandavit. Igitur eodem anno quo supra, die sexta mensis augusti primum huius solenitatis festum celeberrime fuit inchoatum cantante solemnissime in pontificalibus missæ officium reverendo in Christo Patre et D. D. Laurentio episcopo Ebronensi pro tunc suffraganeo Traiectensi et eidem missæ decentissime servierunt R. R. P. P. et domini dominus Matheus de Goch, abbas S. Pauli Traiectensis, et D. Joannes Verborch de Traiecto, abbas S. Laurentio in Oostbroeck, quorum primus diaconi vero subdiaconi officia venerabiliter impleverunt. Missæ quoque prædictæ interfuerunt, et nobiscum cum prædictis reverendis tribus dominis ac eorum capellani in refectorio comedenter in primis spectabilis dominus Bernardus de Duvenbalibus Johannitarum in Traiecto. Item venerabiles patres domonus Joannes prior domus Bruxellæ convisitator provinciae nostræ, et domnus Lambertus prior domus Amsterdamensis qui die præcedenti actum visitationis domus nostræ impleverant. Nec non domnus Joannes Gaeff de Amsterdamprior domus Hollandiæ ac domnus Joannes Arnolde de Traiecto prior domus Monachorum professus domus nostræ (lriectinæ). Insuper V.P. dominus Martinus prior cistersiensium in Yselstay, dominus Arnoldus confessarius monialium conventus Then dael ac dominus Wilhelmus Punt capellanus eiusdem conventus et magister Anthonus de Ameroye canonicus ecclesiae Traiectensis. His omnibus sociatus erat egregius ac circumspectus vir magister Ruthgerus Verkere de Traiecto cæsareæ miestatis in curia Traiectensi consiliarius vigilantissimus.

↔ Cometes

Mense julio dirus cometes exortus in multam subsequentis mensis partem clo haret adfixus.

↔ Successio pondificum

Clemens VII Florentinus Juliani filius, Leonis X Patruelis rediens a nuptus Catharinæ de Medicis (Henrico Valesio Francisci regis Galliæ secundo genito nuptui datae) in Vaticano excessit 7 calendas octobris anno ætatis 56 mense decimo, die septimo. Non habuit plusquam tricenarium. Præfuit annis 10 dies septimo7. In eius locum electus Paulus III Alexander Farnesius domo Romanus coronatus 3 novembris. Hic indixit concilium Tridentinum, quod dum bellicis motibus impeditur 9 Antistites spectatae eruditionis et vitæ integritatis legit, quibus interim reformati cleri rationem constituendam demandat. Hic quoque confirmavit Societatem Jesu.

Illud rerum observatores divinarum haud sine causa notarunt hoc ipso anno idem. Sub tempus quo Anglicanum ab Henrico VIII inventum est schisma, eius ordinis iacta semina, qui non solum præcipua se religione voti pontificiis dedicaret obsequiis sed etiam pars esset maxima inter vim impiorum et fraudes fidei Catholicæ in Anglia sustinendæ.

↔ Frater Lucas Everberghe donatus huius domus et benefactor domus Lovaniensis Paem.

Apud nos facto concedit 9 calendas decembris frater Lucas Everberghe donatus et portarius nostri monasterii fidelisminster.

Lovanii obiit œconomus illustrissimæ dominæ de Chervia cognomen Paem, alias Pamel, qui quoad vixit semper fuit erga nostros ibidem cartusianos valde additus multaque eis ac varia pœstitit obsequia, ac in testamento reliquit eis semel 20 renenses fuitque in maiori eorum claustro sepultus inter cellas C et D, epitaphium eius et alterius nomine Stephani dabimus anno 1539.

Anno 1535, ob receptos Solymani Turcici legatos Gallus male apud Germanos audit, quamodem missis calendas februarii anno 1535 ad principes imperii litteris collicite sed non solide se excusat.

⇒ Carolus cæsar Tunetanam expeditionem feliciter suscipit.

Carolus V mense aprilis cum exercitu in Africam traiicit, et Tuneto urbe atque arce Goleta captis Hariadenum Barbarossam cum suis copiis prefligat, et muleassem regem restituit sibique vectigalem facit servos christianos qui viginti millium numerum superabant, liberos reddit.

⇒ Cartusiani martyres in Anglia et primi qui pro primatu S. Petri et successorum eius mortem subierunt.
Per id tempus nostri cartusiani Londinenses in Henrici VIII regis iram incurserunt quod nollent eum caput Anglicaznæ ecclesiæ agnoscere atque 4 maii V. P. dominus Joannes Houthon prior cartusiæ Londinensis nec non visitator provinciæ Anglicanæ, P. Robertus Laurens professus eiusdem loci prior vero domus Bellæ Vallis et P. Augusqtinus Webster professus domus Schene prior domus Visitationis Bdeatæ Mariæ, horrendis afficiuntur suppliciis, suspensi primum laqueo, postmodum vini exenterati, cum eis Reginaldus doctor Brigitensis monachus et Hailus presbyter. Et hi sunt proomartyres Angliæ qui mortem subierunt quod pontificis Romani primatum tuerentur et confirmarent, novaque comitiorum decreta quo iubebantur iureiurando affirmare regem ecclesiæ supremum esse caput contempserunt, quos postea tam religiosi non pauci ex eadem cartusia Londinensi, quam alii aliorum ordinum et sacerdotes sacerdotes ac laici subsecuti sunt in primis Roffensis episcopus ad 10 calendas julii et Morus cancellarius 7 julii capite plexi sunt. Et quidem Joannis Sanderus anno præcedenti septem martyrio affectos fuisse narrat, sed maxime ob hoc quod regem redarquerent ob adulterium, et Mariam Catharinæ filiam legitimam pronuntiarent. Ob quam causam etiam venerabilis prior dominus Joannes Houthon carceri mancipatus fuit, sed postea sub conditione suis redditus maiorem martyrii titulum expectavit, primatum S. Petri et successorum eius libere confitens hoc anno primus, ut dixi, mortem sub ivit. Intimatum enim erzat regi quod cum conventu illius domus præparabat se (reconciliatione mutua, precibus et sacrificiis) ad resistendum (decretis parlamenti, quibus iubebantur obedientiam domino papæ abrenunciare, et ipsum regem caput ecclesiæ agnoscere) propter quod nimio hurore agitabatur, sed hinc martyres hi maxime illustres evaserunt, quod omnes exemplo præiverent, famaque constantiæ mundum repleverint, sed Deo sit laus, qui suorum militum sors, corona et præmium est. Quod etiam Sanderus non tacet sed hoc disertis verbis profitetur, ait enim : Animadvertisit Henricus quam plurimis indiciis bonorum omnium animos vehementer abhorrire ab iis quæ faciebat, et quo quisque erat vir melior ac religiosior, eo alienore animo ab eisdem esse. Sciebat autem in regno suo tres esse ordines religiosorum hopminum, qui præcipua laude regularis observantiæ, præ ceteris omnibus florarent ; summaque inde autoritate apud omnes valerent :

⇒ Cartusiani primi nominantur.

Cartusianorum nimirum S. Briggæ, et divi Francisci de observatæ : hos ergo primos aggrediendos statuit, ut illis debellatis facilior esset de ceteris victoria. Sed et in hoc ipso mirabilis apparuit suavissimaque Dei providentia, ut ab his sanetissimis viris initium faceret, quo et ipsius Tyranni maior esset confusio, et ipsorum martyrum cum clarion triumphus, tum illustrius etiam pro veritate testimonium.

⇒ Suspenduntur in habitu religioso.

Sententia mortis accepta educebantur ad patibulum eo habitu, quo in monasteriis utebantur ; nec enim Henricus tantum religioni tribuendum existimavit, ut ex legum ecclesiasticarum præscripto vel gradu vel habitu ante supplicium privandas curaret, sed iis qui Deum diligunt omnia cooperantur in bonum, quamvis hoc maioris igniminiæ causa actum sit, Deus tamen permisit ad maiorem martyrum gloriam, non enim ut fures et latrones patiebantur, sed ut boni religiosi. Unde si secus factum fuisset maiori tristitia afficiendos fuitassem.

⇒ Henrici nequitia.

Atque hoc quidem terrore existemaverat Henricus cum ceteros clericosque tum maxime cartusianos Londinenses a sua constantia dimoveri posse ; ad cum enim finem et prioris Londinensis occisi membra, ut a reliquis cernerentur in ipsa monasterii janua affigi jussérat ; et viros duos sacerdotiales cOnobio præfecerat qui tanquam superiores partim blanditiis partim minis iuniores mnachos depravarent. Sed cum isti non proficerent, dicerentque seniorum quorumdam religiosorum exemplo iuventutem impediri, ne regis voluntati consentiret, rex illos affligendos ac tollendos censuit. Unde ad 14 calendas iunias alii tres cartusiani sacerdotes Umfrides Midelmorus, Guilielmus Exmeus et Sebastianus Nudegatus cum prius per dies 14 continuos erecti stare coacti essent, inhectis ad collum, ad brachia, ad crura circulis ferreis, ita ut ob nullam omnino causam loco unquam dimoverentur illustre fidei testimonium dedrunt. Vimùncis enim cratibus injecti per plateas Londinenses usque ad ultimi supplicii locum pertracti, (⇒ Crudere et ignominiosum mortis genus), postquam laqueo ad breve tempus suspensi fuisseret, mox vivi demittebantur, tum autem carnifex prudendis præcioso et flammæ traditid, pectus et præcordia gladio aperuit visceraque evulsa in propositum ignem conjesit ; demum capite abscisso, reliquum corpus in quatuor partes dissecuit, illasque partes elixas variis in locis a populo expectandas suspendit.

⇒ Duo adhuc suspensi anno 1537.

Cum Joanne autem Rocestrio et Jacobo Vuannertio (ipsis quoque cartusianis) tam gratiose dispensatum est, ut simplici suspedio in civitate Eboracensi 5 idus maii ad cælum commigrarent anno 1537. Suspensi enim cathenis tam diu in patibulis hæserunt donec omnia ossa deciderent.

⇒ Decem in carcere extincti.

Sed cum ne hac quidem ratione Henricus voti sui compos fieret, decem adhuc alios in tetterimum careerem conjiciendos curavit, tantaque sævitia inter ipsos latrantes tractari jussit, ut non multo post universi unico superstite, fætore et fame extincti fuerint, quod cum ad Cromvelum perlatum esset, idoluit homo crudelis quod sic evassissent carnificinam quam de ipsis cogitaverat, magnoque juramento affirmavit illud sibi contigisse ingratissimum, quod tam facili mortis genere periissent. Ii autem erant Richardus Berus, Thomas Greneres, Joannes Davis, Thomas Jonssonus, et sex conversi Guilielmus Grenodus, Thomas Schrivanus, Robertus Salteus, Gualterus Pesonus, et Thomas Redingues professis omnes cartusiani ordinis.

⇒ Guilielmus Hornus novissimus martyr anno 1541.

Decimus vero Guilielmus Hornus, qui ex sancto illo numero superfuerat, regis jussu ad patibulum pertyractus pridie nonas augusti (alias 4 novembris)eodem genere mortis, quo primi, certamen absolvit anno 1541 post quadriam in carcere transactum. Ac de cartusianis quidem hactenus ; quanquam enim non omnes eodem die vitam finierint tamen quos eadem fides ert religio coniunxit, visum est oratione mea non debere separari. Hæc pleraque Nicolaus sanderus doctor Anglicus de schismate Anglicano. Vide tractatum Mauriti Chancæi qui fuit professus eiusdem domus Londinensis.

⇒ Laus eorum

Quod factum, quam gloriosum sit et a divinitate dispositum cum F. Ambrosio (sermon. 75) advertere : semper enim Deus quos eligit, hos victores subvectione sublimi in aulam regni cælestis inducit, hos in phalanga suspensos bôtrôs non homines sed Angeli in cælum propriis humeris evexerunt.

↔ Miraculum.

S. Gregorius hom. 32 in Evang. narrat duos martyres habitu peregrino et monastico matronæ cuidam religiosæ apparuisse, cumque illa eis de more eleemosynam offerret dixerunt : Tu nos modo visitas : nos te in die judicii requiremus, et quidquid possumus præstabimus tibi ; siùilem opem promisisse et præstissette hoc sæculo cartusianos artyres sub Henrico VIII Angliae rege matronæ cuiquam agonizanti quæ eos in ce-arcere eleemosynis omnique obsequio iuverat ab Anglis viris omni fide dignis audivisse se narrat Cornelius Cornelii a lapide socius in Deut. Cap. 26. Hanc aulem fuisse aiam R. D. cæsaris Clement decani Sanctæ Gudulæ nostri patres Angli mihi asseruerunt.

De cartusianis monachis sub eodem Henrico martyrio affectis hoc etiam miraculum circumfertur, quum corporum in quatuor partes dissectorum celebrioribus urbis locis suspensaæ essent toto trimestri nulle in omnis putretinis indicia apparuisse quasi non mortuæ sed vivæ carnes essent. Raymundus Raymundi lapis.

Non est mirum, si horum nomina in chartis capituli non inveniuntur quia omnis communicatio per litteras cum pontifice Romano ----- ministris extra Angliam degentibus sub pæna læsæ maiestatis prohibebatur. Quo factum esse scribit Erasmus, ut quasi sub omn lapide dormiat scorpius, ita nemo Anglorum aunes est deinde aut quidquam scribere, aut ab externo quopiam litteras accipere. Quod diserte profitetus dominus Mauritius Chancæus in præfatione R. P. Joannem : Reverende Pater inquiens, de corum vigilia et somno paternitatem vestram certiorem reddere operæ pretium existimavi, nam ex quo altare illud sacrilegum erectum est in Bethel ut ultra non ascenderemus in Hierusalem ne convertermur ad Dominm nullus ex cognatione nostra de eorum obitu vobis quidquam significavit, quippe qui nec aussi fuimus, et nobis insidiatores undique ne quid tale faceremus erant positi. Quid est ergo quod Molanus in quæstione. Quodlibetica quærerit utrum liceat pro martyribus nostri sæculi orare : probat quod sic et confirmat exemplo nostri ordinis, qui pro martyrribus Angliæ preces sicut et pro aliis defunctis instituit. Unde illud collegerit nescimus, nisi ex charta anni 1538 in qua pro quibusdam personis ordinis nostri quorum nomina præsenti chartæ non inscribuntur fiat unum tricenarium, suspicor autem de martyrribus his intelligendum esse, nam præcedenti anno decem illi Christi confessores in carcere sumnum sanctorum acceperant, et hoc anno in carta supprimitur nomen regis Angliæ, pro quo singulis superioribus annis solebat iniungi missa de Spiritu Sancto sicut et pro aliis principibus Christianis, tulerat quidem pontifex sententiam excommunicationis sed usque ad annum 1538 distulit executionem et publicationem.

↔ Venerabilis pater dominus Judocus Hessius deplorat miserabilem statum ordinis ob hæreses et schismata quæ Ecclesiam dividebant.

V. P. dominus Judocus Hessius prior domus Ephordiæ in sermone ad patres congregatos in Maioris Cartusiæ ex præteritis calamitatibus hanc maiorem futuram, et maultarum domorum desolationem recte conjicit. Dicit enim : Quemadmodum enim superioribus annis Bohemis ab obedientia Romana Ecclesiæ deficientibus, monasterium Horti Mariæ nostri ordinis ad Pragensis civitatis suburbia in prophanos usus transit : ita in præsentiarum nostræ religioni calamites multo gravior per Lutheranam factionem istam imminere videtur. Aliquot enim cœnobia nostra vorax flama iam vertit in ceneres : alia velut umbraculum in vinea, aut tugurium in cucumerario suis habitatoribus orba fluctuant. Nonnulla quatuor senes, mnachos et fratres plusquam duodecim aliquos. Dei cultores alimentare solebant. Nunc autem patrimonium illud Christi quatuor aut quinque (veluti animalia ad comessandum nata) prodigunt. Commixtique inter gentes quid faciant et quid loquantur turpe est dicare. Satis fore arbitror omni qua poterimus providenti curare ne quæ superest pars sincera in corruptionem pertrahatur. Venit enim hora et nunc est ut probentur electi. Multi quidem ad cartusianam militiam vocantur, attaman non omnes legitime certant satagunt non omnes (ut inquit Petrus) per bona opera vocationem et electionem suam certam facere quum tamen nemo coronandus sit qui legitima non certaveret. Subjicit et sententiam notatu dignam.

↔ Sententia notatu digna.

Non enim loco sanctificatur homo aut dignitate, sed vitæ sanctimonia et innocentia cordis ; neque sanctorum gili sunt, qui loca sanctorum tenent, sed qui exercent opera eorum.

Hoc anno electus est venerabilis Antonius tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim presbyter cardinalis de S. Sollerino in protectorum ordinis.

Ordinatum est in capitulo per totam provinciam ut trinus pulsus fiat circa meridiem prout moris est in sacerdotalibus ecclesiis in memoriam passionis Dominicæ. Edita et approbata sunt officia in cartusia hoc anno 1535 pro volentibus celebrare festum Sanctæ Annæ, quæ postea anno 1570 imperata fuerunt.

⇒ Gabriel Offhuys professus hujus domus vita defungitur.

In cartusia nostra ter Schuet vitam cum morte commutant dominus Gabriel Offhuys cuius parentes reliquerant domui 24 renenses vitales et 6 modios silihinis et 4 renenses ad vitam.

Volebam subjungere collationem de Corpore Christi quam habuit hoc anno venerabilis pater dominus Judocus Hessius pridie Sacramenti, in qua solide et succincte præsentam Christi in Eucharistia edocet et suos confratres in fide confirmat ; sed quia impressa est et alibi descripti brevitatis causa supersedeo alias valde miratus fui clarum et solidam eius doctrinam.

⇒ Obitus R. P. Guilielmi Bibautii.

24 julii migravit in cælum, ut pie credimus reverendus admodum in Christo Pater noster dominus Guilielmus Bibautius prior Cartusiæ et generalis ordinis, qui fuit professus domus Gandensis et prior quondam domus Hollandiæ nec non visitator huius provinciæ, reliquit ingenii et pietatis suæ monumenta sermones capitulares quibus utimur, quos et curavit imprimi dominus Judocus Hdeissius et epistolæ liminari data ad successorem eius R.P.D. Joannem Gaillardi ipsum laudavit, quam hic describam, quamvis ex ea aliquid superius deprompsierimus.

⇒ Laudavit eum epistola paranætica data ad successorem eius R. P. Joannem Gaillardi quæ hic describitur.

Reverendo in Christo Patri ac domino Joanni Gailhardi Maioris Cartusiæ priori vigilantissimo, et totius ordinis eiusdem monarchæ frater Judocus Hessius cartusianæ domus in Erphordia prior S. D.

Non me fugit multos, ut humano generi opitularerntur, et nomen sibi ex hoc pararent multa ingenii sui monumenta reliquisse. Cum enim alia vetustate, deficiant sola litterarum monumenta et æterna sunt, et mortalium res æternitati commendant. Nihil sane æque humanum est, atque alteri prodesse. Quomodo enim melius civium cœtiis publice privatimquer nisi ab homine adjuventur ? Hujusmodi igitur viris de humano genere bene meritis templa dicata, aræ erectæ, statuæ consecratæ fuere. Quid igitur Guilielmi Bibautii singularis viri laudibus par referemus ! Qui Flandriæ honesto et splendido loco natus fuit : puerque admodum, cum vix annos 9 natus esset parentum studio et diligentia Lovanium (ut ibi litteras disseret) est missus neque enim vel id ætatis propter summam ingenii docilitatem immaturam censebant, qui in celebrimo illo litterarum domicilio politioribus disciplinis animum exceleret. Celeriter vero omnibus artibus quibus puerilis ætas imbui solet ita profecit, ut æquales suos omnes doctrinæ laude longe præstaret. Ingenio acri et vehementi preditus, memoria vero tanta fecit, ut ad ea tollenda, quæ animo semel insedissent diuturnitas temporis vix aliquid valeret.

⇒ Theologiæ studiis præcipue affectus.

Theologiam, et eos scriptores qui de divinis rebus tractant omni ætate coluit. Idque putavit hominis esse christiani non in senectutem, ut maxima pars hominum facere solet, hoc studium differre : sed quotidie addiscendo, in eo procedere.

⇒ Temperantia eius summa in victu.

Ad hæc adjuvabat temperantia summa in victu, et in omni vita, ut voluptatibus, quæ apud ceteros eius præsertim ætatis magnam partem temporis sibi vindicant, nullum omnino tempus daret.

↔ Sermones capitulares quales.

Cibi et potus erat parcissimus, summo parum indulgebat ; reliqua genera voluptatum summus ille ardor in studia litterarum ita restrinxit ut nulla prorsus in eo aliarum rerum cupiditas appereret. Quam vero doctrina et eloquentia, sermonis elegantia, verborum pondere, sententiarum gravitate inter huius sæculi scriptores præstiterit, eius orationes ad venerabilis patres cartusiæ testantur, in quibus interdum sedati annis more labitur, modo parum assurgens modo sine ulla salebris quasi torrens pro rei qualitate decurrit incitior. Quam fluunt suaviter hujus orationes, quam est hic nihil coactum, quam sunt omnia facilia, nihil hic durum, nihil scabum, nihil tenehasum candidus est argutus, latinus. Adulta iam ætate ad summos quidem honores et dignitates pervenerat beneficio principis, (↔ Quæritur quis Princeps) cuius liberos mira dexteritate ut litteris ; ita bonis moribus ad humanitatem instituerat.

↔ Spem honorum quam ipsos iam adeptos sprevisse magis putarem.

↔ Laborat ordinem ab hæresi immunem servare.

Verum ipse putano tempus adesse, ut animæ etiam sue consleret, pretis divitiis, spretis honoribus in quibus summum bonum mortales collocant, relicta domo rebusque patris soli Deo placere desiderans sanctæ conversationis habitum quærens, cartusianæ familiæ se addixit cuius sodalitii summus monarcha non longo post tempore factus, nullis vigiliis, nullis laboribus pepercit, ut ordinem nostrum a variis, et iam pridem damnatis hæresibus et sartum et tectum servaret. Ille tam sanctus post longos sudores pro communi ordinis utilitate statim ab actu capitulo specialis ita repente concidit totus, nullam ut iam suæ salutio spem reliquam ostenderet, quod pius pater ut semper cautissimus intelligens, nihil prius habuit, quam ut anima medicum accerseret, cui detectis tota vita noxiis Christano ritu confitetur.

↔ Sacraenta Ecclesiæ poscit.

↔ Humillima et summe compunctiva oratio eius ad Christum in Eucharistia.

Statim a sacris confessionibus cum venerabiles patres cum fratres Sacramento adesse senserat : sublevans ipse se quantum poterat, atque animo corporis imbecillitatem sustentans, supplex ac lachrymans in hæc verba prorupit : Tu me, inquit, piissime Jesu, tu nequissimum hunc servum dignaris invisere. At quid dixi servum ? imo vero hostem potius et quidem ingratissimum, qui tantis abs te cumulatus beneficiis nec tibi dicto unquam audiens fuerim, tuam toties majestatem læserim, quod ego per illam, qua genus omne hominum complecteris charitatem, quæque te cælitus ad nos in terram deduxit, nostræque humanitatis ainxit involucris, quæ famem, quæ sitim, quæ frigus oestum, labores, irrisus, contumalias, flagella et verba, quæ postremo etiam mortem crucemque subire te compulit. Per hanc ego te salutifer Jesu, quæso obtestorque avertas faciem a peccatis meis, ut cum ad tribunal tuum consistero qui me iam dudum citari plane sentio, non mea fraus, non mea culpa plectatur. Sed tuæcrucis meritis condoletur, valeat, valeat in causa mea sanguis ille tuus, Hesu, pretiosissimus, quem pro asserendis in libertatem hominibus in ara illa sublimi nostræ redēptionis effudisti. His dictis corpus et sanguinem Dominicum plenus iam sanctitatis ac divina quadam Maiestate verendus accepit.

↔ Sancte moritur.

Post illa contemplandus aliquandiu in pace quievit, et vere ut speramus, de hac valle lachrymarum ad gaudium transiit angelorum. Ut tam sancti Patris fæfuram tuæ Reverendæ Paternitati nuncupare congruentissimum duxi, ut quem multis alioqui nominibus amore prosecutus es, in eius locum suffectus idem iam saxum volvis, quod olim ille. Hoc igitur divinum munusculum accipe, et cum tibi per occupationes licebit, lege Guilielmoque nostro sanctæ memoriae bene precare. Vale Reverende idemque charissime Pater cum sancto fratrum tuorum collegio quorum precationibus Christo Optimus Maximus commendari cupio. Ephordiæ, ex cœdibus nostris cartusianis, 13 calendas julii, anno a Christo nato 1539.

Hos etiam sermones descripserat dominus Levinus Ammonius et dedicaverat venerabilis pater Petro Zassio priori domus Ultraiectinæ et visitatori provinciæ cuius epistolæ dedicatoriæ fragmen adulii superius anno 1521, quod restat subiungamus.

↔ Quomodo officio prioris cartusiæ et Generalis Ordinis se gesserit.

Quod quidem in officio quam modeste, juste pieque se gesserit, quam creber in precationibus sublimis in contemplationibus, quam comis et humanus erga fratres, quam benignus et clemens erga delinquentes, denique qualis quantusque fuerit in omni sanctitate et exemplo bonorum operum testantur qui cum eo una et sub eius magisterio vixerunt. Is itaque biennio ferme quam de hac luce migraret hosce sermones in conscosun fratrum de more recitandos, in quibus sui memoriam posteris reliquit, ad suæ professionis primam illam juxta gandavum (Vallem Regalem dicunt) domum misit. Insuper misit duas imaginzs pictas quæ palmæ magnitudinem non excedant, in quibus eiusdem R. P. Guilielmi Bibautii effigies ad vivum depicta est flectens genua ante D. Virginis iconem quas tanti fecit felicis recordationis dominus Jacobus Dionysius prior eiusdem domus Gandensis et visitator provinciæ nuper defunctus, ut eas argento includi et deaurari fecerit.

↔ Ab omni ostentatione alienus.

Pergit Ammonius : Erat sane ingenium illud felix alioqui fæcundumque et quod majora velle et efficere poterat, si ita constituisse ; sed ita omnis ostentationis alienum, ut se suaque elevaret, ac aliorum comparatione plus satis dejiceret. An alia scripserit incertum habeo, certe hactenus in lucem nihil prodiit, etc.

↔ Anno sequenti 1536.

↔ Hic aperte colligitur non fuisse Caroli aut supremorum Principum pædagogum.

Hæc ipsa egregie confirmat dominus Theodoricus Loher a stratis in epistola qua dedicat sermones Lansbergii in præcipuis solemnitatibus R. P. domni Joanni Gailliardi sic aiens : Ad huius sermonum impressionem iam pridem hortatus fuerat me reverendus Pater divæ memoriae dominus Guilielmus Bibautius domus Maioris Cartusiæ, imo et ordinis prior generalis, vir usquequaque doctissimus, utpote qui olim haud infirmorum principum in litteraria præceptor fuerit atque morum institutor.

↔ Jussit typis mandari opera Dionysii.

Hic enim quæ erat tam tam modestia quam prudentia singulari prædictus, hortabatur, ut post laudatam operam, quam hactenus de suo jussu in evulgandis Dionysii nostri operibus navavimus, si aliquando ad manus mihi sermones venirent idonei diebus maxime festivis post Primam fratribus legendi, typis excusos per varia divulgarem loca.

↔ Noluit se vivente quidquaam operum suorum evulgare.

Potuisset idem cuiusmodi postulabat sermones præstare utpote quos iam olim magna cum laude declamaverat : at humiliter superatus quantumcumque a me interpellaretur, nolebat se vivente operum suorum quidquam in publicum ire, quæ iam nunc post felicem eius mortem evulganda affectuose ut commune bonum expostulamus quod in aliorum desiderabat sermonibus.

↔ Quare non placere P. Bibautio sermones proprio morte compositos singuli per ordinem declamarent.

Cezrte modus qui in declamando a plerisque observatur ubi singuli per ordinem in festis prædicant, non admodum placuit eidem, propterea quod facile contingat aut lædere au lædi, ubi etiam lædendi defuerit animus, dum infirmæ mentes contra se atque sui suggillationem putant dictum, quidquam forte in reprehensionem contigerit dici vitiorum, putabat igitur rectius alienum legi sermonem, qui erudiret simul ac vitia castigaret absque hac pungendi suspicione.

↔ Præfatiuncula in sermones capitulares cartusiæ.

Describam præfatiunculam quam præfixit sermonibus suis capitularibus pro Cartusiæ. Sermones istic scripti in capitulo monachorum patribus cartusiæ sunt recitandi in solemnitatibus quibus ex statutis nostri ordinis sermo debetur capitularis. Qui licet breves sint ac tali auditorio non satis respondeant, vel aliqualem tamen utilitatem afferre poterunt. Cum in hanc recitandi legendique uniformitatem doctiores se humiliant, sibi meritum, aliis vero suæ humilitatis parant exemplum.

↔ Scriptores non prohibet sed potius animat.

Ubi vero pro divini numinis unctione et ingenii sui felicitate aliquid lectu dignum scripserint, hoc fratribus suis cum charitate non solum solemnibus sed singulis diebus legendum ac transcribendum humiliter, qui ad componendos sermones sensus non abent satis exercitatos. Quippe qui in hoc libello paratum semper invenient, quod fortassis cum rubore aliunde quæritarent.

↔ Quomodo pronuntiandi sint sermones et hic forte primo præscribitur.

Legantur autem eo modo quo nobis in communi refectorio edentibus sacra lactio pronuntiatur. Nam capitularis locus refectorio non est veneraztione inferior, ut quemadmodum in cantu ecclesiastico omnis mundana vitatur a nobis curiositas : ita in pronuntiandis sermonibus his apud nos permaneat cartusiana simplicitas.

↔ Quid compilator censeat de hoc instituto, ut religiosi legant scriptos sermones.

Sancte quidem et recte sunt hæc a sancto viro instituta, non carent tamen aliquo defectu sicut fere omnia humana, nam per hæc remissiores eveadunt animi et pigri, nec exercitantur studio litterarum aut lectione patrum et doctorum ecclesiæ, cum hæc tanta cognitio et scientia non futura sibi sit utilis aut necessaria prospiciunt. Notari in superiori volumine fuisse consuetudinem ut concionator orationem suam proferret memoriter, et hoc in rudi et simplici sæculo, iam vero plerique nostrum non simpliciores sed rudiores evadimur et parum frugi facimus.

Et tumulum statuam et solemniamittam
Occidis ereptus terris Guilielme Bibauce
Maxima Cartusiæ flenda ruina domus
Heu subiti rerum lapsus, heu Parca superba
Quæ citius Patres sternit ubique pios
Hic vir erat spirans sincero pectore Christum
Incumbens studiis nocte dicque sacris
Historias sanctas, arcanaque scripta legebat
Pertæus mundi, cœlica semper amans.
Nec tamen hoc studium, pietas , aut obstitit ista
Ne fieret iuris mors truculenta tui.
Dena suæ vitæ numerarat lustra pezractæ
Hoc sua cum tegeret membra caduca loco
Nam mens quæ tantum spectavit, ad astra volavit
Inque suo recubat Christe benigne s-inu :
Utque tuum quondam nobis nomenque decusque
Sic nunc Anglicis prædicat illa choris.

f° 45

1535

Christianus Bibautius germanus reverendi patris obiit circa hanc quoque annum, et successores refereuntur.

Intra spatum unius anni vita quoque defunctus est egregius et honorabilis vir Christianus Bibautius, Balivus Tielletensis, reverendi patris nostri Guilielmi germanus. Dominus Christianus prætor Tyletanus

genuit inter alios liberos Petrum Bibautum et magistrum Stephanum Bibautum, qui Stephanus sine liberis obiit et pensionarius Furnensis ditionis (vulgo Veurne ammbacht) fuit.

Petrus autem quatuor filios habuit nimirum domnum Gulielmum (cuius susceptor reverendus pater dominus Guilielmus fuit); Vincentum, Joannem et Christianum, qui omnes in pace quiescunt.

At Guilielmus reliquit filium dominum Joannum Bibaus qui nunc habitat Limburgi et habet penes se effigiem reverendi patris Guilielmi, mihi quoque adfuit anno 1528 in octavis S. P. N. Brunonis, vir egregiæ staturæ et honorabilis.

⇒ Reverendi patris Gailhardi ex vicario fit prior domus Cartusiæ.

Successit in prioratum Cartusiae reverendus pater dominus Joannes Gailhardi qui iam 40 annis in ordine exgerat, fueratque vicarius eiusdem domus iam a temporibus reverendi patris domini Francisci de Puteo, hinc congratulatur illi dominus Theodoricus Loher eum in omnibus ordinis negotiis iam assuetum et apprime eruditione esse eo quod multis admodum annis pro singulari sua eruditione sinceritate et zelo generalibus quibusvis semper interfuerit synodis, prædicatur alibi ordinis observantissimus.

Superius ex chartis venerabili patris Petri Zassii visitatoris scripsi quæ pertinerent ad munus boni pastoris, nunc ex charta visitationis domus Diestensis scribam ipso dictante quomodo per observationem statutorum pertingere debeamus ad charitatem quæ est finis omnium præceptorum.

⇒ Quomodo per statutorum disciplinæ observantiam ad charitatem pertingere debeamus.

Monachos vero adhortati sumus in Domino ut uniuscuiusque chartitas magis ac magiis abundet in eo qui est ipsa charitas teste Joanne Apostolo qui dicit, Deus charitas est. Hæc enim sola est, quæ nos Christi discipulos facit, hæc est illa quam a nobis ipse Dominus exigit observari, dicendo : Hoc est præceptum meum, ut diligatis invisem. Caveant igitur ne hanc charitatem aloquo inordinato amore rerum sensibilium extingui permittant, quin potius quotidianis virtutum exercitiis utpote sobrietate, patientia, castitate, humilitate, obidientia ac longanimitate, legendō, orando, meditando, scribendo, ac aliis religionis exercitiis iugiter et indefesse scripsos nutriant et foverant. Quis enim nisi insensibilis si hanc tam necessariam charitatem a Domino ex intimis præcordiis humiliter postulaverit non obtinebit ? Quis enim sic a corde alienus, qui votorum suorum non recordabiter, si Jesum mundi Salvatorem in cruce passum pro inimicis obsecrantem. Patris usque ad mortem obedientem attenderit ? Necnon est ergo ut hic charitatis ignis indesinenter in cordibus religiosorum maxime cartusianorum dum intersunt laudibus divinis ardeat, præsertiū cum nihil operis unde impedianter habeant, necesse est ergo ut omnem desidiam, omnem torporem ac tepiditatem abjiciant si strenuo ac devote divinas laudes omni somnolentia deppressa die noctuque persolvant, non parcentes vocibus non verba dimidia transilientes, imo plane et perfecte Spiritus Sancti verba devota mente personantes.

⇒ Quomodo solitudinis cultus ad veram charitatem suffragatur.

Insuper cellæ et silentii observantia necessaria est, nec profecto quisquam ad cartusianam perfectionem pervenire poterit, nisi nosytri ordinis primaria instituta strictissime observarit. Solitudinis enim cultus ad veram charitatem multum suffragari solet, magno Basilio teste. Cella nempe est, inquit, spirituale habituculum quæ Dei superbis humiles, de gulosis sobrios, de iracundis mites, de odiosis in fraterna charitate ferventes necessario facere debeat. Silentii vero censuram, qui intimis considerat nihil inveniet quod charitatis ac paci magis consulat, qui enim os suum custodit, ait sapiens, custodit ab angustiis animam suam. Et regius Propheta David posuit ori suo custodiam ne otioso ac levi verbo animam suam macularet. Nisi enim charitati loquacitatis morbus tam bnoxius censeretur, minime sancti patres ac doctores tam acute tam graviter gladium suarum sententiarum eximerent, necesse est ergo ut sua colloquia restringant, linguam refrenant si ad cartusianam perfectionem pervenire desiderant, etc.

⇒ Status domus Diestensis hoc tempore.

Status domus scilicet Diestensis talis est. Est prior se connumerato cum 13 monachis professis uno monacho hospite et uno novitio duobis redditis laicis et 11 donatis ac alia familia competenti. In viciualibus mediocriter provisi, aliqua debent, et plura debentur eis.

Visitata pariter fuit domus Leodiensis atque carta visitationis non a communibus locis composita fuit, sed proprias habuit invectiones, quod homines essent nimis animales, spiritum Dei non habentes, neque tamen sensum mentis amiserant qui hoc agnoscebant. Sed iam super hoc facta tertia admonitione minantur visitatores expulsionem aliquarum personarum. De qua re inferius agemus.

⇒ Status domus Leodiensis.

Status domus talis est. Est prior se connumerato cum 13 monachis uno monacho hospite, duobus conversis 7 donatis ac alia familia competenti.

Per hoc dies Genuenses primum catholicam eiurant religionem, exactisque episcopo et pastoribus Calvinos deformatos tradunt.

Interea rex Franciscus, superatis Alpibus, Carolo Dieci Sabaudo Turinum multaque alia oppida aufert, unde ingentes irarum causæ. Præsertim cum Franciscus Fortia per eos dies sine prole defunctus, Carolum cæsarem ejus principatus hæredem scripsisset, unde dictorum principum discordiæ merito adscribitur hæresis incrementum. Hanc expeditionem Galli referre videtur Surius ad principium sequentis anni.

Hoc pariter anno Bruxellis nubit Dorothea Christierni Danorum regis filia Frederico principi Palatino, qui hoc nomine quandoque ius sibi vindicant in Daniæ regno.

f° 45v

1535

⇒ Mutatio officialium in

Hoc anno absoluto domno Ægidio Cuesel ab officio procuratoris, institutus est dominus Anthonius van Vlesenbecke procurator in domo nostra Schuetensi.

1535

Petrus Nicolai de Eerstwoudt, donatus domus Ultraiectinæ et carpentarius pridie festi Sanctæ Thomæ apostoli. Primus illic sepultus fuit in habitu donati (nam antea in ista, more sæcularium, sepeliri consueverant) secundum ordinationem visitatorum annorum 30/32.

⇒ Agri Bruxellensium et vicinorum a militibus depopulantur.

Mense januario anni 1536 Georgius Scherque eques ductabat per Brabantiam cæsareorum turmas novem, quibus cum stipendia non solverentur, cæperunt ducis sui spreto imperio longe lateque Bruxellensem, Mechliniensem, Lovaniensem vicinosque agro depopulari. Erardus præsul Leodiensis veritus ne absente cæsare hic tumultus cresceret, et Leodiensem ditionem miles ingrederetur, cpit arces et oppda milite rebusque ad defensionem necessariis munire.

⇒ Moritur Catharina Arragonia Henrici VIII Angliæ regis coniux.

Hoc anno obiit Catharina Arragonia cæsaris Caroli materter ante triennium a marito Henrico VIII Angliæ rege repudiata, ac nunc tandem venero sublata nubili relicta filia Maria.

⇒ Margaretæ cæsaris filiæ cum Alexandro Midicæo nuptiæ.

Cæsar mense februario Neapoli ubi hyemabat bacchanalibus diebus quæ piscales Quadragesimæ dies præcedunt, Alexandru duci Florentiæ filiam Margaretam in uxorem collocat, nuptiasque magna cum pompa celebrat, etc.

⇒ Carolus V imperator salutato summo pontifice Roma discedens in Gallos armæ moventes bellum suscepit.

Carolus imperator Neapoli Romam delatus coram pontifice et cardinalibus c-verbis gravissimis in Gallum invectus est, eo animi ardore die Paschatis, quo redeuntis ad vitam Christi memoria celebratur, habitus est. Paucis post diebus urbe egressus in Galliam irruit. Massilia in provincia Phoceensi tentata frustra neque aliud operæ pretium extitit. Periit magna copiarum pars, ipseque Antonius Leiva ad quem imperii militaris summa referebatur.

Circa hunc annum ad vitam meliorem migravit dominus Hieronymus N. prior domus Basileæ, qui ab hæreticis, in quorum medio religiosos suos in fide Christi et ordinis obedientia conservavit et multa passus est.

Ibidem Basiliae Helvetiorum 5 idus julii moritur Desiderius Erasmus Roterdamus anno ætatis 70 de re litteraria bene meritus sed non item de Christiana religione. Quamvis ipse, posito monachi habitu, maluit in hominum frequentia degere non absque multorum gravi offendiculo, tamen cartusianum quem dam per epistaolas ab apostasia servavit, quas hic rursus ex Surio referre non piget, quoniam pulchre explicat ingenium hæreticorum et laudat vitam cartusianam. Sic autem habet.

⇒ Epistola eiusdem ad quemdam cartusianorum.

Vereor ne imponant tibi quorumdam præstigi, qui jactant hodie splendidis verbis libertatem Evangelicam. Crede mihi si rem proprius noscet minus te tæderet istius vitæ. Video genus hominum exoriri, a quo meus animus vehementer abhorret, neminem video fieri meliorem, deteriores omnes quotquot ego sane neverim, ut vehementer doleam, me quondam in libris meis prædicare libertatem spiritus, et post pauca : Civitates aliquæ Germaniæ implentur desertoribus monasteriorum, sacerdotibus conjugatis, plerisque famelicis ac nudis : nec aliud quam saltatur, editur, libitur, subatur. Nec docent nec discunt : nulla vita sobrietas, nulla sinceritas. Ubicumque sunt, ibi jacent omnes bonæ disciplinæ cum pietate. Plura tibi super his scriberem si tutum esset litteris committere. Et rursus : Quænam est hæc libertas ubi non licet dicere preces, non licet sacrificare ; non licet iejunare, non licet abstinere a carnibus ? cogita quid talibus possit esse miserius etiam in hoc sculo. Itemque post pauca : Emoriar, si vel tantillum roboris haberet hoc corpusculum ut saltem vivere posset, ni malim isthia tecum agere, quam in palatio cæsarisi esse primus episcopus proine mi charissime in Domino, et per veterem imo perpetuam amicitiam nostram, et per Christum oro obsecro, obtestor ut istud tædium penitus excutias ex animo, nec aurem præbeas exitialibus hominum fabulis, qui nihil opitulari sunt tibi, sed irrisuri potius ubi te in foveam pelleixerint. Hæc Erasmus ante annos plurimos ad cartusianum quendam, quem etiam tum, licet iam senem, videntur quidam improbi instigasse ad ecutiendum cucullum, a quo scelere eum Erasmus vehementer deterret. Dicitur etiam ad dominum Lævinum Ammonium quam plurimas familiares epistolas dedit, et ab eodem vicissim recepisse.

⇒ Anna Bolenia suppicio afficitur.

Hoc anno Henricus Anglorum rex Annam Boleniam, quam repudiata Catharina regina sibi copularat palem capite plecti iussit, atque altero post die Janam Semeriam sibi coniugem accipit.

⇒ Delphinus Franciæ fato subitæo corripitur.

Hoc pariter anno Franciscus delphinus Galliæ regis primogenitus incredibili totius regni dolore ex hac luce morbo subitario subtractus est, habuitque monachatum per totum ordinem.

In domo nostra 26 augusti dicensit ex hac vita frater Laurentius der Kinderen, conversus, qui multis annis laboriose culinam exercuit, hos coquinarios vocamus.

Sequenti die est cum Petrus de Knesele, Ninivita donatus itidem.

⇒ V. P. Petrus Leydensis cartusiæ Coloniensis prior cum opinione sanctitatis ex hac vita migrat. Immo cens ad ordinem venit cartusianum anno natus plus 22. Innocens in eodem vixit annos ferme 48. Innocentissimus atque tam Deo quam hominibus charus hac vita defunctus est anno 1536.

30 septembbris venerabilis pater Blomevena Leydensis annis 30 incartusia Coloniensi prior, vir innocens, pius, contemplatvus, illuminativus et sanctus obiit, cuius vitam conscripsit pater Theodoricus Loherius ipsius discipulus. Consule etiam Bibliotheca Cartusiana.

Prior huius domus convisitator provinciæ circa festum Sancti Iacobi Apostoli visitant fomum Campensem cum domno Joanne priore domus Hollandiæ. Invenerunt ibidem P. D. Volpardum de Gravia, professum domus Ultraiectinæ ab ipsis electum anno 1525, domui suæ bene propositum quem exhortati sunt ut senioribz zelum ordinis habentibus affabilem, parvulis blandum, humilibus benignum, pœnitentibus misericordem, indigentibus liberalem, superbis regidum, obstinati vero inflexibilem se exhibeat, supportando imperfectiones, non ut suos impune excedere permittat sed ut spem emendationis eorum non postponat, imo potius importune, opportune ad viam veritatis reducat. Prælatus enim gerens personem plurium tot habet portare onera, quot habet regere capita quibus si vitam suam ordinata charitate bene præcedendo contribuat subditos sibi in adversis assistere, et neminem sibi posse resistere ; fortis enim est ut mors dilectio, et firmatur clementia thronus eius.

1536

⇒ Status domus Campensis.

Status domus tals est : est prior se connumerato cum octo monachis professis, duobus conversus professis, une converso hospite, uno redditio professo, duobus donatus et uno donato hospite. Et quia procurator domus per capitulum generale est absolutus, nec in eadem domo nostro iudicio ullum ad procuratoris officium qualificatum invenimus auctoritate eiusdem nostri capituli generalis domnum Vincentium Pau monachum professum domus Trajecti prædictæ domui in procuratorem præficiimus. Verum anno 1538 propter infirmitatem qua obiit circa Epiphaniam fuit absolutus officio, et in festo Sancti Valentini vita vixit in ordine 20 annis.

⇒ Reditus acquisitus.

Noster conventus hoc anno acquisivit super status Brabantiae 10 renenses Guldens quorum 6 sunt pro missa Lucæ Olivier, 4 vero ad usum conventus, ut patet per litteras principis et dictorum statuum de data 17 julii huius anni 1536.

⇒ Medicæus interficitur.

Anno 1537 octavo idus ianuarii Alexander Medicæus Florentinorum dux Margaritæ Austriæ coniux in ipso ætatis flore (quippe annum vicesimum sextum vix attigerat ab Laurentio affine suo et coætaneo interficitur.

⇒ Artesia ab Gallis devastatur.

Mense martio Franciscus Gallæ rex collecto circiter 30.000 militum exercitu magno impetu Artesiam impedit desolatque. Hesdinum ditione capit, cæsariam fanum Sancti Pauli vicinum vi expugnat Monstrolium ditione capiunt et utrumque incendunt, demum Morino urbe quam obsidebant relicta, inducias in decem menses accipiunt. De contributione pro hoc bello vide sub fine huius anni.

Reginaldus Polus fugiens iram regis Angliæ ab Erardo prædule Leodiensi sex circiter mensibus summa humanitate Leodii excipitur.

f° 47

↔ Magna mutatio in domo Leodiensi.

Hoc anno in domo Leodiensi magna facta est mutatio septem monachis inquietis emissis, et aliis non professis qui vocem haberent ut professi substitutis, visitatores ordinarii hoc illis commnati fuerant. Sed cum quærelæ deponerentur etiam adversus priorem tam apud visitatores quam apud reverendum patrem et diffinitores iniunctum fuerat priori domus Brugensis ut accederet domum et confirmationem faceret super istis quæ iam monachi capitulo generali scripserant. Prior vero ille vocabatur Godefridus Clutz professus domus Leodiensis et translatus est domum Sanctæ Sophiae quam domum per biennium tantum rexit. Per id tempus dominus Petrus Scherpenisse professus et prior domus Sophiae calumniam a subdito passus fuerat falso an vere deus sit, ad eam tamen declinadum patres illum Leodium miserunt, qui domum loco domni Godefridi regeret.

Similiter in domo Amstelrodamensi magna turbatio fuit, hospites caput et causa istorum malorum, nam ii qui propter inquietudinem et incompositos mores alio alegantur sæpe nocere solent nam morbida ovis totum gregem corruptit. Sed quid faciis !

Libris et lectura omnium librorum Lutheri et Erasmi ac aliorum districte prohibetur per capitulum generale sub pæna disciplinæ generalis.

↔ Obitus V.P. domni Petri Sutoris theologi Parisiensis cartusiani.

18 junii obiit V.P. dominus Petrus Sutor prior domus Parci professus domus Parisiensis alias ibidem prior et domus Prateæ ac vallis Dei, visitator ac convisitator provinciæ Franciæ, cuius eruditio commendatur, scripsit enim duos perquam insignes de cartusanæ vitæ instituto libros, in quibus professionem nostram exornat et zelum adversus Lutherum, et Apologiam pro Vulgatae Bibliorum editionis defensione, in qua forte Erasmus offendit qui cum calcificem per convitum vocabat. Vide Bibliotheca carthusiæ.

f° 47v

↔ Obitus domni Huberti de Lacu professi huius domus.

Mortis quoque arbitrio vita cadit 25 augusti dominus Hubertus de Lacu, primo professus huius domus, secundo domus Argentinæ et ibidem vicarium de quo supra egimus.

↔ Lincolnienes ceteris Anglis fide constantiores.

Hoc anno tumultuatum est in Anglia multis hominum millib[us] arma in regem suum corripienibus. Ii erant Lincolniensis et Eboracenses, qui moleste ferebunt innovatum regni et religionis statum, tum quoque frequentes exactiones regias. Fuzerunt ad quinquaginta millia sacram expeditionem militiam suam appellantes. Verum callida ducem regis simulatione persuasi cum pacem a rege oblatam atque concordiam expectarent amra deponunt, sed non diu post pœnas luerunt, aliquot eius turbæ capitibus ultimo supplicio affectis.

↔ Status domus Diestensis.

Domus Diestensis hic anno visitate talis est status : est prior se connumerato cum tredecim monachis professis, tribus monachis hospitibus une novitio, duobus redditis et decem donatis ac alia familia competenti. In victualibus mediocriter provii, aliqua debent, plura debentur eis.

↔ Maria ab Oosterlinck Harlemensis moritur Lovanii et in cartusiæ sepelitur cuius benefactrix fuit.

Lovanii ultima die decembris obiit honesta matrona Maria ab Oosterlinck mater dominus Francisci ab Oosterlinck cartusiani ibidem recepti anno 1530. Sepulta est sequenti die sive prima januarii 1538 iuxta

cellam vicarii signatam littera C fundatam et constructam a domina Catharina Absloens anno 1500 quam tunc inhabitabat prædictus dominus Franciscus, in cuius gratiam curaverat pia mater eamdem cellam opere intestino et vatiis picturis egregie ornandam quemadmodum testantur hi versus descripti supra sedem oratorii ad parietem :

Plus niteat torquat cur cellula præsens ?
Atque rogas causam 2 hæc est genitricis amor
Hic Mariam Oosterlinck patriis procul egit ab ovis
Harlemo unigenitum visere Lovanium :
Præsttit hic placido qui pectore Cartusiana
Ardux vota Deo, solvit et hic preculas.
Vix anus hæc longo requiem præfacta labore
Captetat ; heu Lachesis dira parat iacula.
Ultimus extremos agitat dum Spriritus artus
Ære suo hæc nato spledida texta struit.
Mens generosa diu ecu carcere clause caduco
Transmigrat superum connumeranda choris
Marmore suppressum servant hæc limina corpus
Quod gemit extinctum multa cohors inopum.
Sæva manet cunctos nam mors lachrymabile fatum
Tendens nunc iuveni nuncque seni insidias
Ab orto Christo servatore anno 1537.

In lapide monumenti sculpta est figura mortis, dextra manu vibrantis gladium, sinistra vero sagittam tenentis cum hac scriptione ad caput Cuncta cedo et ad pedes, Cedo nulli ; per circuitum autem hæc leguntur :

Calendas januarii conditorio hoc repositum est exanime corpus religiosæ matronæ Mariæ Oosterlinck Harlemensis matris nostræ de hac domo bene merite anno Christo nato 1538.

⇒ Surius.

Protestantes concilium per sumnum pontificem inductum reiciunt. Quod hoc ut aiebant, non ad pontificem et episcopos sed ad totam ecclesiam pertineat.

Anno 1537 Maria gubernatrix Belgii petiit pro bello contra Francos a clero diœcesis Cameracensis in Brabantia et Flandria quadraginta octo millia seu vulgariter Carolus doc consenserunt dare huic mille livres de 40 gros monnoye de Flandre in duobus terminis Sancti Joannis Baptiste et Sancti Remigii. Huius exactionis tempore cœpit initium rebello Gandensium.

⇒ Erardus præsul et princeps Leodiensis laudatissimus diem summ obiit.

Anno 1538 februarii 16, quæ dies sabbati fuit inter primam et secundam noctis, illustrissimus et reverendissimus dominus, dominus Erardus a Marka princeps et episcopus Leodiensis cardinalis tituli S. Chrysogoni et sedis Apostolica legatus a latere perceptis catholico ritu sacramentis ad æternum transiit sabbatissimum summo sui desiderio relicto cum ecclesiam Leodiensem rexisset annis 32, mense uno, diebus 8 fuit magnus fautor ordinis, et præcipuu domus Leodiensis benefactor habuitque plenum monachatum per totum ordinem. Dederat in ecclesia antiqui monasterii vitream fenestram, solebat singulis annis domui Leodiensi dimittere sive quittare quemdam censem 45 (plus mino) florenos brabantiae quem mensæ episcopali debebat, et adhuc post mortem legavit dictæ domui 75 florenos brabantiae dabimus chronicon :

sI negat infLectI LaCheIs Vel honne Vel a Vro
legItIMVs testIs PræsVI erardVs erIt.

Cor huium ad cœnobium fratus cruciferorum translatum ad dextrum summæ aræ latus editiori loco collocatum est ubi statuam suam marmorem vivens , poni curavit cor manibus tenentem, ac Deo offerentem cum hac inscriptione : Votis decipimur : tempore fallimur : mors ridet curas ; anxia vita nihil.

1538

⇒ Induciæ inetr Carolum V et Franciscum regem Franciæ.

Hoc anno per capitulum institutione Deus qui corda, et in omnibus missis publicis et privatis, prætende. Nec omnino frustra fusæ sunt, nam junii 18 Paulmo III pont. Max. , auctore trimestres inter Carolum et Franciscum induciæ in decennium protrahuntur, idque peractum apud Nicæam Sabaudiæ oppidum quo simul omnes convenerant.

⇒ Margareta Ausqtria in manus venit Octavii Farnesii Parmensis ducis.

Eo in congressu Margareta Austria Alexandri Mediæ Florentiæ ducis vidua Octavio Farnesio eiusdem pontificis nepoti uxor admittitur.

⇒ Opera omnia Erasmi prohibentur.

Confirmatur per capitulum generale ordinatio præterito anno facta de libris Erasmi non legendis, et declaratur insuper translationem novi testamenti per eumdem factam, et alias quascumque translationes in dicta ordinatione esse comprehensas.

f° 48v

1538

2 junii apud nostros monachismum complexu est dominus Joannes de Merica, natione Lovaniensis, optime versatus in humanioribus litteris græcis et latinis et scripsit diversos tractatus.

⇒ Carolus dux Geldriæ moritur.

Pridie calendas augusti Arnhemi e vivis discedit Carolus Egmundius Geldriæ ac Julie dux comes Zutpheniæ, in summo templo tale illi positum est epitaphium : Admirabilis magnificentiæ princeps illustrissimus Carolus dux Geldriæ et Julie, comes Zutphaniæ, Frisorum, Graningæ, Couordiæ, Tencterorumque dominus, ad ærumnas superandas ut alter Hercules natus, et vario rerum turbine tota vita jactatus, ad omnes fortunæ casus invictum animi robur gestabat. Christianam inferioris Germaniæ ecclesiam pravis opinionum simultatibus polluntam, pectoris vere Christiani constantia veluti sacra anchora piissime stabiliebat. Post infinita præclarissime gesta, tandem mentis iniqio vulnere confectus obdormiebat in Christo anno 1538 julii die secunda noctis hora undecima. Vixit 70 annos, menses 7, dies 21.

⇒ Benefactores domus Lovaniensis aliquot recensentur.

Non habeo quod scribam de domo nostra, tamen ut hanc paginam dedicem huic anno aliquot benefactores domus Lovaniensis recensebo, occurrit primo loco V. D. Paulus Ramprt sacellanus ecclesiæ Sancti Petri Lovanii qui reliquit nostris in suo testamento tertiam partem domus suæ, ex cuius venditione receperunt in pecunia 41 renenses et 13 stuferos et retunuerunt super eamdem domum annum redditum 4 renenses et 10 stuferos.

22 novembris obiit Mechliniæ dominus Joannes Wellemans, qui reliquit eis in testamento 200 renenses semel, quibus emptus est annuus redditus 12 florenorum cum dimidio.

Circa hunc quoque annum domicella Judoca de Thenis reliquit eis annum redditum 2 renensium ad comparandum aromata singulis annis religiosis ministranda.

Circa hoc tempus obiit dominus Joannes de Thymo professus et procurator eiusdem domus, cui successit in officio dominus Joannes Roboschius Mechliniensis professus ibidem.

↔ Domnus Petrus Vassorius prior Gandensis ac visitator provinciae ad meliorem vitam hoc anno transiit. Hoc anno 7 augusti e vivis tollitur V. P. domnus Petrus Vassorius de Casleto (Bellocasium Læ Ammonius indigitat) professus et prior domus Gandensis circiter per 40 annos, longoquo tempore atque iterato visitatoris officio functus est. Vixit in ordine 52 annis siquidem receptus fuit die 23 septembbris anno 1586 (1486 ?) inter suos populares et eiusdem ordinis patres extitit peræclari nominis, quem philippus pulcher dux Burgundiaæ et idem post rex Castellæ pater imperator Caroli V suum præceptorem nuncupare solebat ; quod eius pucritiæ Lovanii olim paedagogus et in litteris proliisque moribus institutor fuisset, ab ipso quoque Caroli in honore habitus, qui in puerili ætate ita apud cartusianos (a quibus vix avelli poterat) frequens erat, ut in domicilio Gandensis cartusiæ (aula non obstante adeo visina) sæpius de nocte quieverit, eam illic sugens pietatem, quam exercuit in imperio, illumque solitudinis quietisque amorem, ut iam maximus existens qui unquam fuere imteratorum (seu imperii regnorumque latitudinum seu rerum gestarum spectes gloriam) se ipso factus grandior toto admirabilis orbe, deposito diademate et sceptris quietem præponeret et regnis. Domnus Vassorius recepit ad ordinem circa principium huius sæculi R. P. D. Guilielmum Bibautum quem diximus generalem ordinis fuisse.

Hoc anno in charta supprimitur nomen regis Angliæ, quia bulla pontificis promulgata fuit, qua declaratus est ecommunicatus, quo anno quoque S. Thomæ Cantuariensis ossa combusta, monasteria diruta, monachi vestem mutare compuli.

↔ Margareta Van Ysenbroeck.

Domicella Margareta Van Ysenbroeck hoc anno legavit domui tres florenos renenses annue.

f° 49

1538

Secundum catalogum officialium hoc anno dominus Joannes van Zeunen ex vicario huius domus factus fuit procurator domus Antverpiensis, cui in vicariatum huius domus successit dominus Petrus Weston. Emptus fuit redditus super civitatem Bruxellensem 22 junii valens 27 renenses.

Anno 1539 februarii 20 vitæ nuntium misit dominus Adrianus Vanden Hoven Lovaniensis professus hujus domus et ligator librorum.

↔ Domnus Joannes Meerhout prior huius domus fit visitator.

V.P.D. Joannes Meerhout prior huius domus collationem habuit in capitulo ac principalis visitator provinciae ordinatus fuit. V. P. D. Petro Zas priore domus Ultraiectinæ dicto visitatoris officio sponte cedente atque dimissionem postlante non solum hoc anno sed etiam præter ito cum præsens adesset in Cartusia, atque illi reverendus pater promiserat ; nunc autem conventionaliter omnes religiosi cum ipso ad cartusiam scriserant, unanimiter eius absolutionem postulantes propter litispendias et alias diversas causas in quibus eius præsentia atque industria carere non poterant.

↔ Plures hoc anno in Schuet recepti.

Plures autem V. prior huius domus in ascetarum suorum societatem recepit primo 24 martii D. Joannem vander Gracht, latine a Fovea, minoritam (ut quidam volunt) laicum forte nondum promotum ad sacros ordines.

Postea 19 junii dominus Cornelius Vierendeel et dominus Joannes Brugman apud nostros monachismum complexi sunt.

In monachum pariter recipitur hoc anno 29 octobris dominus Joannes Roelants Alostanus, qui diversarum domorum in Germania prior fuit. Annus benicitatis Domini pro hac domo.

↔ Elizabethæ uxoris Caroli cæsarisi obitus.

Calendas maii Toleti ædibus Fuensalidæ comitum Elizabetha Augusta obiit, corpus Granatam delatum. In Hieronymiano eius urbis monasterio imperator morabatur. Communes filii fuere Philippus princeps, et Maria quæ Maximiliano 2° imperatori, et Joanna quæ Joanni Lusitaniæ princeps nupsere. In Elizabethæ obitum chronicon hoc dat locrius :

PosCIt fVnereas VbI CæsarIo a Vlia CypressVs
PVLCher Vernantes abstrahe MaIe rosas.

⇒ Francisci Borgiæ ad studia pietatis conversio.

Cum autem Francisco Borgiæ Gaudiensi postea duci ab imperatore Carolo efferendæ cura coniugis demandata fuisse, tam præter solitum fulgor divinæ mentis illuxit, ut dum secum mente reputat, quo tandem rerum humnarum fastigium, speciesque recideret, tota animi intentione decreverit spretis omnibus se Deo dedere, salutemque in tuto locare. Itaque ex eo tempore studiis pietatis ac pœnitentiæ vacare toto pectore et continenter instituit. Hæc ex historia Societatis Jesu cuius fuit postea quartus generalis.

⇒ Moritur Georgius Saxo princeps catholicus.

Hoc anno diem vitæ clausit extremum princeps Saxonie Georgius Lutherò maxime offensus. Fuit enim princeps generosa et plane Germana animi fortitudine in avita maiorum suorum religione constantissimus sed cum proles non haberet, successit iure sanguinis Henricus iam Lutheranus factus, hinc magna religionis mutatio facta est in Misnia.

Circa 20 junii obiit Stephanus Nœconomus illustrissimæ dominæ de Chervia sepultus in ambitu cartusianorum Lovanii iuxta alterum œconomum eiusdem dominæ dictum Pamel quibus oppositum est epitaphium quod latine reddit noster Anthelmus.

Hic modo defuncti præbemus veribus **cocam**
Quod fuimus, sumus hic Stepj-hanus atque Paem
Præteriends calcat, terra mediantye, viator
Quique cibabamus, nunc cibus ecce sumus
Dum patiebantur vitam nos ducere lucæ
De Chievre dominæ servus uterque fuit
Vivite vos memores septem quoscumque Triones
Vos quoque primus solis et ortus habet.

⇒ Obitus domni Simonis Vilain senioris hujus domus.

Apud nostros in Schuet supremum diem obiit 5 augusti dominus Simon Vilain Bruxellensis, Lovanii promotus, professus et senior huius, qui exercuit officium infirmarii et vicarii.

Coloniæ autem 11 eiusdem mensis augusti spiritum Domino Deo reddidit a quo illum acceperat V.P.D. Joannes Lanspergius cartusiæ Coloniensis professus et vicarius et olim prior Cantaviensis cuius animam sancti Angeli cum gaudio ad cOlestem patriam perduxerunt. Vir vere sanctus multorum ex testimonio impromis capituli nostri generalis, cuius auctorita te hoc illi datum est elogium in charta quod suis scriptis et sanctæ vitæ exemplis ecclesiam Dei et ordinem nostrum adjuverit et illustraverit. Vitam eius conscripsit dominus Bruno Loherius discipulus eiusdem et vicarius Coloniensis.

⇒ Consules epistolam dedicariam Lanspergii.

Hoc anno ediderat Demonstationem elegantem quænam vera sit religio Evangelica ad carolum imperatorem multis deprecans ut adventum suum in Germaniam acceleret. Cæsar enim ex Hispania in Italiam, inde in Germaniam proficisci statuerat, vi aut amicitia convulsam a Luther religionem restituturus, sed mutato consilio, negotioque in aliud tempus dilato per medium Galliam terrestri itinere in Belgium contendit.

⇒ Obiit Ephordiæ in Thuringia dominus Judocus Hessus prior eiusdem, poeta et orator in ordine celebris.

Viam universæ carnis hoc anno quoque ingressus est V.P.D. Judocus Hessus prior cartusiæ Erphordiæ, et ipse admodum celebris qua doctrina, qua pietate exstitit, et hoc anno in lucem protulit sermones capitulares R.P. Bibautii, et una aliquot suo marte compositos nec non poemation de vita S. Brunonis, dedicavit autem venerabili in Christo Patri ac Domino D. Thyllemanno Moseno a Westerburgio Aulæ B. Mariae in Buxiæ priori et provinciæ Alemaniæ inferioris Primati his verbis : Accepi superioribus diebus (Pater amantissime) a fratre quodam Seba stiano Jonathæ Confluentiæ professo e Delphinatu ad me veniente orationes elegantes, doctas, argutas, copiosas, graves a R.P. Guilielmo Bibautio sanctæ memoriae natas, summoque artificio conscriptas Nolui, committere ut tantus thesaurus sub modio poneretur, sed super candelabrum ut omnibus cartusianæ familiæ fratribus luceret, curavi itaque ut formis excusæ in lucem, qua dignissimæ sunt prodirent. Idque ob in numera beneficia sua in me collata. Addidi illis nonnullas meo marte compositas, quas tuo nonini nuncupavi, cui omnia mea studia atque omnes cogitationes libenter devoveo. Vale Erphurdiæ postridie Kiliani anno 1539.

⇒ Quantus ardor erga bonas litteras.

Et ad D. Joannem Volonis scribam qui postea fuit reverendus pater talem epilogum attexuit :

Verbis consequi nequeo (mi Joannes) quam me delectarint elegantissimæ R.P. nostri Guilielmi Bibautii beatæ memoriae orationes quas non ita pridem accepi a Sebastianæ Jonathæ communi amico nostro Christus sit mihi parum propitus si quidquam iam inde a multis annis optatus acciderit. Nolle (ut me Deus bene amet) has mihi decem pactolis aut universis Arabum gazis commutatas. Curævi igitur ut per calcographorum manus in publicum irent, partim ut haberes quo a variis negotiis feriatus animum recreares, partim vero ut vel in tantillo pro tot immortalibus meritis tuis in me ipsum quam gratissimus videar. Et hæc hactenus. De me hæc accipe.

⇒ Descriptio hominis ad mortem properantes.

Vires corporis mei sunt effætæ, sensus oculorum atque aurium hebetes memoria labat. Vigor animi obtusus. Et omnia corporis membra patagra sunt excocata. Vale mi frater, mei memor. Erphurdiæ, ex œdibus nostris cartusianis, postridie domni Laurentii 1539.

⇒ Flarentius Egmondanus Buræ fautor domus Sophiae moritur.

Octobris die 24 Buræ obiit Florentius Egmondanus eiusdem oppidi comes, dominus Iselsteinii Leerdami, etc.

Vir consilio manuque promptus, quique in rebus magnis cæsari non exiguam præstítit operam fautor domus Sanctæ Sophiæ.

⇒ Et in cartusia Lovaniensi d. Andreas Isebrandi benefactor et præbendarius istius domus.

In cartusia Lovaniensi obiit V.D. et magister Andreas Isebrandi Amsterdamsis magnus amicus et fautor istius conventus illic sepultus in choro iuxta sedem patri prioris uti monstrat lapis superpositus in quo sacerdos in calice sculptus est, et cuius ambitu hæc leguntur :

Hic requiescit venerabilis dominus ac bonorum artium professor magister Andreas Isebrandi sacerdos Amsterdamus, præbendarius et magnus benefactor huius domus, qui obiit anno 1539, novembris 24.

Reliquit illis in suo testamento 36 flmorenos renenses et 15 stuferos annui redditus in diversis locis accipiendos.

⇒ Domnus Franciscus Talemanius prior domus Lovaniensis vita pariter et prioratu defungitur.

Nulla erequies morientium vita pariter ac prioratu V.P.D. Franciscus Talemanius ab Edamis professus et prior domus Lovaniensis, quondam in sæculo ludimagister, bonus et honestus clericus, virilis plane magnitudinis qui propterea per jocum dici solebat alter Goliath. Sacrum habitum suscepit 29 martii anno 1514 et sequenti anno professionem emisit, anno 1526 primitius celebravit 7 januarii, anno vero 1522 factus est sacrista, et 1525 procurator et mox vicarius Monialium. Deinde anno 1532 in priorem domus

suæ ut ibidem diximus, ceterum in prioratu resedit 7 annis plenus infirmitatibus. De eo facit mentionem dominus Theodoricus in Bibliotheca Cartus.

In eius locum subrogatus est dominus Theodoricus Hemstedius professus eiusdem domus et vicarius.

↔ Tumultus Traiecti.

Non solum Gandavi tumultuatum, v erum etiam mense junio nonnulli ducis Cliviæ partes seuti Traiecti ad Mosam turbas excitant. Gerardus de Goer urbis, gubernator dum malo nascenti occurrere studet trucidatur : similiter magister Remigius Printemps oppidi consul, quarum cædium causa multi plebæi supplicio affientur.

↔ Domnus Nicolaus Eschius præceptor Surii et ex præbendario cartusiæ Coloniensis pastor Beginagii.

Non est prætermittenda hic memoria venerabilis viri domni Nicolai Eschii begginagii Diestensis olim pastoris, qui natus est honestis Christianisque parentibus circa annum salutis 1507 in municipio satis celebri Oosterwicano secus Sylvam Ducis exinde missus Lovaniul per annos aliquot philosophis et theologicis operam dedit, in quibus gtradum baccalaureatum adeptus Coloniam profectus est ubi cum ut pædagogus fieret principis et ducis Juliacensis rogaretur propter dissolutam aulicorum vitam non acquieavit : aliorum autem curam non respuit, quod in illis majorem animorum fructum speraret. Quid ? quod duos magni futuros exempli viros Petrum Canisium et Laurentium Surium ea litteratura et pietate qua postmodum orbi refulserunt imlbuit. Ejusque ope et opera factum est, ut innumerabiles propemodum ejus discipuli ad vitam ecclesiasticam et monasticam (maxime cartusianam) transierint. Cum in eo vitæ munere aliquandiu Coloniæ diversatus fuisse, amicitiam et familiaritatem iniit cum religiosissimis patribus cartusiæ illius cum Justo Joanne Lanspergio, cum V.S. Petro Leydensi prioore, et F. Gerardo ab Hamont ibidem procurator, qui et postmodum in priorem electus est cum his igitur assuduans colloquia magno desiderio cœpit affici solitariæ vitæ. Cumque primum initiatus sacris ordinibus esset in dicta cartusia tanquam præbendarius admissus est. Neque hoc gratis omnino volebat sibi concedi ne conventus inde gravaretur, sed pro totius vitæ suæ expensis de certa et parata pecunia cum ipsis stipulatus est. Erat autem hæc ejus intentio ut cum ibi habitare, sibique vivere permitteretur paulatim se probaret utrum natura et constitutio sui corporis (si fortior fieret) perferre possint cartusianæ vitæ labores, verum propter magnam sui corporis teneritudinem et capitis sui debilitatem a bonis amicis et cartusianis patribus persuasum est ne temere inciperet, dispositione divina brevi post eligitur pastor begginagii Diestensis ipso ignorante anno 1538 cum esset ammorum 30. Vix annum in Diestensi curia begginarum exegerat, cum pertæsus turbarum et activæ vitæ, amore vitæ solitariæ, quam reliquerat abdicavit se regressusque est hoc anno 1539 Coloniam ad cartusiam. Sed cum et successorem eius quoque moles ipsa diffilcutatum terreret adeoque seipsum (post elapsum annum) eadem cura absolvisset : rursus electus Eschius coactus est denuo humeros oneri supponere. Cui tam certæ vocationi, et iteratæ electione victas manus dedit, ea conditione ut cartusia Coloniensis et begginagium Diestense perpetuo, firmissimo ac inviolabili foedere ad participationem omnium orationum meritorum, cunctorumque, exercitorum spiritualium utrinque se obligarent, scriptæ sunt tabulæ participi testes in quibus cartusiensibus Coloniensibus primum tribuit locum, et propter liberales eorum eleemosynas et participationem rerum temporalium statuit ut religios virgines quibus præret Coloniensem Cartusiam in quotidianis suis precibus perpetua memoria unice haberent commendatam. Cuius obitus incidit in anno 1578, 19 junii, natus annos 70 cum vixisset in sacerdotio annis 40. In diversis locis instituit seminaria quædam vertutum, Oosterwica primum ubi conventum piarum virginum fundavit : ex quoprodiiit Maria de ligno Oosterwicana spiritu illuminata atque in vita contemplativa plurimum exercitata, ad diversos religiosos aliquosque Dei amicos vernacula sua lingua diversas scripsit epistolas, easque mirabiles, quæ suppresso nomine per Colonienses typographos omnibus sunt publicatae, ubi fuit sustentata a cartusianis aliisque piis amicis, habitavit cum illa et alia virgo nomine Ida comitis, illam autem puto composuisse Margaretam Evangelicam, quam Surius noster latinam fecit. Aliam anonymam facit Garnefeld.

↔ Carolus V venit in Belgiam per medium Galliam, magnam animi confidentiam se æmulo committere de eo retinendo actum

Carolus V imperator mense novembri anni superioris ex Hispania discedens per medium Galliam regis liberis comitantibus iter fecit et Lutetiam Parisiorum Francisco etiam re »ge comitante hoc anno 1540, 13 januarii se intravit, magno ubique popularum concursu et lætitiae affirmant. Deus illum tanto periculo eripuit exceptus. Indeque 21 januarii Valencenas Hannoniæ vinit, huc usque eum Baiona regiis filiis conestable ceterisque Franciæ proceribus comitantibus, ut dixi, qui cuym aliquoty diebus honorifice ac laute Valencenis fuissent excepti a regina Maria Belgarumque proceribus deducti valedicto cæsare in Franciam ad regem patrem revertere.

↔ Ferdinandus Romanorum rex et cæsar Germanus pariter Gandavum venit.

Sub idem tempus in Belgium venit Ferdiandus Romanorum rex cæsar Germanus frater, comitatus duabus Germanorum peditum legionibus cum quibus comitante sorore regina Maria, omnibusque fere Belgarum proceribus 1500 equites adducentibus Casar Gandavum 24 februario intrat.

↔ Qua fronte cæsar Gandavum intret.

Gandavensis enim, ut ait Jovius, desperata Gallorum opa, quod pacem cum cæsar occulte confectam crederent, occulto metu conterriti, et præoccupati celebritate cæsaris, in pompæ morem gratulantes se effuderant: sed ea erat apud salutantes d-recentis facti conscientia, et contra is orim habitus portam intrantis, ut hic non natalis soli urbem et patriam altricem pueritiae sed invisa et prorsus inimica moenia testaque subire videretur: illi porro cum in oculis cæsaris dubiam lenitatem agnoscerent, tristi vultu et summisso murmure se pœnitere faterentur, quod non pro patria armis fortiter desumptis, portas ab initio clausissent neque enim vi subigi expugnarique poterant, quum amplissima civitas vel subitario tumultu supra quadraginta hominum millia facile armaret.

↔ Caesar Gandavi partim coercita partim coercita partim sopita dudum portervia, cœnobium B. Bavoni sacrum in arcem validissimam factiosorum frenum convertit.

Hæsit cæsar per tres menses Gandavi, ac inter Flandriæ senatores publice jus dixit, ibi vindicatis noxiis novam reipublicæ formam præscripsit pridie calendas maii, nec non grande illud atque utile contulit privilegium, nempe omnium privilegiorum abolitionem; quæ quidem abolitiz magnam quietem adfert civitati ac salutem.

Bavonicum cœnobium a S. Bavone viro nobilissimo cuius opibus illud S. Amandus extruxit sic nuncupatum loco plano ad Schaldis et Lisse fluvium confluentem olim situm fuit, cuius quidem loci monachi Paulo III pontifice maximo indulgente anno salutis 1537 calendis augusti canonicorum, ut loquuntur sacerdotalium vitam sunt amplexi. Qua de re versus hic chronographicus

VInCVLa sVnt Petro monaCho qVæ VInCVLa toLLVnt.

Anno autem post tertio, hoc ipso anno 1540 ipsum cœnobium Bavonicum Carolus V imperator primo fundamenti saxo per funem inter obequitandum demisso tutandæ urbi in arcem convertit, et canonici ad S. Joannis Basilicam tunc paræcialem nunc cathedralem commigrarunt R.D. Carolo Crois Tornacensi episcopo ipsos deducente et divisorum corpora eodem solemniter transferenter. Ex publica Gandensibus multa arx hæc fuit absoluta, quam anno 1576 a rebellantibus iterum civibus dirutam anno 1585 iisdem domitis munitius ac splendidius redificatam videmus.

Cæsar dum Gandavi hæret tulit capitis bonorumque sententiam contra Reinerum Brederode dominum, qui ducta a Marcanis uxore cum iis se Francorum rego addixerat Hollandiæ Zelandiæque se comitem, quod ex his ortum duceret, se futurum sibi persuadens ac proinde gentilia Hollandiæ comitum insignia aperte ferens; sed paulo post proceribus omnibus pro eo interpellantibus cum Francico ac Marcano foedero renuntioasset in gratiam recepit, unde colligitur non tantum Gandensis sed et alias cæsari incæpisse negotium facessere, propterea consiliariis iter hoc dissuadentibus responderat justissimam sibi esse in Belgium properandi causam, divini judicii sententiam executioni mandaturus, nisi cum perituris Flandris

Belgiisque simul perire vellet utinam Deus ita cor Philippi II tetigisset, ut hos in fide nutantes adventu suo et præsentia confirmasset.

Postridie calendas aprilis obiit Gandavi Anthonius Lalamus primus Hoochstratæ comes. Gandavum quoque advenit Guilielmus Marcanis Cliviæ et Juliæ dux, de ducatu Geldriæ ac comitatu, Zutpheniæ in quibus jus prætendebat coram transacturus sed cum eum nullo iure nisi cæsaristici conciliarii docuissent ad regem Franciæ defecit.

↔ Ferdinandus Romanorum rex in Austriam rediit. Cæsar Hollandiam invisit.

Maii die 13 Ferdinandus Romanorum rex a Belgio in Austriam revertitur. Cæsar vero Gandavo Brugas contendit, indique in Zelandiam ac Hollandiam profectus, ut jus subditis cœquissime diceretur, laboravit, aliquoties in Haga comitis hac de causa in senatu præsens, tandemque invisit maioribus Hollandiæ civitatibus Ultraiectum, inde Vianam (olim Dianæ fanum) tum Buram Gorinchemum Buscoducum, ac tandem fine mensis augusti Bruxellam.

↔ Librorum hæreticorum prohibitio notanda.

Hisce diebus cæsar per hæreditarias Germaniæ Inferioris ditionis omnibus mandavit et interdixit ne Lutheri aliorumve hæreticorum libri usquam reciperentur, venderentur, legerentur, capitis poena in rebelles ac obnitentes constituta quod et ante mille annos et quod excurrit senciverat Constantinus imperator ARI et sectatorum eius libros comburi mandans, capitis sententia in eos lata, qui eiusmodi codices vel occultassent vel non statim combiassent.

↔ Obitus benefactorum ordinis.

In carta capitulo declaratur obiisse illustris ac generosus dominus Fredericus Henriques de Rebera marchio de Tarifa magnus benefactor domus de Covis. De eo plura alibi scribimus (Sed anno 1539, 6 novembris).

Item permagnificus et præpotens, dominus Joannes Dennens de Gruyrem benefactor domorum Montis Dei et Vallis Sanctæ.

↔ Cartusiæ Granatensis circa hæc tempora fundata.

Item generosus dominus Arnoldus de Colt (vel de Cock) magnus fautor domus Sanctæ Sophiæ, nobilis dominus Alphonsus Tundiner de Cueva primus benefactor novæ plantationis Granatensis, quam fundatam scribit dominus Mireus a cartusianis Paularensibus.

Item obiit clarissimus medicus Joannes Hervelt domorum Lovanii et Bruxellæ fautor præcipuus.

↔ V.P.D. Bartholomæus de Myrrha prior diversarum in Italia multum commendat.

Nec non venerabilis pater patrum dominus Bartholomæus de Myrrha primo professus domus Astensis 2° domus Ferrariæ, qui in ordine 70 ac in prioratibus domorum Astensis, Bononiæ, Parmæ, Papiæ, Florentiæ, ac Ferrariæ 62 annos laudabiliter et commendabiliter multum peregit ac multis annis visitators et convisitatoris officium religiosime exercuit.

1539

V. P. D. Joannes Meerhout Prior huius

2 Junii apud nostros monachismum complexus est D. Joannes De Mercia, natione Lovaniensis, optime versatus in humanioribus, litteris græcis et latinis et scripsit diversos tractatus. f° 49v

1539

V. P. D. Petro Zas, prior domus Ultraiectinæ dicto visitatoris officio sponte cedente atque dimissionem postulante non solum hoc anno sed etiam præterito cum præsens adesset in Cartusia, atque illi R^{dus} Pater promiserat; nunc autem conventionaliter omnes Religiosi cum ipso in Cartusiam scripserant, unanimiter eius absolutionem postulantes propter litispendias et alias diversas causas in quibus eius præsentia atque industria carere non poterant.

f° 50

1540

↔ Joannes Aquatia donatus huius domus.

Habetur in eadem carta obiisse in hac domo Joannes Aquatia donatus, quem in calendario nostro non reperio.

↔ Exhortatio capituli generalis pro reformatione.

Nec prætereunda est exhortatio capituli generalis huius anni, quoniam gravis est, et ad rem facit quæ sic habet :

Quoniam e multis nationibus in hunc locum nostri capituli generalis uno spiritu ideo congregati sumus, ut animarum saluti prævigili cura incumbentes reformationi nostræ studeamus, quandoquidem sæcularis conversationis permultos circa reformandos mores intentos intelleximus. Animadvertisentes non sine gravi cordis dolore miserabilem totius ecclesiastici nitoris statum diaboli invidia collapsum : nec non quantum peristinus ille antiquorum patrum nostrorum fervor tepuerit, rigor friguerit, et commendabilis vitæ candor abscesserit, ut iam (proh dolor !) nec in provinciis sibi creditis invigilant visitatores, nec ovibus commissis internam animæ refectionem sitientibus vigilanter præsunt priores ad sæcularia et mundana potius devoluti, vicarii quoque maternorum uberum oblii, abiecta claustralibus sollicitudinis aura, regulares observationes, statutorum nostrorum sanctiones negligi et pessum ire videnters, quæ sua sunt quærunt non quæ Jesu Christi. Sed nec magister novitiorum, qui sibi commissos ad instar liquefiantis in vera mortificatione, propria abdicatione et proficua exercitii spiritualis informatione effingere debuerant, unde virtutum omnium forma scaturiat partes suas agunt ; dormitantibus etiam his quibus audiendarum confessionum injuncta est cura, nec pabulum salubris admonitionis, correctionis aut consolationis subministrantibus, une plurimum sacer ordo noster dudum in culmine virtutum sedem figens ad infima dilabitur, exterminio vicina ni præveniente gratia Dei apponatur, antidotum vulneri proficuum per capitulum nostrum generale. Ex propter singulmos quosque in visceribus Christi exhortamur, ut suppresso prorsus omni tempore, pristinum præfati ordinis nostri decorem resarcire studeant. Visitatores evagationes priorum ac inordinationes monachorum in suis visitationibus ferventer reprehendunt, quæ a proposito nostro dissident amputantes, prioresque tanquam signum ad sagittam effecti, divini officii conventibus sese exemplariter præbeant, providentes præ ceteris, ut vanis mundanisque operibus seclusis credita eis congregatio spiritualibus exercitiis nutriatur. Tales quoque efformandis novitiorum moribus et jaciendis regularum observantiarum fundamentis instituant qui pristinas morum mortifications, propriam sui abnegationem, et profundæ vitæ contemplationem pro parte collapsas iterum reviviscere faciant. Qui nimirum inter lepram et lepram, pondus et pondus judicare, et lolium sæcularis et perversæ actionis a tritico messis spiritualis expurgare neverint. Tandem uniuscuiusque in gradu suo præfarorum videlicet visitatorum priorum, et prænominatorum conscientias onerantes autoritate capituli nostri generalis omnes movemus et hortamur in Domino quatenus sic invigilant, ut voram extremo jufice puram de creditis administrationibus sibi commissis proficuum rationem reddere mercantur. Amen. Quod ut fiat volumus hæc bis legi chapteriter in anno, etc.

Quod autem patres dicunt se intellexisse sæcularis conversationis permultos circa reformandos mores esse intentos, intellige novissimos vinea Chridti cultores patres venerabiles societatis Jesu, qui incipiebant concionibus, confessionibus, lectionibus catechismo ecclesiam reformare, ut cetera omittam, hoc anno cum ad S. Ignatium huius societatis auctorem odolescentes non pauci eiusdem vitæ cupidi se adiunxissent, præclaræ illi quidem indolis ac spei, ceterum litteris non satis expositi eos omnes studiorum causa Lutetiam destinat, ut idoneis exculti doctunis maiore postea in animarum causa autoritate versarentur et fructu, ergo appetente vere ex urbe digressi Lutetiæ in collegio quiod Longobardorum vocant, recipiuntur. Hic cum laico ornatu, cultuque (neque enim per leges aliter licuisset) litterarum disciplinæ dant operam non tamen alienæ salutis studium intermittebant sed modo hos modo illos ad usurpanda divina mysteria, id (↔ discipuli S. Ignatii divina mysteria frequentant apud cartusianos) quod apud cartusianos singulis factitabant, hebdomadis, incitabant : aliosque ad perfectam vitam sanctorumque

persequenda vestigia, eohortabantur, cumque litteræ a viris principibus et civitatibus ad summum ponficem et cardinales afferuntur de fructu quem provectiones ætate et doctrina iam per diversas (↔ Societatem Jesu Paulus III confirmat) provincias dispersi iuvandis proximis facerent Paulus III papa non mediocriter delectatus prolixo animo et societatem ipsam religionem, et societati inditum nomen 5 calendas octobris hoc anno 1540 publicis litteris declaravit confirmavitque.

↔ Obitus R.P.D. Joannis Gailhardi.

R.P.D. Joannes Gailhardi prior Cartusiæ et genralibus ordinis vital cum morte commutavit 28 junii postquam præfuisset 5 annis. Successit R.P.D. Petrus Leydensis, de quo sic scribit Joannes Busclinus societatis Jesu in suo Gallo Flandria duaci edita anno 1624, lib. I, cap. 19 circa finem.

1539

V. P. D. Joannes Meerhout Prior huius

2 Junii apud nostros monachismum complexus est D. Joannes De Mercia, natione Lovaniensis, optime versatus in humanioribus, litteris græcis et latinis et scripsit diversos tractatus.

f° 49v

1539

V. P. D. Petro Zas, prior domus Ultraiectinæ dicto visitatoris officio sponte cedente atque dimissionem postulante non solum hoc anno sed etiam præterito cum præsens adesset in Cartusia, atque illi R^{dus} Pater promiserat; nunc autem conventionaliter omnes Religiosi cum ipso in Cartusiam scripserant, unanimiter eius absolutionem postulantes propter litispendias et alias diversas causas in quibus eius præsentia atque industria carere non poterant.

Successit R.P. Petrus Leydensis cuius vita pars describitur.

Anno 1540 Petrus Marneffius gente Leydensis, Hollandusvitæ instituto religiosus, primum normam domni Augustini Cysonii (quod monasterium est canonicorum regularium 2 milliaribus distans Tornaco) sextatus, tandem arrepto vitæ melioris proposito communalis et veste et moribus cartusiam ad D. Audomarum petens in vitam, regulam dennique sacramenta eorum jurant, ubi dum moribus conversatione sperandæ de se optimæ virtutis specimen pulchre dedidet Gosnayensi prior iam demortur omnium expetentium votis subrogatur. Et quia impossibile foret lucernam in edito montis loco collocatam nulli non splendescere, couisque virtutis et bonæ famæ eius rumor pervasit ut ab omnibus amatus arcano quodam consilio postremo omnium cartusiani ordinis primas institueretur seu generalis 36.

Postquam dominus Petrus Leydensis Cartusiæ Maioris atque adeo universi ordinis nostri cartusiani factus est prior generalis dominus Theodoricus Loher novo honori, imo potius oneri congratulatus est anno 1542 dedicans ei sermones domni Dionysii de Sanctis primum quod olimù prior existens in Valle S. Spiritus prope Gosnaium ac provinciæ Picardiæq; visitator non vulgarem in promovendis Dionysii nostri laboribus affectum, benevolentiam ipsi ostendisset. Deinde quod vñerabili ac piissimo nunquam satis laudando viro D. Petro Leydensi Agrippinensis cartusiae dignissimo quandam priori, Rhenensisque provinciæ visitatori (cui potissimum debetur quod Dionysii nostri sudores huc usque perducti sunt) conterraneus, cognominus, consanguineusque existas. Postremo quod exempla sanctorum opportuna sint iis qui in potestatibus dignitatibus aut publicis officiis constituti sectioque et bellis afflicti heu nimium experiuntur quam necessaria sit patientiæ virtus, prout et de hoc patre alii dixerunt.

Hoc anno ex cellita (vulgo cellebroer) factus est cartusianus dominus Joannes Eschius receptus in domo Lovaniensi qui fuit ultimus prior domus Delphensis. Ibique pariter recipitur dominus Petrus Mirica Lovaniensis qui fuit eiusdem domus prior.

Multum afflixit hoc anno domum Ultraiectensem insolito quædam febris quæ tunc per totam regionem grassabatur, quals ante nunquam visa vel audita fuerat, et primum in Cctavis Assumptionis B. Virginis e medio sustulit dominum Everardum Schuerman religiosum amabilem et sine felle qui in ordine vixit 10 annis et amplius

Domnus Loeffridus Ghysberti de Lantscroon Ultriectensis professus eiusdem domus ultima augusti de febre præscripta circa horam undecimam præsente conventu et orante vita migravit. Isqte perdilectus pater dulcis in vita sua, benignus, modestus, et homo valde internus ac magnæ devotionis fuit, vixit in ordine 20 annis., 7 mensibus, et 2 diebus.

Obitus V.P. domni Petri Zass prioris Ultraiectensis et quondam visitatoris.

Et quod maximum lustum attulit, etiam .P.D. Petyrus Zass de Triecto prior istius domus ac quondam visitator et convisitator provinciæ hoc eodem anno ipso die sanctissimi patris nostri Brunonis sexta scilicet octobris feria quarta, hora octava post prandium a febre prænominata præsente tota conventu et lamentabiliter, ut dignum erat pro tanti patris obitu orante de medio sublatus est, nam iste charissimus et vigilantissimus pater lumen provinciæ et reputabatur et erat propter ingenii et intellectus excellentissimam vivacitatem. Et quia de melioribus civitatis Ultriectensis erat oriundus, die sequenti non est sepultus, sed reservatus ad diem tertium scilicet feriam sextam, ut amici ipsius et consanguiei, qui plurimum ipsum diligebant commodius sepulturæ eius interessent, sic que dicto die post missam et exequias pro eo ut moris est celebratas sepultus est prope domnum Loeffridum quem intime diligebat. Vixit in ordine 28 annis 6 hebdomadibus, siquidem anno 1512 altera S. Bartholomæi habitum monachalem suscepit, et anno 1523 institutus est vicarius, et anno 1525 electus est in priorem, præfuit igitur cum summa diligentia in officio prioratus 15 annis, 9 mensibus, 1 hebdomada et 3 diebus. Anno quoque 1531 per capitulum generale institutus est convisitator provinciæ et sequenti anno 1532 (cum ex parte provinciæ profectus fuissest ad cartusiam) visitator principalis. Rexit autem provinciam nostram strenue et laudabiliter 8 annis usque ad annum 1539 quo ad suam instantiam nec non conventionalium domus suæ (ut diximus) hoc onere fuit sublevatus. Quatuor vicibus cum difficultate et magno labore cartusiam adivit scilicet anno 30, 32 ; 34 et 38 tribus posterioribus vicibus semper electus fuit diffinitor capituli generalis ; collationem quoque capituli fecit cartusiæ anno 1534 et habuit per totum ordinem cum psalteriis monachatum.

Consolatoria Lævini Ammonii cartusiensis domus Gandavi professi ad dominum Ghysbertum Rutenberch domus novæ Lucis prope Traiectum eiusdem ordinis professum in obitu utriusque patris tam spiritualis quam carnalis.

Salutem in Domino Jesu sempiternam. Dilectissime frater, domne procurator quanto me nuntius affecerit mærore qui obitum venerandi patris nostri Petrus Zass, prioris domus istius nuntoiavit vix eloqui possum. Affectus enim quidam fortassis plus satis ille quidem humanus, hominem illum mihi conciliaverat : et ego vicissim (ut permultis sæpius argumentis declaravit) nequaquam illi ingratus eram ; usque adeo sane, ut optaverit etiam me sibi esse contubernalem. Id quod anno superiora quum istic essem, ex ipso te opinor audivisse, cum inter familiaria colloquia diceret : Velle misissent te patres ad hanc nostram domum. Quod si fecissent, et sub eius regimine vobiscum totum hunc annum exegisset, quanto me putas acrbiore luctu afficiendum fuisse, si præsens expirantem vidiisset ? Magis enim afficere solet, et in intimos penetrare recessus animi, id quod oculis videmus, quam quod fama vulgante auribus allabitur. Et ita me tamen effectum reddidit audita mors illius, ut ipse quoque propemodum in morbum conjectus simù. Certa ex eo tempore tam corpore quam animo minus valui. Quintiam credo neminem isthic esse in toto sodalitio, qui non moleste tulerit a tam bono præstanteque patre se deseriri. Vere enim nutriebat vos in deliciis non tam corporalibus (quanquam in his quoque, quantum sane per ordinem, et facultates domus licebat) quam animi deliciis : de nulla re alia tantum sollicitus, quam ut servaretis unitatem spiritus in vinculo pacis. O animam vere piam. Non solum autem domus ista magnam adiit iacturam decessu tanti patris, tam providi in colsiliis, tam prudentis in quibuslibet negotiis cognoscendis, denique tam prompti in peragendis quæcumque semel agere destinarat animo : sed etiam tota provincia. Ad quem enim patres omnes in rebus dubis, arduisque negotiis lubentius recurrebant petituri vel consilium vel etiam auxilium quam ad commune velut omnium asylum priorem domus Traiecti ? Quis tantæ auctoritatis inter omnes patres, etiam quum non esset visitator, quam prior Traiecti ? Ipse fidelissimus consultor : et quod amabilem quoque, nedum venerabilem reddiderat, omnium erat afflictorum pientissimus consolator.

Atque utinam nunc dominus postea quam ipsi complacuit hunc a nobis ad meliora transferre, aliquem suscitaret Elizeum, in quo spiritum illius duplicem collocaret, hoc enim valde nobis esset necessarium, hisce præsertim tam miseris deploratisque diebus, quibus contemptui est omnis vera religio. Mihi vero peculiaris est dolendi ratio qui e natali solo huc missus sum ad homines ignotæ mihi linguæ, velut in exilium, culpis meis haudi dubie id commeritus, sed aliquantulum me consolabatur hactenus, quod ille non ita longe dissitum esset, qui me et probe nosset, et ad quem de meis interdum negotiis litteras dare possem. Quæ profecto mihi non parva erat consolatio. Nam illum sentiebat ex animo bene mihi velle. Nunc autem et illo privatus sum, et hunc, qui cum aliquoque iam mihi domestica familiaritas intercedit, metuo ut retinere possim cum non sit huic domui nisi commodato concessus, et non insitus. Hæc plane quum mecum reproto, non possum profecto non discutiri. Multa enim acerba veniunt in mentem, quotum pleraque etiam accidere possunt, et durum est toties mutare prælatum. Hunc optime ferre possem et ipse vicissim me, opinor; quod uterque alteri iam ferme noti simus. Si id quod metuo contingat, qualios sit futurus successor penitus ignoro. Et fieri potest, ut qui successurus est, ab huius moribus omnino, et (quod dici solet) ex diametro diversus abeat. Nam paucissimos duos invenias (ne dicam nullos) qui animo omnibus modis sint pares. Imo ut verissime ait Quintilianus non paociores animorum sunt pene quam corporum formæ. Tanta est tamque incredibilis varietas. Attamen is qualis qualis futurus est, simul atque electus confirmatusque fuerit mutare cum voles, minimi licebit. Feras necesse est. An non erit hoc molestum, homini præsertim peregrino? Sed quid pergo tuas aures meis infortuniis obtundere satis alioquin, imo plus satis propriis atque domesticis occupatas? Sane ut intelligas, Gisberte charissime, quam is luctus qui a morte prioris tui te tuosque sodales corripuit, mihi cum omnibus communio sit. Nihil autem addubito, te præter ceteros etiam, quippe qui totus ex illo pendebas, animum vehementer induisse luctuosum. Volebam equidem consolatorias ad te dare litteras, sed in præsentia minime potui, nimirum ipse quoque acerbo vulnere perculsus præsertim præsenti. Unum hoc interim mihi videtur agendum, ut animæ tam piæ bene precemur: petamusque Dei misericordiam, ut nostra disponat ad suam unius gloriam, nostramque salutem. Nam sane quod ad te attinet, quænam illa consolatio satis efficax esse posset, ad eluendas omnes istius animi mærorum maculas? cui (ut audio) etiamnum pro funere carnals parentis lugenti, alter hic non paulo accerbior luotus accessit, atque intra pauculos admodum dies utroque orbato patre? Grave profecto vulnus, eoque incurabilis, quo cerbiore plaga alia super aliam repetitum. Nondum a sepulto patre lachryma tuas pie profluentes absterseras, et ecce derepente multo justior plorandi causa objecta est. Tot arietibus tentationem probavit te Dominus ut scias, quod a suo te nutu velit totum pendere, et in nullo, penitus alio, quam in ipso tuam spem vollocare. Czeterum, si rem ipsam, seposito paulisper hoc molliculo affectu pressius introspecioiamus, haudquaquam nobis perinde lugendum est super iis, qui terrenis omnibus his in terra relictis et miseri classe esse desierunt et ad felicia translati sunt, quam super nobis ipsis, qui ad tantas miserias, quantus et videmus et audimus reservati graviores etiam multa (nisi propitius deus avertat) haud dubie formidamus. Quid enim malorum vel non perpetimur ipsis, vel perpetientes alios quibus natura copulamur audimus? Quot morbi, subinde etiam novi, atrocesque, et cum medicorum scientia, et arte veluti pugnantes singulis prope annis suboriuntur? Omitto febres acutissimas, siderationes apoplexias, hemorradas, pestilentias, aliaque super alias gravissimas infirmitates: nonne recens hic morbus nuper exortus quam plurimos acerbissime torsit, multos etiam cum intolerabilibus internorum cruciatibus absumpsit omnibus vero sui terrorem incussit? Et tamen inter tot calamitates, inter tot clades, inter tot funera, inter tot misericorditer sœvientis Dei atque ad resipiscentiam revocantis flagella (id quod etiam sanguineis, si fas esset, lachrymis deplorandum foret) toties repetita, quotus quisque animum induit meliorem, ut incipiat bene cogitare, et ad clementissimum patrem facillime placabilem reverti? Agimus plerique omnes, quod agimu: de mutanda in melius vita postrema, ne dicam nulla, cogitatio est. Imo quod pejus est, usque adeo hominem exuimus, et adversus tam multa Dei miserentis flagra veluti cællum obduximus, ut etiam prope palam ad publica mala rideamus, ne deterius aliquid dicam, heu miseriam! An non hoc ipsum est quod ait Salomon: Impius quum in profundum malorum venerit, contemnit. Hæc itaque multo ardentioribus lachrymis ploranda sunt, quam illa, si quis e vivis excedet cuius vita nobis vel utilis, vel dulcis fuit, vel etiam necessaria. Sed iam receptui cænendum est; licet enim pro tantis malis nullus satis prolixus sermo fuerit, tamen cum temporis angustia

tum prolixus sermo fuerit, tamen cum temporis angustia tum etiam epistolaris brevitas e lege eruditorum virorum præscripta tollendam e tabula manum cohortentur. Ceterum ad te, mi Gisberte, isthæc scribenda duxi, atque hoc modo meam fidem liberare visum est, qua anno superiore me tibi obstringebam fore ut interdum litteras ad te darem. Optassem sane argumentum aliquanto plausibilius, et de rebus læterioribus, sed in præsentia læti esse non possumus, tantis undique circumlatrantibus malis. Atque utinam vel post tot calamitates lætum aliquam catastropjen sperare liceret. Sed heus tu, antequam desinam, ne te existimes tam prolixam epistolam gratis ablaturum hoc abs te muneris præcor, ut eas omnes epistolas, quas ad venerabilem patrem defunctum, dum viveret dedi, quasque penes illum invenreis, bona fide remittas. Nullum enim earum exemplar apud me relictum est, et alioqui perquam invitus meum perdo laborem : præsertim quum ea scribo, quæ legentibus usui esse possunt. Sunt autem nimo ferme, ni fallor, quatuor aut quinque quarum postremam eo die ad eum data est, qui fuit illi vitæ postremus : quam etiam certoscio illum minime legisse, et idcirco facile repereri poterit, nam per eumdem tabellarium, per quem hæc quoque, missa fuit. Bene valere te cupio, frater in Domino dilectissimo, cui me quæso tuis piis precationibus commendes. E domo monachorum ordinis v-cartusiani ad 15 diem mensis octobris, anno 1540, Lævinus Ammonius cartusianus hospes eiusdem domus tuus ex animo professus Gandavi.

Collegerat dominus Lævinus Ammonius, ut lector intelligere possit ex hac, epistolas familiares quæ in domo Gandavi reservatae fuzrunt et postea concessæ patribus societatis ex qua unus hic retulit se eas legisse in domo Antverpiana sed eas necdum nancisci potui, quæ me in his scribendis multum adjumenti attulissent. Ceterum non, ut dominis Ammonius verebatur prior domus Monachorum dominus Joannes Arnoldi professus domus Ultraiectinæ successit in locum domni Petri Zass sed prior domus Campensis dominus Volpardus de Gravia professus eiusdem domus Ultraiectinæ electus et confirmatus fuit in priorem domus suæ professionis.

f° 53v-55

a.1540. Quot belliis afflitti sumus? quoties Turca nostris imminet cervicibus? quam multi subuide alii super alios rumores bellorum? Usqueadeo titulus aliquis et prætentus adlubescit semper animis quorundam principum, ut vel de lana tandem capricia belligeratur esse videantur. Atque hac occasione molestissimas perpetuasque patimir exactiones, quibus misera plebs suis emuleta fortunis, cogitur sustentare milites. Milites? colliviem potius deploratissimorum verius portentorum quam hominum, quibus bellorum prætextu mundus inundat, qui nec hostibus pareunt, nec sociis, qui nihil habent pensi quid agant, ita omnia sibi licere, quæ collibuit, arbitrantur, denique, qui de Deo prorsus credunt nihil, sed veluti bruta ad mutuam tantummodo lanienam prona feruntur. Et tamen inter tot calamitates, inter tot clades, inter tot funera, inter tot misericorditer sevientis Dei flagella toties repetita, quotusquisque animum induit, vel paulo meliorem, ut incipiat aliquanto sanius inire consilium, et ad clementissimum patrem tot modis revocantem, tamquam facile placabilem reverti? Alii in alios fere malorum culpam reiicimus, nemo est, aut rarissimus quisque, qui dicat in corde suo, quid feci?...

f° 53v-55

Cæterum, quod sine magno animi dolore dici nequit, quum tot exemplis imo pene tot clarissimis vocibus ad resipiscentiam nos invitet Deus, pauci dignantur audire, imo quod peius est, illas ipsas revocationes plam ludos plerique facimus, ut in contemptum quoque iampridem omnia pene ipsius flagella verteremus. Paucis ab hinc annis quid non malorum vidimus? Quos non vel ipsi morbos perpessi sumus, vel alios, quibus naturæ societate coniungimur perpetientes doluimus? Quam molestos? quam subinde novos? Quam atroces? Quam pertinaciter cum medicorum scientia et arte pugnantes? Omitto nunc tempestates, aquarum inundationes, incendia, pestilentias, hæmovihoidas, febres omnes genus ...

f° 55v

1540

1540

⇒ Domnus Joannes Mesdach prior domus Brugis.

Hoc quoque anno ad vitam meliorem migravit V. P. dominus Joannes Mesdach prior domus Brugis, alias domorum Leodii et Montis Syon et convisitator provinciæ. Circa hoc tempus obiit et aliis domni

Godefridis Cluts professus et quondam prior domus Leodii et Sanctæ Sophiæ, in cuius postremæ domus regime successit videtur, iam ab altero anno dominus Balduinus de Cloetingen professus et procurator eiusdem domus.

↔ Gerardus Paili donatus domus Ultraiecti 100 annorum.

1540

In domo Ultraiectina Gerardus Pauli donatus senex, et plenus dierum, annorum scilicet quasi centum quondam coquinarius, pistor et braxator morte naturali defunctus est postquam sexaginta vixisset in ordine.

↔ Illustrissima domina Magdalena Halmalia moritur.

Hoc anno 1540, 29 octobris, diem extremum clausit illustrissima domina Magdalena Amalia vidua illiusstrimi domini de Chervia, maxima benefactrix cartusiæ Lovaniensis, de qua non semel egimus.

↔ Cæsar e Belgio proficitur Ratisbonam ad comitia.

Initio januarii, anno 1541, cæsar e conventu Wormatiano revocato Granvelli (disputari enim hic cæptum fuerat de religione inter Eschium ac Philippum Melanchtonem) e Belgio Aletum Spiram, indeque Ratisbonam, ubi comitia imperii indixerat proficiscitur, eodemque mense martio principum civitatumque legati convenire cæpere.

Circa hunc annum obiit cardinalis Sancti Crucis in Hierusalem, magnus benefactor ordinis.

Obiit et dominus Octavianus vir singularis prior multarum domorum Florentiæ, Lucæ, Neapolis, Belluardi, Sanctorum Stephani et Brunonis, provinciæ Italæ visitator.

↔ Exhortatio præteriti anni rursus inculcatur.

Rursus hoc anno repetita est exhortatio et inculcata, quæ sic habet : Exhortamur rursum in Domino omnes et singulis patres visitatores priores et vicarios, et eos quibus novitiorum cura commissa fuerit ut quilibet eorum respective circa sibi commissos diligenter et ferventer invigilent pro Dei honore et nostri sacri ordinis incremento et subditorum pax et salute.

1541

↔ Dominus Antonius Van Vlesenbeeke procurator domus in Schuet moritur.

Hoc anno in profesto Sanctorum Petri et Pauli dominus Antonius van Vlesenbeeke, procurator et professus huius domus Bruxellensis sine prævio morbo in cubili mortuus reperitur. Et iste est primus qui in hoc conventu in officio procuratoris mortuus est. Et iste est primum qui in hoc conventu in officio procuratoris moriuss est. Vigilate quia nescitis diem neque horam, dicit Salvator. Successit in officium procuratoris dominus Everardus van Velthoven, qui sacerdos fuerat sæcularis ante ingressum ordinis.

1541

Ultima septembbris, ni fallor, obiit donatus huius domus Ægidius Wynghe ; vocatur in carta Thielt, quia oriundus erat ex pago Tildonc prope Lovanium, in forte sint diversi.

Conventus hoc anno emit Anderlaci quartam decimam partem 6 boniarum unius iornales et 70 virgatarum terræ.

Item quartam decimam partem 3 jornalium terræ, ut patet ex epistola sub sigillis scabinorum Bruxellensium de data 3 junii.

Item conventus acquisivit hoc anno 1541 maii sub sigillis domini de Grimbzergen 20 rhenenses guldens in parochia de Liezele. Hnc est Warandia Bruxellensis de anno 1541, 8 maii.

Lovanii obiit 21 junii honesta matrona Elizabeth Van Kzerbeeke, mater domni Petri de Mirica religiosi ordinis nostri, atque in cartusiae sacello venerabilis sacralentii sepulta, ubi habetur eius epitaphium sculptum cum imaginibus viri sui et novem prolium.

⇒ Status aliquot domorum huius provinciae : hoc tempore Domus Brugensis hoc tempore Brugensis . anno visitata per dominum Joannem Zulie priorem domus Diestensis convisitator et dominum Guilielmum priorem domus Sylmiae Sancti Martini quibus referentibus status domus talis erat : Est, inquit, prior se connumerato cum 13 monachis professis, 2 novitiis monachis, 6 donatus et alia familia competenti nulla debant, et plura debentur eis.

⇒ Amstelodamensis.

Hoc fere tempore quamvis praeceps annum nesciam sub prior domus huius Joanne Meerhout, quem ex officio visitaret provinciam ut ex fragmento cartae visitationis agnovi, status domus Amstelodamensis talis quoque erat : Est, inquisunt patres visitatores, prior se connumerato cum 17 monachis, uno converso, uno redito et 9 donatis ac alia familia competenti, n necessarius bene provisi, aliqua debent et plura debentur eis.

⇒ Gandensis.

Status vero domus Gandensis talis repertus est : Est prior se connumerato cum 17 monachis professus, duobus monachis hospitibus, uno converso et 7 donatis ac alia falilia competenti in necessariis bene provisi aliqua debant plura debentur eis.

⇒ Capellæ.

Chartæ visitationis circa annum 1531, ut opinon, sic habet : adhortati sumus in Domino quatenus institutionem primariam bonarum observationum per venerabiles patres, quorum vita exemplum fuit virtutum, imitari toto mentis currente ardore, ne quidem de eorum exemplari vita per tepitatem depereant ac de eis verificetur illud Apocalypsis primo : Utinam calidus essemus aut frigidus, sed quia tepidus incipiam te evonnere, etc. A patrum enim discedere vestigiis cartusianæ perfectioni contrarium est, summopere ergo cavendum ne terminos quos statuerunt patres nostri transgrediantur sed zelo Dei et ordinis accensi ad sublimia perfectionis cartusianæ fervore spiritus, ut hactenus, accedantur, etc. Status domus talis est : Et prior se connumerato cum 17 monachis professis, uno monachi hospite, uno converso hospite, duobus redditis et 11 donatis ac alia familia competenti, in temporalibus mediocriter provisi, aliquæ debent aliqua debentur.

⇒ Praeclare laus conventus domus Capelle.

Et circa annum 1539 quia fere sunt omnes chartæ sub visitatore domino Petro Zass, et domino Meerhout convisitatore saltem huius tempore, præclaram laudem conventui domus Capellæ dederunt. Monachos vero et laicos fratres (quod gaudentes referimus) pro multo maiori parte commendatione dignos ad veritatem Evangelii et ordinis nostri observantias pro humanæ conditionis fragilitate reste ambulantes invenimus ; licet non deesset inter eos dominus Joannes de Harena haereti Lutheranæ infectus et sua obstinata perversitate confratres suos conturbans et plurimum scandalizans ac propterea a V.P. priore suo cum victualium restrictione cellæ inclusus, quem cum nullis opportuni mediis ab erroribus et falsis suis revocare potuissemus ex confratrum suorum informatione cum arctiori restrictione victualium in præscripta reclusione continuandum judicavimus. Ceteros vero adhortati sumus in Domino quatenus de sua vocatione semper grati a minutis peccatis parrisque defectibus et negligentiis cum omni diligentia cavere studeant, existentes se peccato mortuos, Deo autem viventes : in Christo Jesu hoc scientes quia vetus homo noster semel crucifixus est ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccatos. A minutis ergo peccatis in quibus accusati fuerunt cavere diligenter invigilant : silentium et solitudinem strictius solito observantes, in his enim tota cartusianæ legis perfectio dependet ; nisi enim in silendi

censura eximum quoddam ac prope divinum perfectionis sacramentum esset freconditum nunquam sanctissimi singularum religionum ac ordinum primi institutores atque duces tam gravem atque ponderosam silentii transgressoribus legem condidissent, pœnamque statuissent. Quid enim verecundo homini durius quam vestimentis in tergum rejectis super nudam carnem acrioris virgæ disciplinam tolerare. Apud illo autem qui humanarum legum gubernacula tenent et moderantur tali castigatione flagellantur qui alicuius criminis sunt obnoxii. Dicat ergo quilibet cum propheta :Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Nam ut ait quidem : Peccipitem esse ad loquendum fatuitatis est indicium, intimorati cordis prodigium, insipientiae opus, taubationum origo, iniquitatis fomentum, inquinatio mentis, effusio gratiae, perditio animae, ponat ergo quisque custodiam oro suo, et ostium circumstantiae labiis suis. Status domus talis est : Est prior se connumerato cum 15 monachis, unoreddito laico, 11 donatis, ac familia competenti.

An dictus dominus Joannes de Harena resipuerit, ignoro : filius fuit optimi ac piissimi patris Jacobi videlicet de Arena dictæ domus Capellæ benefactoris, qui defuncta uxore sacerdos factus religionis habitum fratribus atrum regularium S. Augustini postea suscepit, obiitque Curtraci anno 1531, habuit et alium filium ordinis nostri in domo Sylvæ Sancti Martini.

↶ Regnum Hungariae fere totum perit Christianis, anno 1541.

His diebus regum Hungariae fere totum adimter Christianis ; mortuo enim Joanne Wivoda rege, cum Ferdinandus cæsarialis frater succedere sperans, Budam regni sedem obsidione cinxisset, per Turcam usus est, Budaque potiuntur Turcæ.

Per hos quoque dies duo Galliarum regis legati ad Turcam missi, a cæsareanis intercepti, in Pado fluvium interficiuntur, quod regem ante exasperatum ad bellum contra cæsarem resumendum vehementer accendit.

↶ Georgius Austriacus a Gallo captus.

Georgius Austriacus archiepiscopus Valentinus ex Hispania ad ecclesiam Leodiensem a cæsare evocatus dum per Galliam iter maturat, ignarus belle quod recens inter Gallum et Cæsarem recrudescebat, Lugduni iussu regis in carcerem coniicitur, hoc verissimiliter consilio, ut eo illic retento alium suæ factioni adherentem ad episcopatum Leodiensem promoverat Hungaria, ut diximus, Christianis fere deperdita Ratisbonæ cæsariana indicuntur comitia, ac bellum tandem in Turcas movendum decernitur. Exercitus Germanorum ad recuperandam Budam missus ducum socordia profligatur. Cæsar advertens periculum, quid a Turcis Germaniæ, totique reipublicæ Christianæ imminebat, ut hostem distrahat, in Africam expeditionem parat : instructoque potentissimo exercitu in Algeriam vela facit, sed irrito conatu classe instructissima soluta et fracta, et tantum non fluctibus maris aliquoties obruta.

↶ Domnus Theodorivcus ab Hemstede prior domus Lovaniensis moritur simul laudatur.

Anno 1542 die 3 aprilis obiit dominus Theodoricus ab Hemstede professus et prior cartusiæ Lovaniensis. Hic fuit Haerlemensis et jurista, nec non valde bonus et industrius pictor ac diligens formator et florator litterarum multoque tempore seu 30 annis et amplius vicarius primus ex professis istius domus, Novitiorum insuper fuit instructor, omnibus fratribus semper obsequiosissimus, et verus pacis amator, vixit in ordine 37 et duobus annis ante mortem fuit prior, ut dixi, admodum venerabilis et pius, atque ab omni populo in magna venerationi et honore habitus. Successit in eius officium domni Florentii Harlemensis professus eiusdem domus.

Circa hoc tempus diem quoque suum obiit dominus Joannes de Officina (Winckel) prior domus Gandavi.

Apud nos in Schuet 15 januarii obiit Reynerus Bossuyt donatus coquinarius et sartor.

↔ Eleemosynadomni Joannes Gaii prioris Montes Sanctæ Gertrudis facta Lovaniensis.

13 junii domnus Joannes Gayus prior domus Montis Sanctæ Gertrudis cum consensu sui conventus ac VV. PP. visitatorum nempe dominis Joanns Meerhout prior Bruxellensis ac domni Joannis Sulre prioris Diestensis cessit deditque cartusiæ Lovaniensi transcripto jure redditum annum 50 florenorum in puram eleemosynam ad emendos salmones et alios pisces ut habetur in letteris ex de re confectis.

Ibidem monachum induerunt hoc anno domnus Desiderius Pensaert Bruxellensis et domnus Rumoldus Moens Mechliniensis.

↔ Domnus Petrus de D. Petro cartusiano confessor Christi.

Hoc anno 20 julii requiem ceterneam, ut speramus adeptus est V.P.D. Petrus de D. Petro (alias de Domo Petri) prior domus Vallis Sanctæ Hugonis qui alias fuit prior domorum Angionis et Lanceæ suæ professionis in qua a Lutheranis maulta perpessus et verbera et vincula et carceres, et tandem cum toto conventu suo per ipsos Lutheranos violenter a dicta domo expulsus est.

Per capitulum generale debuit repeti quod iam semel atque iterum fuerat dictum : ut omnes abstinerent a lectione librorum Erasmi, ut scripsi sub anno 1531.

Pro protectione ordinis et maxime domorum periclitantium institutæ preces variae per octavas domni Brunonis et alio tempore. Cæsari enim (ut vulgo ferebatur) fluctibus maris apud Algeriam obruto, Gallus cum duce Clivensi et aliis foederatis importunissimum suscitant bellum. Igitur rebus ac id iam pridem comparatis quintuplici exercitu ditiones cæsaris invadunt. Gallus Henricum filium natu maiorem in citeriorem Hispanam, Carolum filium alterum in Luxemburgensem agrum mittit, qui mox aliquot : oppida expugnat Vendomium.

↔ Rossemius Brabantiam devastat ac Antverpiam et Lovanium produtione frustra tentat.

Principem in Atrebatus atque Morinos, qui etiam feliciter pugnat, Guilielmum Longœum in Pedemontium, Longovallum et Martinum Rossemium in Inferiorem Germaniam. Hi, ut de ceteris taceanus, Brabantiam invadunt horrendis passim incendiis et flagitiis patratis, parum abfuit quin Antverpiam opulentissimum imporium, et Lovanium celeberrimam academiam proditione caperent, verum præterquam quod miseros et innoxios agricultas ambustis pagis innumeris ad inopiam redigerent, nihil ab eis laude dignum gestum est.

Notandum quod cum Rossemii legatis castrensus peteret ab Antverpianis regi Franciæ et Daniæ ditionem fieri, responsum fuisse : Antverpianos præter cæsarel Carolum nullum agnoscere principem, proinde sine eius jussu nemini armato petere : quumque cæsarem a piscibus voratum legatus diceret, reddunt tertio die cum Jona revicturum, ac citius fortasse quam reges sui cuperent

↔ Cartusia Antverpiensis a civibus metu inimico excisa.

Populus tamen metu sœvus (verbis utor Jovii cum magno pudore consulum, et summo dolore nobilitatis postularat, et quod necesse fuit, quanquam indignum maiestate tante urbis, etiam impetrat ut per ampla sacratarum virginum cœnobia, cartusianumque venerabile templum, quod subessent mobibus injecta flamma delerentur : ne edito ob idque opportuniore tormentis loco potitus hostis, tutius ac audacius in oppugnatione versaretur.

↔ Societatis sacerdotes in Belgium veniunt.

Ardente bello inter cæsarem et Franciscum Galliarum regem cum Hispani ac Belgæ omnes Gallia jussi essent excedere, aliquot Hispani de societate Jesu Lutetiæ studiis operam dantes, in Belgicam, amicam

provinciam Hieronymo Domenico duce ac moderatore se contulere ; studiaque sua Lovanii sunt prosecuti. Fuit in his et Petrus Ribadeneira, ut ipse testatur in Vita B. Ignatii libr. III, cap. 6.

Sed primum Bruxellasq dum hostilis exercitus, qui Lovanium tenere dicebatur castra moveret, deinde idibus augusti Lovanium veniunt . Pictas et eruditio statim provexit (scribit Lipsius) plures accesserunt et collegium est facrum ; quod Levini Torrentii episcopi Anverpiensis liberalitate mirifice auxit, qui moriens opus suas ei legavit.

↔ Aurantius oppida Luxemburgensia ab Aurelio duce occupata rfecuperat et ditionem Juliacensem devastat.

Brabanti non ferentes ijuriam acceptam retorserant bellum in Clivenses et Geldros quod illi totius mali incentores et actores fuissent et sub Rossemio meruisserent, et duce Aurantio universam ditionem Juliacensem evstant et aliquot oppida capiunt ac deinde Luxemburgum profecti, quæ Gallus occupaverat oppida recuperant.

↔ Rossemius iterum grave damnum infert ditionibus cæsar is et cartusiæ Buscoducensi.

Interea princeps Juliacensis ex Galli Rossemium revocat, et militem colligit et cæsaria præsidia ex suis oppidis depellit, Rossemius denuo Traiectensem agrum infestat Ansfordiam dolo capit, Campiniam devastat in modum concidatæ tempestatis Helmondam et Eynovam diripit, mox et finitima vicinaque loca coguntur lytron pendere pro redemptionsa sua. Quo tempore dominus Sanctæ Sophiæ prope Buscoducum, quia patebat undique hostili incursioni coacta est pro se primo, deinde pro territorio et civitate Sylvæducensi bis mille sexcentos aureos solvere : nec ita diu admodum post alios quingentos pro redemptionsa cuiusdam professi dictæ domus. Tamen civitas voluit consultum indemnitati dictæ domus. Unde datis pignoribus promisit partem pecuniaæ refundere, quod et fecit portarius et vectigalibus ad cartusianos devolutis donec satisfactum esset illis. Sed heu dum hæc scribo anno 1629 in septembri circa medium mensis civitas hæc alias semper inviota ac regis suo fida ac catholica jugum hæreticorum subivit, post fortissimam obsidionem quatuor et amplius mensium.

f° 58

↔ Moritur in Schuet domnus Cornelius Vierendels.

In Schuet antiquo nostro monasterio vitam cum morte commutavit domnus Cornelius Vierendels de Pamella oriundus, non diu stetit in ordine. Speramus quod in brevi expleverit tempora multa.

Domnus Levinus Ammonius videtur et huius visitatores domnus Joannes Meerhout prioris nostri gratiam promeruisse ut ex domo monachorum ubi hospitem ante fuisse diximus ad domum suam evocaverit, nam hoc anno existens hic hospes edidit librum *de filio prodigo* qui impressus fuit Lovanii et adhuc exstat.

↔ Sollicitudo reginæ Mariæ non semel hoc anno apparuit.

Anno 1543, 5 januarii Maria Belgii gubernatrix scribit capitulo Leodiensi ducem Juliæ maulta seceto machinari, ut Traiectum sibi vicinum opportunumque intercipiat, in eamdem scribit sententiam altera die magistrati dicti oppidi.

↔ Martinus Rossemius ditionem cæsaeam vexat.

Eodem mense redeunt ex Gallia Longevallus et Martinus Rossemius in ditionem Juliacensem, et cæsareos expugnant, bellicis corum tormentis in oppidum Ruremndense abductis. Quare quæ scripsi parum ante de multa persoluta a domo Sanctæ Sophiæ Rossemio ad hunc annum referenda, et de vexata circumquaque regione.

↔ Domnus Florentius Harlemensis prior domus Lovaniensis cum opinione sanctitatis moritur.

18 aprilis ad vitam meliorem migravit V.P.D. Florentius Herlemensis professus et prior cartusiæ Lovaniensis, de quo in eiusdem domus monumentis sic legitur. Anno 1529 In vigilia D. Thomæ Apostoli finito prandio in claustro fuit propositus fratribus et unanimiter receptus ad statum monachi honestus iuvenis magister Florentius Florentii de Harlem, laudabilis conversationis, scholasticus Lovaniensis et cruditus ac doctus ante annos tres vel quatuor in artibus promotus ex collegio reverendissimi domni Nicolai de Rutere episcopu Attrebatensis : altera Purificationis Glorissa V.M. investitus fuit et sequenti anno (1530) fecit professionem, fuit hic vicarius et prior anno 1541 et anno 1543, 18 aprilis (ut dictum est) in ea obedientia vitam finivit. Fuit celebris famæ, ex quo edidit Germanice librum dictum Viam Vitæ, quem ed instantiam et utilitatem monialium quarumdam composuit ; qui postmodum versus est latine per Tacitum Nicolaum Zegirum minoritam et anno 1541 editus Antverpiæ, denuo postmodum transtulit et auxit Surius noster, ac R.P.D. Joanni Valoni dedicavit.

De quo eadem patre domno Florentio testimonium habeo propria manu domnu Joannis Gerulphi eiusdem domus Lovaniensis professi et vicarii scriptum in hunc modum : Vixit sancte loricam ferream cute super nuda gerens, tantoque plus vigens fervensque spiritu, quanto magis afflictus corpore, et sancte itidem obiit anno 1543, saepius dicto.

f°58v

1543

⇒ Domnus Everardus a Velthoven professus domus Bruxellæ eligitur prior domus Lovaniensis.

Successit ei in prioratum dominus Everardus a Velthoven professus et procurator domus nostræ Bruxellensis, per electionem, fuerat ante ingressum ordinis sacerdos sæcularis. Procurator autem domus nostræ Bruxellensis fuit institutus dominus Petrus Mertens, qui in eodem officio mansit usque ad annum 1550 quo eligitur prior. Recepit autem dominus Everardus tempore prioratus sui in domo Lovaniensi domnum Theodoricum Mol Goudavum et domnum Joannem Zurpel qui fuit prior ibidem et Leodii et domnum Joannem Cornelium sequenti anno qui obiit vicarius in Monte Dei.

f° 59

1543

Ad annum 1543 citavi epistola reverendi patris Petri Fabri a societate Jesu ad priorem cartusiæ Coloniensis qui sequentia merito adiicienda fuissent :

Anno 1542 e decem primus societatis Jesu patribus primus venit Moguntiam R.P. Petrus Faber, de quo vitæ P. Ignatii lib. III, cap. 2 Ribera. Quo autem modo venerit, quid ibidem egerit, liobet ejus, qui ab eo Moguntiæ in eamdem admissus fuit societatem doctissimi Petri Canisii verbis audire quæ sua ipse manu scripsit anno 1596 postridie calendarum januariarum rogatis per litteras a R.P. Joanne Busœv, Sic ergo scribit : Reverendus pater meus Faber cum esset annorum circiter 36 a præstante cardinale et archepiscopo Alberto Brandenburgensi expetitus Moguntiam habitandi causa pervenit anno 1542, quum antea Spiræ ac Ratisbonæ vixisset in comitiis imperii, bonaque dedisset operam multorum magnatum confessionibus excipiendis et iam Germanis quoque familiaris esse cœpisset, qui religiosa simul et iucunda illius consuetudine oblectabantur vixit idem Moguntiæ in œdibus domini Chunradi parochi apud dominum Christophorum quem ex concubinario cartusianorum effecit, idemque, ut puto, in cartusiæ Coloniensi diem clausit extreum. In huius œdibus versabar et ego, quum solus ad invisendum dictum patrem Fabrum venissem Moguntiam, mihiique persuaderi passus sum, ut spiritualibus meditationibus statim exercerer. Eodem tempore Psalterium Davidicum ab eodem patre in schola theologica prælegebatur : atque carmelitanus quidam sic satis illi familiaris exceperat. Vitæ sumptus illi præbuit dictus archiepiscopus qui boni patris colloquiis recreabatur cumque mittere statuerat ad synodus Tridentinam una cum domino suffraganeo suo creato episcopo Hersbergensii, qui P. Fabro etiam de pecatis confitebatur.

Cui consonat optimi cuiusdam in Coloniensi cartusia prioris R.P. Gerardi epistola, quam ad Treverensis cartusiæ priorem dedit anno 1543. Est vero exemplum istiusmodi. Dulcissima Jesu vulnera salutis loco.

Venerabilis in Christo perdilecte pater et amice inter luctuosissimas nostræ tempestatis procellas, quibus nunc undique concutitur christianitas, non usque adeo Deus reliquit ecclesiam suam ; quin suscitanvit nobis veros aliquos Apostolicos quos Spiritu suo implevit, et induit virtute ex alto, ut ex multarum doctorum testimonio didici, qui vero fervore errantes revocent, peccantes recreent, trahantque ad iter salutis, et sequitur magnus fructus operante invisibili artifice in cordibus hominum, quorum verba sunt scintillæ œvis cendentis cordaque tangunt, incendunt. Sunt a S.D.N. Paulo III approbati, et ad diversas nationes missi. Primus eorum vocatur Ignatius et moratur Romæ, et in Italia aliqui, in Hispaniis, Galliis et Portugallia, sunt alii coentes vineam Domini. Unus corum doctor est in Ingelstat, et unus moratur Moguntiæ apud cardinalem, vir magnæ sanctitatis. Vocatur magister Petrus Faber theologus Parisiensis. Dat hominibus se illi offerentibus bona voluntatis exercitia quædam spiritualia, quibus intra paucos dies obtinent, veram cognitiionem sui, et peccatorum suorum, et gratiam lachrymarum ; veram et animosam conversionem a multis creatis ad Deum, profectum in virtutibus, et secretam familiaritatem, et amicitiam Dei. Utinam per aliquam occasionem liceret adire Moguntiam, certe talem thesaurum deberet homo merito querere etiam apud Indos. Spero quod Dominus dabit mihi videre hominem Dei singularem amicum suum antequam moriar, ut ab eo dirigar ad interiorem hominis reformationem et unionem cum Deo : ad quod ordinatio capituli ,os monet. Hoc periculosisimo tempore multi adherent hæresiachis vasis perditionis, organis diaboli iniquissimi. Ideo libentius adhærere debemus amicis Dei, organis Spiritus Sancti ut eo tutius defendamus a telis igneis, quæ dœmon iaculatur in corda hominum. Sed hoc alias latius, si forte tetigerit Dominus cor P.V. ut suo amico Moguntiæ loquatur. Valeat P.V. in Christo. Raptim ultimo maii anno 1543.

De laudibus R.P. Leydensis generalis qui præesse cœpit anno 1540, et vita pariter et officio defunctus anno 1546.

Reverendissimo in Christo patri, D. cartusiensis ordinis domus proxime Bethuniam priorii, et amplissimo omnium dopmororum eiusdem ordinis totius Picardorum provinciæ visitatori Petri Marevæo Leydensi, Petrus Hanchicarianus Bethunius salutem.

Cum pauculis abhinc diebus adolescentulum quemdam in philosophia instituendum ducens, urbem illam omnium disciplinarum matrem et alumnam Parisios peterem : cogitanti mihi in itinere de viris qui apud Belgas in litteris præ ceteris excellerent, auspicato occurristi vir ornatissime, cui in primis hanc nuncuparem epistolam.

Fuit namque mihi data provincia referendi non ad senatum illum Romanum priscis scriptoribus inter prima orbis miracula laudatissimum. Sed ad Parisinæ illius Academiæ censores in omni cum humanarum tum divinarum rerum scientia certissimos hoc poema in ne phandam Lutheræ hæreseos sectam imprimendum authore Morocurtio inter Brunonis asseclas non minus pio quam litterato. Cuius quidemoperis propugnatorem esse te maxime optarim : cuiuds iudicio si comprobatum fuerit, reliquorum censuram non reformidabit.

Tu enim tantus es in omni laudis genere, ut posteritatis interesse putem cognoscere, agrum Bethuniensem aluisse cœnobiam juxta pomæria ipsius Bethuniæ apud Vallem Sancti Spiritus in finibus pagi Gosnaii virum in litteris omnibus præter cæteros anxie doctum : qui sua non tantum doctrina sed eximia et morum et virtutum præstantia, non suæ solius, verum etiam aliorum domorum cartusianos passim in Picardorum regionibus claudentium censor integerrimo esse meruerit. Habes itaque gregem ab hoc negotio, quod est Antechristi labe nulla (tanta est tuœ in omnes tibi commissos authoritatis vigilantia) contaminatum. Habes sub te viros non mdo ummunes sed acerrimos huius factionis Lutheranæ propulsatores : hunc in primis Joannem Morocurtium apud Valencenas (oppidum armis et opibus in Hannonia munitissimum) indefessum hæredicorum oppugnatorem. Habes tuos ubique locorum nullius erroris scandalo labefactos. Nostram igitur felicem Bethuniam quæ te et prudentissimum et in Christo sapientissimum virum educavit : tuos etiam feliciores alumnos tanti pastoris custodia semper adversus humanæ carnis insidias tutissimos, illam pariter felicissimam Picardorum provinciam tali visitatore consolatam inter eos quibus sua gratia bene, voluerit Deus, prædicare nunquam desinemus quopropter hæ cetiam Threnodia, tua qua solos alios impartiri felicitate donata, ad totius reipublicæ Christianæ commoditatatem tuis auspiciis

feliciter exeat in publicum etiam atque etiam optamus. Vale, Bethuniæ idibus octobris anno sesquimillesimo trigesimo tertio.

Edidit dominus Joannes Morocurtius Nervius professus et prior domus Valencennarum. De rerum præsentium statu gravi quoque Christianæ fidei iactura per impostores Lutheranos Christi Ecclesiæ inficta Threnodia. Anno 1534.

⇒ Ordinationes Capituli.

In capitulo generali ordinationes huiusmodi factæ sunt : Prohibimus omnibus et singulis personis ordinis nostri ne aliquos libros seu tractatus impressioni dare præsumant nisi prius per capitulum generale vel per ipsum deputandos visa et examinata fuerint. Renovata fuit exhortatio superiori anno facta et aliæ preces insuper adjunctæ.

Monentur priores maxime ut frequentius missæ conventuali et presibus intersint et extravagationes rescindunt ; donatos ad religiosi sui status observantiam inducant, ut singulis primis Dominicis diebus cuiuslibet mensis præmissa confessione communicent quemadmodum in domo cartusi observatur. Et confirmant ea quæ de commemoratione per octavas sancti patris nostri Brunonis facienda ibidem fuerunt ordinata.

⇒ Obiit dominus Thyllemanus prior domus Aulæ B. Mariae in Buxia confessor Christi.

Obiit quoque hoc anno 14 junii V.P.D. Thyllemanus Mosenus a Westerburgio prior domus Aulæ B. Mariae in Buxia et visitator provinciæ Alemaniae Inferioris, et alias prior domus in Hassia a Lutheranis multa passis et in fide Jesu Christi perseverans usque ad mortem, prout in charta sequentis anni declaratur. Eodem die et anno Petrus Faber primus B. Ignatii societatis Jesu fundatoris socius scribit ad V.P. priorem cartusiæ Coloniensis in hunc modum : Revredo et in Christo observando patri meo et fratri Gerardo priori cartusiæ Coloniensis gratia Domini nostri Jesu Christi et pax eius sit semper cum P.V. ---.

⇒ Petrus Faber scribit priori domus Coloniensis.

Nihil habeo verborum per quæ ego breviter possim respondere spiritui epistolæ Paternitatis Vestræ Jesus Christus qui ita humiliat V.P. sub ea quæ nihil in seipsis sunt, dignetur illam confortare in illo qui est omnia in omnibus. Si Dominus dederit otium, et tamen scio nihil posse responderi a me per lioteras, in præsentia autem hoc forte esset aliquale responsum, si quid esset in quo realiter possem servire P.V. et amicis suis ; interea danda erit opera utrique nostrum, ut ei spiritui respondeamus, qui nos in invicem tam vehementer vexit et inflamat, et qui solus (quantum ex mea parte est) facere potest (prout facit) ut non tam ore ad os colloqui poterimus. Mihi non licuit per externa et communia colloquia cognovisse RR. PP. priores Trevirenses et Hyldebenses et tamen suavissime aliquoties refectus sum apud illos non dico cibis corporalibus saltem, sed sanctis colloquiis , utinam et illi et mihi datum fuisset amplius otium, ut etiam seorsum, id est eo modo quem in sua epistola hac servavit P.V. potuissemus alterutrum explicare profunda cordium nostrorum, ego tamen hoc lucratus sum ex ipso iurum hac visitatione, quod ipsi quoque me adiuturi sunt in suis orationibus unde gratias habeo Deo immortales, qui dignatur tam multis viis et mediis providere miseriis animæ meæ. Pergat igitur P.V. ut multos tales mihi communicet advocatos, qui suis intercessionibus meas inopias spirituales sublevare valeant, et ipsa bene valeat per omnia in ea salute quæ est per Christum Dominum nostrum, et in ipso et ipse. Moguntiæ 14 junii 1543.

Reverendæ P.V. conservus et frater in Jesu Christo Petrus Faber.

Agebatur, inquam, hoc tempore Moguntiæ Faberstrenuus animarum fideique defensor, et pro concioe psalmos Davidicos explanabat plausu incredibili populorum, utilitate pari, postea Coloniam periclitanti ut civitati succurrat advocatur, in qua ipse pastor et Antistes Hermannus prave cœperat de religione sentire, quem et convenit ac per amice libereque sui admonuit erroris. Dum in hoc totus est Faber, et inclinantem ac prope iacentem religionem omni ope conatur erigere prætantissimum ad eam rem socium et sui simillimum adiutorem Deo mittente nanciocitur Petrum Canisium Neomagensem ab Geldria Belgii provincia, qui iam tum et religionis propagandæ catholicæ et contra hæreticos defendendæ studio

flagrabat acerrimo. Deinde Lovanium usque penetravit Faber Lusitaniam cogitans, ut ex inde comitaretur sponsam principis Hispaniarum et societati ostium aperiret in regno Castellæ.

↔ Philippus II Hispaniarum rex designatur et primæ eius nuptiæ.

Philippus enim cæsar filius 16 annorum adolescens Hispaniarum rex solejni ritu designatus Mariam Joannis Portugaliæ regis filiam maritali thalamo sibi associat. Quibus peractis, Hispaniaque salutata cæsar in Gzrmaniam iter arripit atque ad sedandos in ea motus totum se accingit.

Mense maio quidam regis Galliæ militantes et coniurat Bruxellæ capiuntur examinati et quæstionibus expositi quosdam Leodienses coniurationis socios accusant qui Leodiensem civitatem regi Gallorum prodere et tradere volebant eius ducibus Longevallo et Rossemio.

↔ Leodienses redduntur memores fœderis initi cum cæsare.

Postmodum Maria gubernatrix D. de Noirhout aulæ suæ magistrum Leodium mittit, qui præsuli capituloque memoriam fœderis inter Carolum cæsarem et patriam Leodiensem anno 1518 initi renovat petiotque nomine cæsar et Mariæ ne liberum hostibus transitum per patriam et oppida concedant.

27 julii gubernatrix magnam vim pecuniæ in sumptus belli Clivensis et Geldrensis a provinciis Belgii umpetrat, invenio nos debuisse dare statum et declarationem omnium bonorum nostrorum.

Cæsar Germaniam præteriens Bonnam appellit, inde lustrato exercitii 21 augusti Duram ditionis Juliacensis oppidum iter intendit, quo cum pervenit fecialem mittit qui urbis ditionem petat, ea non impetrata, horribili tormentorum tonitruo quassat mœnia, donec tandem quinto cursu capitur hinc distichum numerale :

dVra InCensa IaCet dVra CerVICe rebeLLIo

QVo rVIr, AVgVstI MensIs et ensIs erat.

Clade hac perterrefactæ ceteræ Geldriæ Juliæque civitates et oppida mox uno consensu cæsari allatis clavibus ditionem fecere. Deinde castra in Venlonium translatæ Guilielmus Cliventum dux sanis usus consiliis victoris Caroli pedbus advolvitur, certisque conditionibus on gratiam recipitur, quarum una hæc fecit cederet Geldriæ ducatui, comitatui Zutpheniæ, sineretque iisdem Carolum perpetuo et pacifice frui. Martinusque Rossemius in gratiam est receptus ac cæsari militavit.

↔ Gallus ves-xat fines ditionis cæsar et Turcæ fœderatus.

Gallus iterum cæsar fines vexabat in Artesia, et ducatu Luxemburgensi quem et ontercepit ; et insuper advocato Turca cum classe occupavit Niceam Sabaudiæ oppidum arce potiri non potuit.

↔ Arx Cameracensis construitur.

Cæsar Landresio frastra tentato Cameracum proficiscitur, civibus graviter infensus quod in Gallos animis qui propensiiores viderentur, munitissimam arcem in editione urbis loco jubet excitari certum cohibendis Cameracensibus franum, quæ Gallis prodita fuit 1581

Pierre Volins escrit sur ceste année 1543 que la querelle de ces deux Monarques (Charles Empereur et François Valois) Durant l'espace de 22 de guerre a causé le degast entier de plus de deux cens villes, la ruine de plus de trois mille châteaux, et la mort cruelle de deux cens mille chrétiens.

Antverpia dilatatis muris munitur.

Eiusdem cæsar iussu Antverpiensis civitatis mœnia proferuntur, atque propugnaculis contra hostes egregie munientur.

↔ Turca a Gallo vocatus Hungariam invadit.

Solimannus Hadriapnoli progressus in Hungariam. Stringonioum proditione, Albam regalem (ubi vetustorum regum sepulchra erant) vi capit, 5 ecclesiæ evertit, et Walponiam aliaque insignia Hungariæ loca occupat munitque ac denique Constantinopolim regreditur.

↔ Cæsar januarii 2 Spiram ad comitia contendit.

Initio januarii anno 1544 cæsar e Belgio in Germaniam profectus, Spiram impezrii comitia celebraturus venit. Adfuere quod rarum est visum septemviri omnes ac totius Germaniæ præcipui principes, ipseque Clivius.

↔ Rex Galliæ fœdus init cum Turca.

Cæsar regem Galliæ hostem imperii quod fœdus cum Turca inisset pronnunciari iubet, moxque iuncto cum Anglis fœdere (quod Summo Pontifici et merito displicuit) mense aprilii irrumpit in Galliaz.

↔ Cæsar cum Anglia.

Angiano in Insubres cum copiis regis Franci delato Vasti marchio obviam procedit ad Carignanum castra coniuncta castris : pugnatum acriter ad 18 calendas maii. Vixere Galli neque tamen Insubriæ principatu potiti.

↔ Maria ducisse Clivensis et Montensis marito magna benefactrix ordinis nostri.

Circa hæc tempora (prout patet ex charta capitulo nostri) obiit Maria ducissa Montensis et Jul. Vidua Joannis III ducis Clivensis et mater supradicti ducis –Guilielmi fundatrix domus Compassionis Beatæ mari Mariæ, et magna benefictris ordinis nostri.

Obiit et frater reverendi patris cartusiæ Theodoricus de Leydis canonicus regularis in Sisonio, ubique quoque fuerat religiosus, reverendus generalis noster ante ingressum ordinis.

Item dominus Joannes Zulie prior domus Diestensis convisitator provinciæ quod postremum munus obtinuit dominus Petrus Scherpenisse prior domus Delfensis viam universæ carnis ingressus est quoque Guilielmus domus nostræ Bruxellanæ præbendarius.

Fatis concesserat nec non protector ordinis nostri in cuius locum subrogatus est reverendissimus dominus Joannes de Tænes tituli S. Sixti presbyter cardinalis de Burgos.

Preces pro pace et protectione domorum ordinatæ continuantur nec frustra, nam pacem obtinuerunt hoc anno ut infra patebit.

Item exhortatio ad priores de donatis instituendis renovatu.

Iterm quod de communione facienda prima dominica mensis fuerat ordinatum confirmatur quod autem subjungitur commemorationes ad laudes et vesperas institutus de S. Cruce et de Domina, non intelligo, certum est eas inveniri in breviario sub reverendo Francisco de Puteo edito. Anno 15321.

Antequam ulterius progrediar attexenda est memoria venerabili prioris domus Arnhemensis ut rursus in charta capitulo locum inveniat quem in die obitus præterii atque hinc lector (quem non semel monui) intelliget me non frustra res externas scribere ut domesticas facilius cognoscat.

↔ Laudabilis memoria domni Joannis Arnoldi prioris domus Monachorum.

Domnus Joannes Arnoldi de Traiecto quondam Camelar ac Vyff ipsius civitatis habitum nostri ordinis suscepit in cartusia prope dictam civitatem in festo Silæ Apostoli stupentibus cunctis et admirantibus anno 1524 et sequenti anno eodem die professus. Iste perdilectus pater anno 1530 concorditer electus fuit prior domus Monachorum in profesto S. Laurentii, sub actu visitationis absoluto pro tunc ibidem V.S.D. Anthonio priore domus ejusdem propter insufficientiam tam senii quam tactus apopleiæ, qui ultra 36 annos eidem domui laudabiliter præfuerat. Domnus Joannes rnoldi dictam domum cum magna quoque

sollicitudine, multisque laboribus rexit annis 14 cum dimidio. Et post mortem Caroli ultimi. Ducus Geldriæ, qui obiit anno 1538 in vigilia Apostolorum Petri et Pauli multas injurias et violentias ab oppidanis Arnhemensibus (tam propter defectum justitiae quam propter factionem Lutheariam) perpessus est. Illis namque temporibus quia dux non erat in Geldria, faciebat unusquisque non quod sibi rectum videbatur, sed quod animus suggerebat. Licet enim ducem Clivensem Wilhelmmum ducem sibi constituerant, non tamen nisi in quibus volebant ipsi parebant. Propter hæc itaque et alia quæ intrinsecus a falsis fratribus tolerabat, incidit in longuorem gravissimum et incurabilem, quem patientissime (usque ad diem obitus sui ultimam scilicet januarii anni 1544) in fratrum suorum exemplum et ædificationem non minimam sustinuit, eodem scilicet anno quo Carolus V Romanorum imperator totam. Geldriam post longam rebellionem et annuale bellum (sicut de iure competebat) sibi subegit. Vixit in ordine 19 annis, 9 hebdomadibus et uno die. Sepultus in præscripta domo Monachorum.

Hoc in capitulo institutæ sunt octavæ S.P.N. Brunonis.

Rursus exhortatio nova hoc anno edita de cautela maxima adhibenda in recipiendis novitiis, cuius etiam ordinationis facit mentionem dominus Levinus Ammonius in libello quem scripsit de institutione novitiorum sic scribens : In generali capitulo tam priores quam conventus ordinis per cohortationem admoniti sunt ut solliciti sint et circumspecti in recipiendis novitiis examinando diligenter an bonis moribus sint prædicti, et ad omnia quæ sunt ordinis voluntarii et idonei. Et nihilominus hoc anno 18 julii misera facta est receptio cujusdam Ægidii a Bruxella, qui fuerat symphoniacus Dominae Gudulæ, et præcedente tempore domum gravavit multis scandalis, ac postremo misere obiit, et ideo nisi Dominus ædificaverit domum in vanum laborant qui ædificant eam.

Prædictus dominus Levinus Ammonius, ut dicere experam, rogatus a quodam venerabili viro ordinis nostri scripsit modum quo novitii in ordine cartusiensi recte queant institui et præterea conqueritur quod hac tempestate vix aliquis ad conversionem veniet præsertim ex juvenibus qui non ante sit in ludo litterario ex iis quæ nunc fere traduntur opinione novæ et exoticæ doctrinæ per Lutheranos introductæ nonnihil afflatus, si non omnino imbutus, inde enim fit ut ad obsequendum præscriptis magistri non sint voluntarii, facile respondent, loquenti obstrepant, ceremonias pie institutas irrideant, denique sint omnimodis intractabiles, refractarii inobedientes, qui nisi bene instituantur et corrigantur non mirandum tam multos esse qui post nuncupata vota desertores fiunt, et quod inconsulte sunt aggressi citra omnem divinæ ultiōnis metum inconsultius relinquunt. Imo quod deplorandum est et sexcentis dignum gehennis post sancti exlibatus professionem, post ecclesiasticos ordines susceptos mariti fiunt secum ferentes certam [si credimus Apstolo (Tim. 5)] damnationem quod primam Christo datam fidem fecerint irritam.

⇒ Utilis et plane neccesaria societas Jesu huic temporis.

Hinc perspicue videre est quam utilis et pene necessaria fuit societas Jesu quæ ad puerorum et rudium in Christianismo institutionem condita est. Istius enim societatis patres ad erudiendam plebem juventutemque præcipuo quodam feruntur instinctu videbant enim ignoratione legis divinæ rem catholicam propter exorientes hæresum pestes magnum adire discriminem. Hinc est quod et patrum ordinis nostri præcipuum meruerint favorem, qui eorum institutum probe noverant inetr quos dominus Gerardus Hammontus prior cartusiæ Coloniensis qui domum Petrum Fabri in domo sua benigne fovens aluit atque detinuit ceterosque quoad potuit eleemosynis sustentatvit, et ut domicilium proprium haberent adjuvit factumque est ut in capitulo generali huius anni patres decreverint inter nostrum et suum ordinem peculiaris amicitæ foedera esse sancienda, et bona omnia spiritualia communicanda cum eis, id quod de more consueto et inter nos recepto publicis litteris ac diplomatis testatum et consignatum ad B. Ignatium miserunt in hunc qui sequitur modo :

⇒ Litteræ prioris Maioris Cartusiæ Petri Leydensis ad societatem Jesu.

Frater Petrus humilis prior Maioris Cartusiæ, ceterique definitores capituli generalis ordinis cartusiensis, reverendo in Christo patri ac devotis viris dominis Ignatio præposito suisque fratribus novæ societatis nominis Jesi ubique locorum constitutis salutem, quam præparavit Deus diligentibus se. Audita fama

odorifera, fratres in Domino dilectissimi, de vestra exemplari conversatione, salutari doctrina, et voluntaria paupertate ceterisque virtutibus quibus in tenenbris nostri deplorandi sœculi refulgentes perhibemini homines in via perditionis errantes ad arctam viam salutis revocare, vacillantes stabilire stantesque ad proficiendum in virtutibus stimulare, et magnum in Domino Ecclesiæ Catholicæ fructum afferre, gavisi sumus in Domino, gratias illi agentes quod in tanta desolatae ecclesiæ calamitate qua præmimur, excitare dignatus est, et mittere novos operarios in vincam suam, recordatus misericordiæ suæ. In quo quidem sancto opere cupientes vobis pro nostro modulo cooperari fraternitatem vestram obsecramus per charitatem ejus, qui pro nobis non dubitavit animam suam ponere, ne in vacuum gratiam Dei recipientis : sed in sancto proposito perseverantes in omnibus exhibeatis vos sicut Dei ministros in multa patientia, non deficientes inter labores, pericula et persecutions, quæ omnibus pie vivere volentibus occurrere solent : tempore enim suo metetis non deficientes et nos fratres si quid poterimus apud Dominum, divinis sacrificiis, orationibus, abstinentiis, ceterisque exercitiis, quorum omnium vobis et successoribus vestris in vita pariter et post mortem singularem concedimus participationem, vestris piis conatibus libenter cooperabimur in Domino, postulantes ut nos vicissim in orationum et bonorum participatione commendatos suscipere dignemini. Datis cartusiæ sub sigillo nostro, anno Domini 1544, feria quinta post Dominicam Cantate sedente capitulo nostro generali.

↔ Plenaria potestas data absolvendi personas ab omnibus casibus in festo Purificationis Beatæ Mariæ sicut antea in festo eiusdem Nativitatis.

Hoc anno concessa est potestas omnibus et singulis personis ordinis eligendi confessarium quem voluerint in festis Purificationis et Nativitatis Beati Virginis, qui possit eos absolvere ab omnibus censuris et casibus etiam Sedi Apostolicæ reservatis ; quamvis de Nativitatis festo longe ante fuit data Indulgentia per Sextum IV anno 1477 ab omnibus peccatis et aliis ecclesiasticis censuris cum iniunctione salutaris pœnitentiæ ey debitæ satisfactiois, id quod obtinueramus per Joannem tit. S. Sabinæ presbyterraum cardinalem cujus anni 28 octobris.

Cæsar cum exercitu Spira profectus Metim venit, indaque Furstenbergum cum copiis ad obsidendum Lutzenburgum præmittit quod 15 obsidionis die commeatus penuria deditio facit, inde in Franciam castra movet.

Renatus Nassoviæ comes, Heznrici ex Claudia Challonia Philiberti Arangiorum principis ad Florentiam anno 1530 coesi, sorore filius ab avunculo Philiberto adoptatus et Arangiorum princeps nominatus in obsidione fani Sancti Desiderii globo ictus mense augusto occumbit, patruel Guilielmo (qui postmodum malorum Iliadem in Belgica excitavit) testamenti tabulis hærede instituto : qui annos natus 12 mense septembri proxime sequenti ex Germania in Belgium venit.

Sanserip capto aliisque multis oppidis Cæsar studio elatus tantum non in Lutetiæ constectum se dedit. Omnia trepidatione plena erant, nobilissima urbs Europæ lux a civibus deserebatur. De pace actum tandem. In Suessionibus per legatos hæ conditiones dictæ : Ut capta utrinque post inducias Nicææ factas redderentur. Vires pro religione contra hæreticos iungerent et contra Turcas Gallo nil iuris in Flandriam, Arragoniam, Neapolimque esset. Cæsar Carolo Aurelianensi minori Gallo filio aut filiam suam conjugem daret aut fratri Ferdinandi. Si suam : dos Flandria esset regis nomie. Si fratri Mediolanum. Ad 8 calendas octobris hæc sancita Caroli Aurelianensis obitu paulo post defuncti effectu caruerunt.

2 octobris pax nuper inter Cæsarem et Gallum inita Bruxellis præsente csare publicatur.

↔ Miraculum fide dignum de S. Brunone cartusianorum patriarcha.

Hoc anno et mense contigit quod de S.P.N. Brunone Surius narrat miraculum. Anno Domini 1544 pridie illius dici qui Divo Brunoni sacer est, vir quidam nobilis et clarus genere, sed a calidissimo hæretico Martino Bucero miserere seductus, in carusia Agrippunensi sub illud tempus, quo preces vespertinæ aguntur, sedebat in hypocausto, ubi hospites excipi solent : parum aliquid edens et libens cum religioso D.

Petro Boechem tum procuratore eiusdem cartusiæ postea priore Confluentino. A quo cum audisset die sequenti fore domni Brunonis festum solemne, non sine stomacho respondet. Putatis vos illum in Divorum numerum relatum ? Certe si ille sanctus est, nunquam post haustum hoc poculum prospera me contingat uti valetudine. Dixit, bibit, moxque tanquam aliud agens, cœpit sedere cogitabundus, ut solent phantastici. Paulo post equum descendens ad castrum suum abiit. Nec mora in lectum decidens, paucis post diebus, ita ut ipse sibi erat imprecatus ex morbo periit vel invitus approbans Sancti Brunonis sanctitatem : aliisque suo exemplo consulens, ut non ponantin cOlum os suum, nec petulantem linguam in sanctos laxent, qui iam unus cum Deo Spiritus et eius filii charissimi.

↔ 22 octobris Leonora Galliæ regina Bruxellas ad cæsarem fratrem venit.

Cæsar nullis implicitus bellis totam hyemem Bruxellæ exegit, invisente eum sorore Leonora Franciæ regina, Carolo Aureliæ duce ac duobus fratribus sui Ferdinandi filius.

Quia pendebat adhuc lls inter nos et Joannem de Keyser qui volebat irritare testamentum p. m. Joannis Everaets donati huius domus ideo supplicatum cæsari pro brevi iustitia et definitione litis, qui has patentes dedit ad cancellarium et consiliarios Brabantia :

L'Empereur et Roy

Chiers et feaulx, nous vous envoyons icy enclose la requeste a vous présentée de la part des Prieurs et Couvent des Chartreux lez nostre ville de Bruxelles et pour les raisons y contenes, mesme qu'il y a dishuict ans, que le procè de révision pendant par devant vous mentionné en ladict requeste est en estat de juger comme contient ix-celle requeste. Voulons à nos subjectz singulièrement aux Religieux d'un Ordre vivans en vie estroite et solitaire, et continuallement occupez au service divin, bonne et briesve justice est administrée. Nous vous requérons, ordonnons et enjoignons bien à certe, qu'après la réception de cestes vous commandiez de nostre part aux héritiers de feu Jehan de Keyser dénommé en ladict Requeste quils facent leur devoir et diligence six mois prochainement venans, vous ordonnant aussi bien estoitemet d'avec les Commssaires à ce à ordonner procéder à la vuydange et expédition d'icelle révision le plustost que possible vous sera sas faveur ou dissimulation, czr nostre plaisir est tel, Chiers et féaulx nostre Seigneur vous ait en sa Sainte garde escript en nostre ville de Bruxelles, le XXVI de Novembre 1544 propria manu subscrispit Charles. Superscriptio talis : A nos amez et féaulx le Chancelier et gens de nostre Conciel en Brabant.

f° 64v

1544

↔ Cartusiæ Antverpiensis in civitatem Lyra nam transfertur.

Anno 1544 dominus Henricus de Bruyne, Prior domus Antverpiensis post biennium ab eversione domus suæ, incepit Lyræ novam domum ædificare, qui pro fundo emendo et novis ædificiis construendis bona multa vendidit et gravavit domum multis debitibus. Videor me audivisse a patre nostro seniore, actum fuisse de transferendis bonis huius cartusiæ ad domum Lovaniensem, amplissimam quidem, sed dote tunc tenuem, ac officiales Cæsarum rem poene confecerant, sed bonus prior videbat, si ex duabus domibus una fieret, quod una sedes non caperet duos priores. Quare autem non Antverpiæ sed Lyræ ædificaverit, si audivi mihi, nunc excidit. Hoc tamen scio cives Lyranos grataanter nostros in suum gremium recepisse.

Exstat quitantia scabinorum Bruxellensium de 7 modiis siliginis suoper curtim de Itterbroeck, anno 1545, 28 januarii.

Vere huius anni 1545 cæsar Belgarum aliquot ditiones invisit, statumque earum componit in primis vere Ultrajectum.

Ex Maria conjugi Philippi Hispaniarum principis Carolus nascitur calendis iulii. Cuius partus lætitiam, mors funestissima parentis (quæ rerum humanarum inconstantia est) paucis diebus extinxit undecima a

partu luce, alias quarta, quanto omnium mærore, fletuque quanto principis luctu, qui charissima et vere coniux erat, quiod attinet memorare ?

1545

Circa principium eiusdem mensis iulii dominus Everardus Velthovius a prioratu domus Lovaniensis per PP. visitatores absolutus domum hanc Bruxellensem suæ professionis repetit et dominus Hubertus Knobbaut per eosdem visitatores 11 iulii rector institutus, in sequenti capitulo confirmatus est in priorem.

Circa hunc annum dominus Philippus Huenus Lovaniensis professus monasterii Cruciferorum Namurci receptus est ad professione ordinis nostri in domo Lovaniensi, sed post 14 annos non valens ordinem nostrum sufferre cum consensu capituli Namurcum rediit ad suum conventum.

Hoc anno Lambertus Castrius unus e novem qui Coloniae de societate degebant functus est vita et apud cartusiam sepulturæ mandatus haud exiguo et ipsius societatis, et rei catholicæ detimento, sive quod ætatis ingeniique robore primam lauream in scientia rerum divinarum Lovanii sibi conquerierat, sive quod fabri educatus in gremio virtute iam dives et per quam optimus eius agricolonus evaserat.

Hermanis eiusdem civitatis archiepiscopus animo Lutheranus procuraverat ne qui de eius familia Coloniae degerent, religioso ritu viverent ; mutuoque, potius a se ipsi disjuncti separatis in cedibus habitarent, aliqui excepti a cartusiæ priore Gherardo cuius et labore per senatum rursus coniuncti fuere.

⇒ Memoria domni Volpardi a Gravia prioris domus Ultraiectinæ.

Hoc anno excessit e vivis V.P.D. Volpardus a Gravia professus et prior domus Ultraiectinæ. Iste V. pater anno 1502 venit ad ordinem, et anno 1508 factus est sacrista dictæ domus. Anno duodecimo ipso die visitationis Beati Virginis institutus est procurator. Et anno 1525 circa festum B. Benedicti Abbatis post decessum domi Gherardi prioris electus fuit prior domus Campensis quam 19 annis 7 mensibus et 2 hebdomadibus rerxit, et ibidem multa construxit et reparavit portam namque novam conventus egregiam fecit, et unum ad minus latus magni ambitus quod patebat egregio muro cinxit ac testo conclusit ex palude quoque inutili pulchrum pomerium fecit. Deinde 1540 altera Beatae Lucæ post obitum V.P.D. Petri Zass prioris nostri electus est prior huius nostræ domus (scilicet Ultraiectinæ) quam etiam 5 annis et 4 hebdomadibus sollicite et studiose tam in temporalibus quam in spiritualibus rexit, videlicet usque ad festum Beati Hugonis Episcopi ordinis nostri quadragesimi quinti, in quo obiit immediate post horam decimam ante matutinas a morbo quodam intrinseco et acuto. Vixit in ordine 43 annis.

In eius locum electus fuit dominus Joannes de Atrentberch, sed non introductus, perseverabat in viscariatus Monialium prope Brugas de quo sequenti anno agemus. Rursus concessa electione dominus Florentius de Monickedam vicarius eiusdem domus vir eruditione et pietate insignis electus et installatus fuit.

f° 65

1545

⇒ Joannes Tourneur et Joannes Merchtene in Schuet recepti.

Hoc anno duo apud nostros in Schuet cucullum induerunt 8 novembbris dominus Joannes Tourneur qui libros fundationis redditum et utensilium ecclesiæ descriptsit et plurima alia quæ bona temporalia domus concernunt ; fuit enim procurator diligens. Et 15 decembris dominus Joannes a Merchtene.

⇒ Frater Jacobus Paew conversus domus Ultraiectinæ laudatur.

Nec prætermittendus frater Jacobus Paew de Traecto conversus professus doms ibidem. Qui cum esset dives et nubilis 25 annorum et omnibus notus in exemplum plurimorum mundum dereliquit, et habitum conversi in domo (ut dictum est) Ultraiectina suscepit 6 februarii anno 1520, qui post professionem suam

in religione conventui fideliter servivit in omnibus negotiis sibi commissis et temporalibus litis pendentiarum contra Joannem de Culenborch, Amoroghenses et Theodoricum de Maudwijck sollicitator extitit et promotor diligentissimus et priorem ac procuratorem in multis exoneravit. Qui tandem ad peztitionem V.P. prioris domus Monachorum missus illuc pro institutione unius conversi novitii infirmitatem incurrit qua et obiit ipso die Thomæ Martyris altera scilicet Innocentium anno 45 et sepultus ibidem. Vixit in ordine 25 annis 1 mensibus 2 hebdomadibus et 4 diebus. Iste dilectus confrater noster in novitiatu suo legavit ad ornatum ecclesiae nostrae sexcentos florenos Hollandiæ ex quibus somparatum fuit egregium antipendium aureum summi altaris, item altare Martyrum cum epitaphio suorum esculptum, etc.

⇒ Cella procuratoris domus Lyranæ construitur expensis provinciæ.

Hoc anno absoluta est cella procuratoris in domo Lyrana notata littera B quæ constructa fuit expensis totius provinciæ.

Anno 1546, 3 ianuarii Ultraiecti comitia aurei velleris habente cæsare creantur equites 22 inter quios Petrus Ernestus comes Mansfeldius quem gubernatorem Luxemburgensem saepius vidi.

Sub finem eiusdem mensis ianuarii cæsar (sorore Maria Bruxellam reversa) Ultraiecto in Geldriam proficiscitur, summoque cum honore ac reverentia ubique susceptus, muneribus excolitur, ac in ducem comitemque Arnhemi, Zutphaniæ, ac Neomagi inaugurator. Inde Traiectum ad Mosam contendit, hinc in Lotharingiam ac Germaniam, comitiis Ratisbonensibus quæ paulo ante indicera, initium daturus.

7 ianuarii aucto iam Tridentini patrum, episcoporum et doctorum numero, habetur prima sessio concilii.

⇒ Martinus Lutherus Issebei ubi natus erat in lecto repertus est mortuus.

Martinus Lutherus hæresiarcha moritur februarii die 8 quo fere tempore patres concilii Tridentini secunda sua sessione hæreses eius damnare incipiunt, ut mundo constaret falsum esse eius vaticinium : Pestis eram vivus, moriens tua mors ero papa, P. Henricus sedulus minorita scribit præscript. 17 advers. hæres ex testimonio viri fide digni, qui Luthero a cubiculis fuit, ipsum a domesticis mane repertum iuxta lectum suum pensiolem et miserer strangulatum. Lubet hic transcribere quæ in historia societatis Jesu traduntur. Dum et armorum terrore cæsar, et œcumenici convocatione concilii pontifex religionem avitam ab hæreticorum furore defendunt, cum his quoque Deus quasi quadam conspiratione consentiens, portentuna illud orbis terrarum, seminatorem malorum omnium, et huius temporis Antechristum de medio sustulit. Piget infernum hoc monstrum suo nomine. Ille, inquam, catholicæ religionis transfuga, desertorque cœnobii, instaurator hæresum omnium, illud Dei et hominum odium, duodetrigesimo suæ defectionis anno, cum laute, et splendide cœnatus esset, facetisque de moæ lusisset, ea ipsa noctez repentina morbo corruptus, jugulatusque sceleratissimam animam vomuit gratissimam Satanæ hostiam qui se talibus oblectat escis, unde eius saturetur ingluvies. Poterat ad huius nuncii famam tanto velut onere relevata catholica respirare religio, poterant boni omnes et orthodoxi diem festum agere, si is funditus priisset. Sed reliquit regulus virulentus viperinam in orbe terræ progeniem ingenti rei catholicæ labe, et vivit adhuc in semine haud minusextialis humano generi sublatus a vivis quam fuerat inter vivos. Ubi enim iam non extant eius immanum scelerum impressa vestigia ? Aras zeversas, disturbata cœnobia, sacra omnia polluta, supremam denique vastitatem in amplissimis ab eo relictam Europæ regnis atque provinciis, ingenti nostro cum dolore perspicimus, quo nostris hominibus elaborandum est magis ut omnem huius furiæ sementem copparandis excellentissimæ sanctitatis doctrinæque præsidiis, quantum in ipsius est enecent, et extinguant, omninoque sibi persuadeant cum refractariis hominibus et catholici nominis inimicis sempiternum bellum sibi esse susceptum.

⇒ Archiepiscopus Coloniensis hæreseyos damnatus.

Exautoartur quoque hoc tempore propter hæresim Hermannus archiepiscopus Coloniensis.

In capitulo nostro generali institutæ sunt preces pro concilio Tridentini feliciter inchoato, iuxta diploma Indulgentiarum quas summus pontifex omnibus fidelibus concesserat pro felici œcumenici concilii nuper incœpti progressu.

↔

In festo Sanctæ Catherinæ Senensis vita et officio defungitur R.P.D. Petrus a Leydis prior Cartusiæ. 6 alias 7 maii vitam cum morte commutavit R. P. D. Petrus a Leydis prior Cartusiæ et generalis ordinis, primo (ut diximus supra scilicet anno 1540) professus domus S. Aldegundis prope S. Audomarum, secundo domus Vallis S. Spiritus prope Gosnayum anno 1530 aut circiter prout habetur in libris fundatorum et officialium istius domus in qua multum laboravit et profecit ; et in memoriam sui fecit se pingi ad vivum in tabula lignea quæ etiamnum asservatur in sacello ecclesiæ dictæ domus. Anno quoque præcedenti 1545 misit eis a Cartusia unam perinsignem tabulam miro artificio intextam aureis materiis, et aliam ad domum primæ professionis suæ S. Audomari, et aliam ad domum Tornacensem. Cuius vitam et opera, afflictiones pariter ac persecutio[n]es forte alii scribent.

Mittit ante mortem (prout R.P. Bibautius fecerat) effigiemsuam et munuscula ad domum professionis suæ et ad alias.

Ad instructionem illorum qui eos damnant qui effigiem sum adhuc in vivis existentes curant depingi tacendum non puto quod Joannes Molanus movet. Cum salvator noster putetur quibusdam sui imaginem non manu pictam sed divinitus reliquisse ut Abagaro regi et Veronicae et Gregorius Magnus in vita ipsius lib. 4, cap. 83 legatur suis monachis seipsum in effigie pariter reliquisse constat manifeste non in universum humano affectu eis laborare qui se in imaginibus exprimi cupiunt et legimus apud Baronium anno 998 S. Niconis monachi Armenii effigiem in tabula divinitus expressam fuisse.

↔ R.P.D. Joannes Valonis.

Successit in prioratum Cartusiæ R.P.D. Joannes Valonis qui fuerat ante diu scriba capituli generalis. Dicitur ordinis amantissimus et suo consilio ac opera multum promovit editionem librorum Dionysii Cartusiani, prout illi gratias agit Theod. Loher in epistola dedicatoria.

↔ Prior domus Scotiæ Brugas appulit.

Domnus Alexander olim prior Scotiæ (nescio quo casu) Brugas appulsus conjectus est in carcere, in quo et perseverare præcepitur ad ordinis voluntatem, donec domui Scotiæ illius culpa desolata ordini restituta fuerit. Videtur bonam egisse poenitentiam ac ibidem obiisse circa annum 1569, nam in charta capituli et matricula istius domus dominus Alexander Schotus (in charta Calam) professus doms Scotiæ, invenitur.

↔ Monitiones et ordinationes capituli.

Prior Lyranus monetur, ut in ædificiis modum servet, si velit Dei et ordinis iudicium evadere.

Prior Gandavi similiter monetur ut utrius statui domus providere studeat alioquin ut absolvatur.

Ordinatum ut uniformitas servetur cancelli construantur pro colloquiis mulierum, alioquin priores lapsis 3 mensibus sint extra sedem suam, et alii in disciplina generali, et tamen in nova statutorum collectione hoc non præcipitur.

In parochia de Merchtene acquisivit conventus noster 6 Renenses guldenses annuos, ut patet per litteras officiorum Wachelgem de data 1546, 3 iulii.

Est et Warandia Bruxellensis de anno 1546, 23 iulii ex parte Joannis Everardi donati huius domus per venditionem cuiusdam nemoris habet conventus 15 Renenses guldenses, unde est chyrographum scabinorum Nivellen, de anno 1546.

↔ Domnus Joannes Gerardi de Monte Aquinæ laudabilis Monialium vicarius.

Domnus Gerardus de Monte Aquinæ prope Schoenhoviam professus domus Ultraicinæ circa annum 1527, et anno 1531 in festo Beati Hugonis ordinis nostri factus est procurator ibidem. Et deinde in festo Beati Gregorii Papæ anno 1543 ex procuratore, institutus est vicarius Monialium domus Sanctæ Annæ ordinis nostri iuxta Brugas qui eidem domui 13 annis, 4 mensibus, duabus hebdomadibus et quinque diebus tam in temporalibus quam in spiritualibus laudabiliter et diligentissime præfuit, et in ædificiis pulchre eamdem reparavit. Obiit autem vicarius in eadem domo in profesto Beatæ Mariæ Magdalenæ hoc anno 1546 et ibidem sepultus est. Iste venerabilis pater post obitum V.P.D. Volpardi prioris domus Ultraicinæ, prima decembris anni præteriti '45, electus fuerat prior a maiore parte conventus dictæ domus scilicet a 13 monachis, et die sequenti confirmatus per patres confirmatores. Qui per litteras conventus sibi super hoc missas intelligens se confirmatum acceptando electionem se post festum Nativitatis dixit venturum, monales autem percipientes vicarium suum per electionem esse ablatum, affirmabant se habere privilegium a capitulo generali, (\Leftrightarrow importunitas Monialium) quod vicarius auferri non posset, et propterea ab instanti nemine sciente certum nuntium ad patrem reverendum miserunt, qui cognita eius confirmatione priori Bruxellæ visitatori provinciae rescripsit, ut electo daret optionem, vel ut maneret vicarius ibidem, aut officio prioratus deserviret. Quod ut cognoverunt moniales tam per semetipsas, quam per cognatos et amicos aures præscripti electi ita precibus et fletibus continuis pulsaverunt (ut licet contra mentem suam, consenserit ibidem remanere, et eisdem de cetero deservire) quod factum ita postmodum pœnituit, ut præ tristitia (ni fallor) infirmitatem incurrit ex qua et obiit. Judicia abyssus multa ; prædecessor ipsius dominus Franciscus Talemanius professus domus Lovaniensis et vicarius Monialium dignissimus anno 1532 a suis comprofessis pariter electus in priorem acceptavit electionem et tamen in prioratu nisi 7 annis recedit plenus infirmitatibus.

Mechlinia celebris Belgarum urbs, pulveris tormentarii in porta quadam adservati, et fulmine tacte, flammis ac fragoribus 7 augusti magna ex parte revertitur ingenti civium numero oedium ruinis oppresso. Hinc distichon :

TVrres ContrIstæ LaCerant VI pVLVerIs aedes
Septena AVgVstI fVLgVre MeChLIInIæ.

\Leftarrow Mariæ Enghemi dominæ obitus.

Eodem mense Maria Lutceburgensis fani S. Pauli comes et Enghemi domina Francisci Borbonii Vendomiæ comitis coniux fato corripitur anno ætatis 76 de qua in superioribus egimus. Et ea qua prodiit regia francorum progenies vide Loerium.

\Leftarrow Status belli :

Conventus Ratisbonæ habebantur. Disceptarunt theologi pro catholicis Malvenda et Cochlæus, pro sectariis Bucerus et Brentius. Eo imperator accessit mense maio. Nihilo maius quam antea operæ pretium. Quin nova iniuria accessit. Theologi sectarii actione vix cœpta discesserant. Princeps plerique quamvis invitati noluerunt accedere, præsentim Fredericus Saxo et Philippus Lantgravius. Malo cogendos imperator iudicant. Maximilianus Buræ comes in Belgii maximas copias coegit, in Germania libertus et Joannes Brandenburgenses quamvis infecti hæresi pro imperatore delectus habebant. Hispanis ex Italia evocati, ad 15 calendas iulii litteræ ad Germaniæ civitates ab imperatore sunt datae. Quibus monuit ne se in fraudem induci sinerent sua patientia plerosque abuti nulla maiestatis reverentia, necessario arma sumi. His datis litteris imperator Ratisbona in Bavariam discedit castra prope Lanshuotum posita, quo valida auxilia a pontifice venerant duobus nepotibus Octavio et Alexandro cardinale ductoribus. Accessere paulo post Hispani ad sex millia. Copiis omnibus Frdinandus dux Albanus præfectus. Adversarii cum validis copiis ad Ingolstadium occurrunt duces præcipui Saxo et Lantgravius. His multi alii principes et civitates aut palam aut voto favebant. Occupato iis castris tuulo, in subiecta imperatoris castra displosis tormentis plus terroris intulerunt, quam damni. In ea irrumpere lantgravius cupiebat quoniam levis munitio errat, verum destitit ab aliis prohibitus. Id nostris saluti fuit, quibus vires impares erant, nondum Belgicis copiis allatis. Et ubi accesserunt, imperator Nerlingum abiit hosteque semper a tergo. Interea Mauricius Saxo adiutus Ferdinandi regis copiis Frederici Saxonis ditionem occupabat quod proscripta esset, et ipsius ditioni confusa providendum erat ne communi domino involverentur. Sectarii ut huic incommodo

occurserent, et quoniam gravi rerum inopia premebantur in Saxoniam iter intendunt. Lantgravius ad suos Francofurtum discedit. Bello fatigati plerique tum principes, tum urbes arma ponunt : ac nominatim Fredericus Palatinus rebus desperatis ac imperatore veniem impetrat, quod ad hostes auxilia misisset. Eius exemplo Wurtembergensis dux, civitates Ulma, Francofurtum Augusta in gratia rediere, sed grandi pecunia multati.

f° 67

↔ Domnus Philippus Vilain professus et sacrista huius domus moritur.

Prima septembribus in monasterio nostro Schutensi vita et officio sacristæ (quod 17 annis exercuerat) defungitur domnus Philippus Vilain professus huius domus qui habuit missam de Domina, procuraverat pulchram tabulam ornatam reliquiis sanctorum.

Domnus Everardus Velthoven anno superiori ab prioratu domus Lovaniensis absolutus pro eo institutus est sacrista hoc anno præcedens.

Franciscus Borgia dux Gandiæ cum academiam et collegium patrum societatis novæ Jesu in sua civitate erexisset addidit et collegium construere in quo ex Maurico genere innocentæ ætatis religione sincera imbuerant una cum litteris, eorum institutionem, publicamque aliorum doctrinam societas susciperet, non levi ob hoc tam publice salutare iinstitutum Francisci Borgiæ merito, ut eius invitatu primum in Europa ludum litterarum societas aperiret. Nam pietas moresque christiani inter docendum melius teneris mentibus instillantur, ut vel hoc nomine si non alio scholas habere eos iuvat ut ad virtutis decus pietatisque permulti sola doctrinæ trahantur illecebra, nec inficias eunt societatem sui se plerumque alere et propagare subsidiis Parisiis hoc anno qui ex eadem societate degebant fungebantur apud cartusienses nostros muneribus suis.

↔ Moritur in schismate suo Henricus rex Angliæ.

Sub huius anni 1547 initium, 5 calendas februarii, Henricus VIII Angliæ rex septimum et quinquagesimum annum agens gangrenæ morbo, qui sinistrum crus atrociter exederat, fato functus filiuim puerum Eduardum VI relinquent, princeps quidem naturæ donis cumulatis, in quo si in voluptates solutior, et inde quæ secuta sunt perversior non fuisset, nihil in eo regium desiderari poterat, hic pontificiam auctoritatem execratus, a quo titulo defensionis ecclesiæ catholicæ decoratus, se caput ecclesiæ anglicanæ miser nec miserabilis constituit, exinde innumeros actus tyrannicos adversus religionis catholicæ assertores atque vindices exercuit, adeo ut irritata tygride sœverior, fœta leæna rapidior, efferato lupo rapacior, sitique exusto dracone virosior evaserit.

Moritur et hisce diebus Anna Hungara Fzerdinandi Romanorum regis uxor 15 liberorum mater, cui cæsar Ulmæ iuxta solvit.

Quin etiam Galliarum rex Franciscus (litterarum parens appellatus) fautor ordinis et benefactor ecclesiæ sacramentis munitus 54 annos natus pridie calendas aprilis defunctus est. Sux-cessit Henricus II.

Cæsar, fratre Fzerdinando adjuncto, qui se in Bohemia tenuerat, in Saxoniam ire contendit. Ad Misnam Abbimque fluvium perventum ad 8 calendas maii. Adversam ripam tenebant hostes. Pontem ut fecerent Hipani quidam milites natatu cymbas rapiunt. Sic triecto flumine nostri consequuntur adversarios, qui de Vuitemberga cogitabant ventum ad manus, pugna ad noctem tenuit, sed capto tandem Saxone multisque hostibus cœsis ceteri dissipati sunt. Paulo post lantgravius ad imperatorem ultro venit. His duobus principibus captivis quievere alii. Accepta ab eis et civitatibus tormenta bellica Mediolanum in Belgas et Hispaniam missa sunt celebris victoriæ ad posteritatem monumenta. Cæsare victoriæ hoc dat chronographicum Mocrius :

Cæsari las aqVILas Vt trVX gerManIa spernIt

CogItVr at LenI sVbdere CoLLa IVgo.

Eo in bello dum Saxonem persequitur (inquit Lipsius post Surium) ad Abbim fluvium ; sub ipsum prīlii tempus, observavit imaginem Christi, in cruce adfixi plumbea glande an impio milite recenter traiectam. Stetit et ingemuit atque alta voce ad Deum clamavit : Domine si vis iniuriam hanc ulcisci, potes : ecce autem me vindicem tuum paratum iuva. Certe audivit et iuvit fuga et dissipatio hostium ad eius aspectum facta ; Dux ipse saucius in manus vernit et bellum uno prælio confectum.

Ostendit Carolus cæsar in re dubia at necessaria nec animi magnitudinem audaciamque nec bellandi peritiam sibi defuisse. Etenim contra ducis Albani præcipuorumque. Ducum sententiam ne Saxo magnis itineribus præcedens e manibus elaberetur, solo cum equitatu eum invasit, præliumque commisit præfatus ad eos qui peditos expectandos urgebant. Cæsar vivere aut mori debo : peditum viginti millium sit loco : Cæsar adest.

Aliqui auctores tradunt primum capuchinum Matthæum Baschium Cæsari animum addidisse his verbis : Quid times Cæsar ? Aut quæ timoris imago occurrit ? Cæsarem fide potius quam ferro munitum non lædunt arma, non terrent tormenta œnea, non militaris impetus, aut hostium insidiæ.

In carta capituli nostri generalis denuntiatur obiisse quidam Christophorus procurator domus Maioresvi qui 84 annis laudabiliter vixit in ordine. Et Monialis domus Brugensis quondam priorissa quæ paulo minus videlicet 80 et alia quæ 81 annis.

Est una ordinatio quæ concernit moniales, et tenor illius hic, ne ultra præfixum numerum novitiæ recipiantur sub poena excommunicationis interminata per summum pontificem reverendo patri Cartusiæ.

f° 68.

1547

⇨ Recipiuntur in Schuet dominus Hubertus a Francia et frater Joannes a Doloribus redditus clericus.

17 maii in Scheut factus est religiosus dominus Hubertus a Francia, Burgundus.

Item 29 junii frater Joannes a Doloribus de Bruxella clericus rezdditus, credo et hunc choraulum fuisse Sanctæ Gudulæ, vere a doloribus dictus, qui dolores multos attulit sibi et matri suæ (dico) huic domui propter scandala quæ commisit ob quæ meruit diutius in carcere quam in celle degere.

Ægidius Beeckman in memoriam sui anniversarii reliquit 30 stuferos annue, est littera de data 30 iunii huius anni sub sigillis scabinorum Bruxellensium.

⇨ Finis processus de bonis Joannis Everaets donati.

Joannes de Keiser et post ipsum hæredes ipsius volebant, (ut in superioribus dictum est) irritare testamentum Joannis Everaets donati huius domus, post diversos processus succubuerunt per revisionem conventui adjudicatam hoc anno 1547.

⇨ Reverendus dominus Cornelius Hey abbas Ninivensis vitam solitariam agit apud cartusianos Bruxellenses.

Reverendus in Christo pater dominus Cornelius Hey abbas Ninivensis pertesus dignitatis suæ relicta mitra (quam ex abbatibus primus a summo pontifice obtinuerat) sed non habitu solitudinem ingressus est in monasterio nostro de Schuet quo anno necdum scio præcise, vezrum hoc anno testudinatum fuit capitulum et insignia prædicti domini abbatis declarabant expensis eius id factum fuisse.

f° 68,

Domnum Levinum Ammonium ab anno 1541 usque ad hunc annum permansisse credimus in monasterio nostro Schuetensi, nam in libro quo adhuc utimur ad sermones capitulares legendos sic scripsit : In gratiarum actionem pro bono hospitio quo usus est apud charissimos fratres suos monachos cartusianos de

Gratia Nostræ Dominæ apud Bruxellam sermones capitulares R. P. D. Guilielmi Bibautii suo labore conscriptos dono dedit anno 1547, mense octobri.

Alius scriptor ordinis dominus Joannes Picus professus domus Parisiensis prior cartusiæ Divionensis ac provinciæ istius convisitator ex vita migravit (de quo vide Bibliotheca Cartus.).

↔ Comitia Augustæ ad quæ profecta est etiam Maria soror cæsaris.

Calendis septembris comitia Augustæ frequentissimo principum conventu sunt coepta. Nam præter omnes septem viros, ac magnam procerum multitudinem advenerat etiam Clivis, cardinalis ruidentinus, Henricus Bruswicanus, Maximilianus archidux Austriæ, qui primus omnium verba fecit. Advenerat etiam e Belgio regina Maria cæsaris soror, quæ ab eo instructa diligenter cum fratre Ferdinando Romano rege egit, renunciata hac dignitate, eam in Philippum Hispaniæ principem, quem cæsar brevi expectabat, transferri permitteret sed cum per hoc animi parum generosi specimen præbiturus esset etiam aliis rationibus ab hac cogitatione cæsarem divertit.

↔ Petrus Aloysis Placentiæ dux occiditur.

Concilium Tridentino Bononiam translatum ac paulo post solutum est, magno piorum dolore . Verum Tridentini cæli insalubritas accusabatur et iussa pontificis urgebant. Cuius filius Petrus Aloysis Placentiæ intra suas civium concursu est occisus, quo impulsore etiam recenti memoria dubitatum est. Ferdinandus certe Gonzaga Mediolano præfectus Placentiam præsidio occupavit, Parmam munivit pontifex, brevi tamen is principatus octavio pontificisnepoti redditus. Scribit Huterus, prædictum Placentiæ ducem parum antenmortem conatum fuisse Genuam trucidentis Aureis in Francorum potestatem restituere.

Za soluto concilii molestior ecttit, quod imperator inter conditiones pacis a principibus plerisque et Germaniæ civitalibus expresserat ut Tridentinis patribus arbitrium de religione permetterent. Sic ea spe sublata in Augustæ conventibus ad concordiam constituendam libellus editus est, in quo doctrina Romana probata, utraque tamen eucharistiæ pars volentibus permittitur, coniugium sacerdotibus, sed episcopi hoc ad Lutheranos dumtaxat, non ad Ecclesia Romanæ adhærentes spectare inquiebant, undeet in synodis suis eiusdem matrimonia incerta, liberoquæ ex eis illegitimos declararunt.

Electoratus Saxonici dignitas solemni ritu Mauritio Saxoniæ duci confertur a Carolo V imperatore 24 februarii.

↔ Cæsar in Belgium redux.

Carolus cæsar Germania pacata ac domita Belgium suum revisit ac primo Bruxellam triumphanti similis invehitur.

Carolus cæsar Augustæ vindelicorum 26 iunii 1548 cum septem viris et ordinibus imperii de ducatu Brabantia, et aliis quibusdam Belgii ditionibus imperium olim agnoscere consuetis transegit, ut scilicet iuvandi imperii causa cum necesse erit libera voluntate et ex benevolentia (ex quo antea nil erant solitæ conferre, ut diploma a ponte Htero sub finem lib. 2 de Belgio relatum manifestat) conferret quantum duo principes electores ad Rgenum habitantes : ita ut vicissim imperium tempore necessitatis aut alio in auxilium requisitum Belgas eorumque principes omni ope et facultate defenderet ubi vero universalem in Turcam cæsar expeditionem decerneret Belgarum princeps in pecunia numarata milite, aut utroque non minus penderet quam tres qualescumque imperii principes.

↔ Maximiliani Austrii in Hispaniam profectio et nuptiæ.

Maximilianus Fzerdinandi filius venit in Hispaniam ad nuptias Mariæ patuelis, et quoniam Philippus princeps in Flandriam discessurus erat rerum Hispaniæ pro socero procurator Philippus eadem classe mense novembri genuam profectus est.

↔ Sigismundus Poloniæ rex moritur.

Prima aprilis mortuus est Sigismundus Poloniæ rex valde catholicus, fuitque eius obitus perniciosus amplissimo Poloniæ regno.

↔ Elizabeth Van Fresen benefactrix nostra.

Ad nos revertamur, 8 februarii 1548 obiit Elizabeth Van Fresen mater confratris nostri domni Firmini Torment singularis benefactrix domus nostræ, quæ reliquit pro memoria anniversarii sui 50 florenos pro tribus emendis scilicet florenis, ut puto præter ea quæ reliquit et dedit cum Firmino marito suo, quæ plura erant.

f° 69

1548

↔ Monialis nostræ Brugensis dono dant monasterio antependium acupictum, quod adhuc integrum enstat. Moniales ordinis nostri in domo Sanctæ Annæ iuxta Brugas acupictoria arte fecerunt nobis præterito anno unum antependium representans Dominum nostrum de cruce depositum, et dederunt hoc anno, ut sibi demererentur priorem huius domus visitatorem provinciæ atque retinerent vicarium, quem habebunt, forte D. Joannem de Monte Aquilæ professus domus Ultraiecti, de quo pariter egimus præcedenti anno.

↔ Reverendissimus dominus, domius Didacus de Sarmento episcopus Cubensis ordinis nostri.

In carta denunciatur obiisse reverendissimus in Chrsito pater et dominus, dominus Didacus de Sarmiento episcopus Cubensis magnus autor ordinis et benefactor domus Cartusiæ alias procurator et prior domus de Covis. Obiit 30 maii præcedentis 1547. Sepultus iacit in cemiterio fomus de V-Covis sub lapide marmoreo.

↔ Christophorus Spinula benefactor domus Januæ.

Illustris dominus Christophorus Spinula dominus de Gerevalle magnus benefactor domus Januæ ibidem habetur obiisse circa hoc tempus.

↔ Ordinatio capitulis.

Ordinatum est hoc anno, ut conversi qui ad R. patrem scribunt vel ad capitulum disertis verbis exprimant statum, nomen et cognomen suum se conversos dicendo sic : Ego, N. conversus, ut possint dignosci an sint conversi an monachi, quod in hac domo intellexi non fuisse servatum nostro tempore.

Ex parte fratris Joannis Everardi habuit conventus domistadium dictum Tgulden Hoost iuxta domum bladorum, sed vendidit reservatis super illud 50 renensibus annuis 4 julii 1548.

Item 17 julii eiusdem anni vendidit aliud domistadium ex parte eiusdem Everardi. Unde adhuc tenet 25 Renenses guldenses.

V.P.D. Gerardi prioris cartusiæ Coloniiensis tanta pietas fuit erga novam societatem nominis Jesu, ut non modo sociis octo Coloniensibus alimenta præberet sed Roman societatis egestate perspecta quingentos ad Ignatium Renenses aureos subsidii causa tranmiserit. Et quoniam aliquot piacularia postulaverat grana, B. Ignatius ei septem numero misit, addidit grati animi ergo Coloniensi priori eiusque monasterio societatis meritorum plenam communicationem.

Hoc anno 4 iduum (alias 14) octobris vita functus est dominus Joannes Morocurtius Nervius, quondam prior domus Valencenensis, illicque hoc tempore qua pietate, qua eruditione floruit. Scripsit Brunoniadum ac Hugoniadum, item Threnodium adversus Lutheranos et alia.

Hoc quoque anno fato concessit domnus Henricus de Bruyne, prior domus Lyræ, 19 aprilis; successit domnus Petrus a Scherpenisse, qui erat prior domus Delphensis et convisitator provinciæ.

⇒ Eleonora soror cæsari Francisci Galliarum regis vidua in Belgium rediit.

Erat hoc tempore cæsar Bruxellæ brabantiae, recepitque nonis decembris e Francia sororem Leonoram viduam Francisci I Francorum regis ad se migrantem.

In profesto natalis Christi obiit Bruxellæ Maximilianus Egmondius Buræ comes et magnus fautor domus Sanctæ Sophiæ, unica tantum relicta filia hæredeque Anna, quæ postea in thalamum convenit cum Guilielmo Nassovio ex qua natus est Philippus Nassovius qui anno 1619 Bruxellis inopina cœde interiit.

⇒ Wilhelmus Punt de Thiela benefactor huius provinciæ.

Anno A549 januarii 15a obiit honorabilis fominus Wilhelmus Punt de Thiela capellanus conventus ten Daell prope Ultraiectum magnus amicus et benefactor ordinis nostri. Dederat enim anno 1546 D. Gisberto procuratori cartusiæ ibidem septingentos et sedecim florenos post obitum eius aliquibus domibus distribuendos. Domus Ultriectina habuit 162 florenos, conventus Capellæ 100, conventus Delphensis 144 florenos, conventus Bruxellæ 100, conventus Campensis 100, et conventus Lovanii 100 florenos, et habuerunt vinum ex parte ipsius domus Monachorum, domus Hollandiæ, domus Amsterdam, domus Sophiæ, domus Delphensis et domus Campensis ordinis nostri. Cuius anima requiescat in pace, Amen.

Domus hæc emit super cartusianos civitatis Lyr 24 Renenses guldenses qui redditus postea fuit redemptus, cujus litteras propter memoriam conventionalium hic subiicio.

In nomine Domini, Amen. Anno Domini 1549, 16 ianuarii stilo Cameracensi nos fratres Petrus a Scerpenisse prior, Henricus de Monte Arnoldus de Arschot, Symon Vanden Roye procurator, Jacobus de Antverpia, Henricus Teneramundensis, Melchior de Vilhorden, Henricus de Lovanio, Nicolaus Terlinc, et Judocus de Teneramunda ceterque conventionales et professi conventus Sanctæ Catharinæ quondam extra muros oppidi Antverpiensis modo in oppidi Lyrensi omnibus et singulis has nostras præsentes visuris et audituris et de licentia R. Patris domus Maioris Cartusiæ in Sabaudia etc. Recepérant a priore fomus huius 500 Carolos semel, quam summam postea frefuderant.

⇒ Philippus II Austriacus ad Carolum V imperatorem patrem venit summis passim honoribus et triumphis exceptis atque inaugurus.

Sub tempus veris anno 1549 tandem in Belgium appulit, ingressusque est Bruxellas Philippus cæsaris filius unicus 22 annos ætatis habens summa patris gratulatione et ingenti Belgarum studio. Quæ deinde secuta est cætas, ea fere tota mirificis erga iuvenem principem exhibendis pompis, dum is inaugurandi causa circumducitur, liberalitate incredibili consumpta est, adeo ut non desint qui annotarint solos Antverpienses, in publica hac congratulatione supra centena tricena coronatorum millia expendisse ; aliis sana quamopulentis urbibus, ad consimilem et suis facultatibus correspondentem magnificentiam inde animatis. Vide Huterum.

⇒ Blasius cardinalis ordinis nostri.

Hoc anno naturæ concessit Blasius cardinalis prior quondam Portæ Beatae mariæ de quo nihil præterea legi quam quod habet Petreius in Bibliotheca cartus.

⇒ Domnus Joannes Burgeti professus et quondam prior domus Vallis Clusæ moritur ætatis suæ anno 102. Viam quoque universæ carnis ingrētus eszt domnus Joannes Burgeti monachus professus et alias prior domus Vallis Clusæ ætatis suæ centesimo secundo anno ex quibus 70 laudabiliter exegit in ordine Paulus Eremita nostri sæculi.

Priori domus Bruxellæ non fit misericordia, et ipso domus visitetur per convisitatorem et socium a conventionalibus eligendum non obstante statuto. Qui fuit prior domus Hollandiæ, et pro expensis itineris habuerunt 19 florenos carolus.

1549

Domnus Petrus Weytens qui anno 1511 venerat ad ordinem et anno 1534 institutus vicarius, nunc autem factus surdaster absolutus fuit ab officio vicarii quod circiter 13 annis exercuerat, et factus est sacrista ad 3 aut 4 menses usque ad festum Omnim Sanctorum; tunc migravit Brugas, factus capellanus ad S. Annam apud moniales quo in loco anno 1560 circa festum Sancti Joannis celebravit jubileum.

Pro eo autem ordinatur vicarius domnus Everardus Velthoven qui tunc erat sacrista, et post discessum prædicti domni Petri Weytens domnus Jacobus Van Dordrecht legitur institutus sacrista.

1549

19/29 maii in prædicto nostro monasterio monachus factus est domnus Petrus Beets a Lovanio bonus infans in S. Jacobo Lovanii, qui in nova domus obiit senior anno 1605.

Extat littera de septem bonariis terræ Tomberghe per conventum emptis sub sigillo de Lenneke anno 1549, 29 maii.

Sylvam seu partem Sylvæ un Itterbeke quidam magister Philippus Hanneton voluit alienare a nobis cum fuissemus in possessione ante litem 36 aut 40 annis et quantum colligo vicimus litem.

1549

Recepit prior in initio anni ab executoribus testamenti patrui domni Huberti Burgundi professi huius domus pro sua utilitate quindecim scuta Franciæ vanlentia xxviii florenos Carol.

23 julii convenit prior cum quodam Joanne Cementario, qui de lapidibus nostris ad domum Puerorum faceret puteum , pro se et pro duobus servitoribus præter expensis habuit 21 Carol. Floren. Et in principio septembbris fuit completus.

R.P. Canisius Messanae in regno Siciliæ degens ad patres cartusianos Colonienses hoc anno scripsit, de rebus suis seu potius societatis suæ certiores reddit. Et quoniam caritas communia omnia facit non pigebit eam hic referre.

⇒ Epistola R.P. Petri Canisii ad patres cartusianos Colonienses.

Tantus nostrorum est ubique profectus, ut in hoc pusillo grege excelsam Dei Gratiam nemo non agnosceret, ac jure summo prædicare possit. Non diu est uti nostis, quod India novus, ut aiunt, orbis dominum Christum profiteri cœpit ubi etiamnum nostri strenue laborant, atque Deo favente crescunt. Nunc in regno Nubiæ, quod Africa complectiotur, et ab Aethiopibus incolitur nova messis accessit : multa ibi Ethnorum millia fide Christi baptismoque donata sunt postquam e nostris quatuor eo destinavit rex ille serenissimus Lusitanorum, qui pro incredibili pietate sua non contentus intra suas. Provincias enutrire nostros, e quibus haud vulgaris doctorum hominum messis emersit, in exteris etiam regione mittit Christi operarios, ut ex feris barbarisque gentibus magna ecclesiæ accessio fiat : atque tam sapienter id facit, ut omnem fidei propagationem in juventute bene instituta sitam maxime arbitretur unus est in dicta, iam Africa locus, in quo regia liberalitas pueros alit sexcentos, datis etiam probatissimis e nostra societate magistris. Quid magis quæso regium, quid tam augustum, et efficare ad semina fidei nostræ per ea loca spargenda ? Hic fructus, hæc summa et scopus, ut ego censeo studiorem, hoc societatis nostræ proprium institutum, quod utinam recte norint universi. Tum in ea India cuius regem vocamus vulgo presbyterum Joannem, expetus est a Romano pontifice patriarcha qui Ecclesiæ nostræ iura, ceremonias, fidemque suos doceret Indos. Abiit igitur, et illuc e nostris unus fide publica destinatus, nec dubium ullum

arbitramur, quin adjuvante Domino sit augendum Ecclesiæ regnum in regionibus illis vastissimis, ditissimis, florentissimis. Ita precandus est summus Pastor ille pastorum ut fiat unum ovile sub unius pstoris tugurio, gentesque efferatæ suavissimo Christi iugo colla sua submittant, præcandus est, inquam, pro hac etiam societate nostra, quam idem qui voluntate sua instituit virtute in dies augeat et ad Ecclesiæ suæ fructum magisque confirmet, Amen.

Addam nonnihil de sacris reliquiis undecim millium Virginum et Martyrum Coloniensium. Ex his capita duo mihi iam pridem Coloniæ data. Est illius autoritate Apostolica Romam, uti postularam, sunt deportata, huc denique transmissa. Igitur, ut in nostrum templum deferrentur, solemnis honestissimaque habita est pompa, totius civitatis ordines convenerunt, præcedebat cum canonicus episcopus, concomitantur nobilissimi cives, suum tenebant locum amplissimi magistratis. Quatuor (ut diximus) ordinem fratrum aliorum sodalitates aderant. Concinebant musici, elangebant tubæ, scholasticorum cerei collucebant. Ad hæc sacris capitibus parata erat sua capsæ, pulchris distincta imaginibus, certis ornata verticibus, undique auro refulgens. Sunt hæc, fateor, non per se satis neque ad pietatem prorsus necessaria sed quæ tam religiose gesta vidimus, ut vel impios Germanos ad pietatem aliquam excitare potuerint. Quasi vero sanctus illa sanctorum idcirco contemnarur, quod in sanctis suis prædictitur martyribus, quod in divorum reliquiis agnoscat, aut in sacris imaginibus intelligatur. Ego felicem sane Coloniam semper putavi, quum cælestibus illis thasauris et sacratissimis pignoribus affluat, feliciorem autem dixerim bona si sua norit, ut debito scilicet cultu, et major in dies reverentia ditissimum penu reliquiarum prosequatur Deumque sic laudet sic veneretur in sanctis suis ut etiam exteri hoc exemplo pietatem suam augeant, magisque confirment, aut certe quidam non imminuant. Verum scribendi faciam finem, amicis omnibus ex me salutem quæso dicite ; scribam ad illos sed alia, ut spero, via litteras mittam. Hoc unm mea ad vos lteræ semper loquantur, hoc subinde repetent, venrandi patres, ut mei memoriam inter præcandum deponatis nunquam, Christum Jesum ex animo precor charitate sua nos impleat et in interiori homine usque quaque reformat, ne sanctissimæ eius voluntati quidquam repugnemus. Salutant vos in Domino, qui mecum sunt fratres et vestras expetunt preces. Messanæ 5 iunii 1549.

Servus in Christo et filius vester
Petrus Canisius Noviomagus.

Nec minor expiandorum rite peccarorum ea se dedit occasio, quod cum et urbo ingenti concussa motu, et de cælo tacta paucos ante dies arx esset urbis, in eaque templum ipsum non sine strage hominum ictu fulminus deflagrasset, ita examinata civitas est ut sese plerique ad componendam animam, et abjicienda confessione peccata converterent, propterea que, ut appareat petierint ab Ignatio duo prædicta crania.

Eodem anno Canisius remissus est in Germaniam atque Inglostadii 6 calendas decembri exorsus est explanare magistrum sententiazrum.

10 novembris moritur Paulus III pontifex anno ætatis suæ 82 vir sapientia, doctrina, et virtutibus illustris, primus istius temporis ecclesiæ universalis deformator, præfuit annis 15, diebus 28. Succedit illi Julius III anni insequentis februarii 7.

Anno 1550 mense januario cæsar gravissimum per Belgum edictum contra hæreticos promulgat, inquisitores per provincias instituit, in non servantes edictum graves quoque pœnas comminatur. Quare sine mora pluribus in locis pertinaces rogo et flammis tradi mandat.

6 calendas martii princeps Philippus Bruxellæ cum proceribus Belgis armatus ex equo docurrit, ac inter se Belgæ et Hispani summa animorum contentione pro gloria certarunt. Sed ferme cum vitæ pezriculo princeps Philippus cum Ludovico aZuniga magno Alcataræ commendatore, qui Belgii gubernator obiit, docurrit casu in dextro capitib[us] tempore, lancea tam vehementer ictus, ut sui impos fierat.

Princeps Pedemuntanus Philibertus Emanuel apud nos tres patres in Schuet devotionem suam tenuit in Hebdomada Sancta ut patet ex registro procuratoris, in quo fatetur se accipere ab eo pecuniam pro sumptibus ibidem factis.

Ultima maii cæsar relictum Bruxella Augustam vindelicorum ad comitia cum filio proficiscitur. Ibi fetrus cæsar multum egisse de Philippo filio ac imperii successionem admittendo, sed restitit Ferdinandus frater in filium Maximilianum ex Hispania reducem iam Bohemiæ regem caritate propentior cum quo interfuit conventui.

f° 71v

1550

In octavis Pentecostes hinc dixessit in Germaniam dominus Jacobus van Dordrecht, sacrista, ut appareat post receptionem cartæ capituli (quæ nobis hoc anno deest). Et eodem die imponitur officium sacristæ domni Joanni Tourneur.

1550

Mater domni Philippi Vilain quondam huius domus sacrista dedit ecclesiæ calicem, quem vocabant dominicalem, atque in eo celebrata fuit missa dominicæ ante Nativitatem Sancti Joannis Baptistæ.

Ex parte D. Thomæ Meeck monachi huius domus conventus quoddam domistadium habuit quod vendidit, et reservavit sibi super illud annuæ 7 Renenses guldenses unde sunt litteræ, sub sigillo conventus de Jericho in Bruxella de data 1550, 20 martii.

⇒ Cartusiani Parisiensis favent societatis cuius laboribus ipsi cruscebant ut habetur in historia eiusdem societatis.

Hoc tempore nova societas Jesu Parisiis tum administrandis divinis rite mysteriis tum piis sermonibus conferendis, præcipue vero demonstrandis orandi meditandique viis suam civitati operam studiumque navabat. Et quanquam templo etiam ipso carebat, sacramentorum tamen frequentem usum modo in sacello domestico, modo in ecclesia Cosmi et Damiani, interdum etiam apud patres cartusianos urgebat : qui præcipua quadam animi propensione templi sui copiam, potestatemque societati faciebant : cuius laboribus etiam ipsi crescebant, duobus circiter ac vinginti paucis mensibus tyronibus aucti. Hæc in hostoria societatis lib. 20.

⇒ Florent in cartusiæ Parisiensi dominus Godefridus Tilmanus et Joannes Parcevalensis.

An multiplicationem novitiorum sibi ipsis dumtaxat tribuere debeant boni isti patres dubito, nam tunc temporis florebat dominus Godefrdus Tilmanus trium linguarum cognitione apprime eruditus, qui hoc ipso anno in lucem edidit volumen sane aureum, in quo sunt allegoriæ et tropologiæ in utriusque testamenti locus vide Bibliotheca Cartus. Claruit in eadem cartusia Joannes Parcevalensis quondam prior qui edidit divini amoris compendium anno 1530, et usque ad hunc annum in vivis permansisse colligitur ex eadem Bibliotheca qui de quodam patre ordinis nostri sic scribit. Placet hic obiter referre, quod ante paucos annos memini me a proba quadam femina huiuscemus urbis Parisinæ audire.

⇒ Heroicus cuiusdam introitus ordinem cartusianum.

Hæc itaque mihi narr abat, unum ex filiis suis juvenem sane multis dotibus insignem, qui ipsa invita, invita etiam patre eius marito ordinem nostrum professus est, sibi ante ingressum religionis talia dixisse : Mater, si tu et pater meus starestis in ostio domus prohibere me violentes, ne monasterium intrarem, ego calcatis vobis pertransirem. Quæ verba hauserat, ut opinor, ex Hieronymi epistola quæ Heliodorum invitat ad eremum et sic ait : Licet parvulus ex celo pendeat nepos, licet sparso crine et scissis vestibus vera quibus te nutrierat Mater ostendat, licet in limine jaceat pater, per calcatum perge patrem siccis oculis ad vexillum Crucis Christi evola, solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Quo autem spiritu illa

prolata sint, plus satis clamat sancta ab eo tempore illius in Domino conversatio, qui etiam multos iam annos feliciter præest cuidem domui ordinis nostri.

Quatuordecim discipulos prædictæ societatis Jesu Coloniæ partim legata a Canisio pecunia partim egregie liberalitate cartusiani prioris alebat Kesselius, qui eis præerat.

Hoc anno cartusianus quidam nomine Henricus Leodiensis professus domus Coloniæ tum vero hospes domus Mantuæ in Italia scripsit V.P. Gerardo ab Hamont id temporis priori cartusiae Coloniensis in hæc verba : Fuit memoria priori nostri hic (scilicet Mantuæ) frater quidam conversus hospes noster, professus autem domus Ferrariae, qui suspectus fuit habitus de vitio proprietatis tam in ista nostra domo, quam in lectuli eius summa quædam magnus niger astare. Porro vehementer territi fratres consuluerunt ut cadaver vesperi occulte extra cemiterium sepeliretur. Cumque eo deferreretur sacco inclusum per quemdam fratrem insigniter audacem et fortem, canis teter eum insequens cadav er illo reluctantate auferre nitebatur et dicente : quod si nihil aliud boni egisset, nisi quod habitum ordinis gestasset, sepeliri tamen debvere. Frater ergo cani nigro prævalens, tandem illum sepelvit. Hanc autem facto, quæsitum est, ac nihil penitus de cadavere proprietarii repertum.

↳ Quanta observantia regularis viquerit hoc temore in domibus Italiæ.

Addit etiam ad calcem epistolæ suæ quod officium divinum in Italia celeberrime persolvatur, quodque priores in ipso primi sint et ultimi, conviviis sæcularium imo et religiosorum ravissime intersint, sed quantum possent sese exhibeant præsentes conventui. Porro novitii ibidem magna cura suscipiuntur, maiori probantur, maxima vero erudiuntur. Et quemadmodum agnus matrem sequitur ita novitius lateri institutoris nisi eundo ad templum, et redeundo in lois publicitis et possibilibus obedit. Det ergo nobis Dominus ipsum et sanctos eius per viam obedientiæ ac paupertatis imitari, et proprietariorum pœnas evadere. Amen.

f° 72v

↳ V.P.D. Joannes Meerhoudt quartus prior huius domus et visitator provinciæ moritur.

10 octobris quæ erat sexta feria obiit venerabilis ac dilectus pater noster dominus Joannes Meerhoudt, quartus prior huius domus, qui fere 34 annis laudabiliter præfuit in officio prioratus, et plusquam octodecim annis strenue gubernavit hanc provinciam convisitatoris et postea visitatoris fungens officio, multum ampliavit domum istam in redditibus acquirendis et præcipue in ædificiis erigendis. Quantum ad conversationem fuit vir exemplaris, zelosus, maturus, probus, laudabilis vitæ, boni nominis et famæ. Hæc de verbo ad verbum ex monumentis domus addam ea quæ in catalogo priorum habentur: Hoc domino mortuo scilicet Mathia Middelburgh in priorem electus est Joannes Meerhoudt in Campinia natus. Qui cum antea Bruxellis in loco qui dicitur Nazareth, fuisset anno 1507 ludimagister in festo S. Valentini habitum ordinis nostri suscepit. Factus postmodum sacrista et anno 1516, 16 novembris procurator. Et in aprilii sequenti die 18 anni 1517 eligitur prior et confirmatur. In hoc officio constitutus factus est convisitator et visitator principalis laudabiliter se gerens in omnibus. Calculo in fine vitæ plurimum laboravit, qui et causa mortis ei fuit anno 1550 10 oct. Bruxellis in diversorio conventus, nam Lovanio veniens hic propter morbum invalescentem nimium debilitatus, compulsus fuit manere. Post mortem sectus, lapis maior gallinæ ovo in eo inventus est ; plurimum hic bonus dominus conventum promovit, nam et novum templum suo tempore perfecit.

1550

Eodem mense circa festum S. Lucæ Evangelistæ in priorem eligitur dominus Petrus Mertens, natus in Beisberge, professus et procurator huius domus quo officio functus fuerat 7 aut 8 annis. Instituit dominum Joannem Velthoven tunc vicarium in procuratorem et dominum Gasparum van Winghe promovit ad officium vicarii. Quod ninus dominus Gaspar laudabiliter et strenue exercuit, multamque lucem suis annotationibus in calendario attulit ad notitiam horum temporum, et opportune cum aliis subsidiis destitueremur.

1551

Circa initium anni 1551 novus prior dominus Petrus Martini accepit a reverendo abate hospite suo Ninivensi octingentos florenos mutuo, de quibus cum habeam litteram, ejus copia subjungo.

↔ Pecuniæ mutuo dataæ a reverendo abate Ninivensi.

Nos Petrus Martini prior, fratres Isperus N vicarius Everardus a Velthovia procurator, omnesque et singuli conventuales fratres monasterii Beatae Mariæ de Schuet iuxta Bruxellam ordinis cartusiensis Cameracensis dioecesis cognoscimus et fatemur per præsentes accepisse amicabili mutuo in promptis et numerateis pecuniis a reverendo in Christo patre et domino, domino Cornelio Hey abbate monasterii SS. Cornelii et Cypriani iuxta Ninive pro certis terris arabilibus emendis seu emptis et conquestis in Leviaco Beatæ Mariæ (↔ Terræ arabiles in Leviaco Beatæ Mariæ emptæ) aduersus quemdam vulgo nuncupatur Merchet civem Bruxellensem, summam videlicet 800 florenorum Caroli quemlibet florenum ad viginti stuferos computandum. Quam quidem summam eidem domino Cornelio seu eius successori vel alteri sacerdiali vel spirituali per translationem seu donationem inter vivos vel alias actionem seu jus ad præsentem obligationem habenti seu habentibus satisfacere et reddere promittimus omnibus cavillationibus, fraude, dolo, seu privilegiis habitis vel habendis, impetratis seu impetrantibus seclusis infra 5 annos a data præsentium cum 150 florenis annue, et ultimo et quinto anno 200 florenis supradictis, unde primus annus et terminus sedet decima die martii proxime sequentis videlicet anno Domini 1552 et sic de anno in annum, et de termino in terminum usque ad plenariam satisfactionem dictorum 800 florenorum pro quibus denariis et solutionibus prænominatis. Nos obligavimus, et per præsentes obligamus omnia bona antedicti monasterii nostri præsentia et futura, mobilia et immobilia ubicumque locorum illa fuerint situata et personas nostras proprias si opus fuerit, hac conditione adjecta quod si singulis annis et terminis supradictis annualem summam sicut præmittitur realiter et cum effectu dicto domino Cornelio seu eius actionem et jus habenti plenarie et integre non satisfecerimus, imo tribus hebdomadibus post quemlibet terminum seu annum elapsis, integram summam restantem satisfacere et solvere promittimus et obligabimur, quibuscumque annualibus terminis conditionibus seu conventionibus præscriptis non obstantibus. In cuius reu testimonium atque omnium et singulorum præscriptorum robur et fidem præsentibus litteris nostris obligatoriis sigillum nostri conventus et monasterii apposuimus, atque manu propria subscrisimus et subsignavimus anno Domini 1550 ante Pascha stilo Cameracensi (tunc omnes annum incipieban a Paschate). Ita best. Subsignavit frater Petrus Martini prior et frater Everardus Velthoven procurator.

Summa persoluta fuit per prædictos terminos et annos, de quibus quitantiae extant. Præter fidem historiæ habes hic lector, exemplar absolutissimum litteræ obligatoriæ. In memoriam anniversarii sui idem prædictus dominus Cornelius Hey acquisivit super monasterium Lyranum cartusiani ordinis redditum 6 Renensium Guldensium quem huic domui assignavit. Sunt litteræ conventus sub utroque sigillo conventus scilicet et prioris de data ultimi februarii 1550 puto eodem stylo Cameracensi. Sed est nunc redemptus.

f° 73

↔ Henricus Kempt et Ægidius a Prato veniunt ad ordinem.

Domnus Petrus Martini prior prædictus recepit ad ordinem hoc anno 19 maii domnum Henricum Kempt et 3 augusti domnum Ægidium a Prato Bruxellensem.

↔ Domnus Cornelius de Muyderberch professus domus Ultraiectinæ officio sacristæ 36 annis functus est. Domnus Cornelius Lamberti de Muyerberch professus et senior domus Ultraiectinæ vitam cum morte commutavit 15 februarii anno 1551 postquam 36 annis et 6 mensibus officio sacristæ diligenter et devote deservisset, absolutus ab eodem officio propter nimiam suam infirmitatem quatuor tantum hebdomadibus ante obitum suum cum quinquaginta annos ab ordinis ingressu fere implesset.

↔ Domnus Joannes Torneur sacrista domus Bruxellensis scripsit hoc anno libellum de ornamentis ecclesiæ sibi commissæ

Domnus Joannes Torneur sacrista vero huius domus cum primis industriis scripsit hoc anno libbelam de thesauro et utensilium ecclesiæ quem domni priori dedicavit et adhuc extat, ut si quis velit scire qualiter dotata fuerit ecclesia hoc tempore poterit cum consulere.

↔ Regina Maria in Belgum revertitur finitis comitiis Augustinis et Philippus princeps in Hispaniam. Regina Maria a fratre cæsare impetratae decreti contra hæreticos editi moderatione in Belgum 6 idus marii hoc anno 1551 iter instituit. Idibus februarii comitiis Augustanis finis fuerat factus rejecta religionis causa ad concilium Tridentinum. CVæsar cum frater Romanorum rege Inspruchum contendit. Princeps Philippus cum patruele Maximiliano Tridentinum pergit inde Montuam, Mediolanum tandemque Genuam ubi consensio Andræ Auriæ triremibus Barcilonam in Hispaniam 3 idus julii appellunt, terrestri itinere Madriliam pervenient.

Obierunt circa hunc annum ut ex chartis capituli patet in prims reverendissimus dominus, dominus Floreanus Fusta – Wanhamia archiepiscopus designatus Du..mensis novitus in domo Magu---- putatur Maguntiæ ordinis nostri.

Reverendissimus dominus, dominus Georgius a Harens archiepiscopus Laudensis magnus fautor et amicus ordinis.

Reverendissimus dominus, dominus Fradericus Naufea episcopus Viennensis Austriæ amicus et fautor ordinis.

Reverendus dominus, dominus Ruffus Plomerii decanus ecclesiarum catholicarum Gratianopolis et Valentiæ.

Juris utriusque doctor et consiliarius parlamenti Delphensis magnus amicus et fautor ordinis.

Vita quoque defunctus est circa hunc annum dominus Petrus Cheyssi professus et diligens sacrista fdomus Cartusiæ, qui laudabiliter officium sacristæ exercuit per annos 25, minus quidem quam prædictus Cornelius, non tamen minori admiratione dignum cum in dicta Cartusia crebriores fiant mutationes.

f° 73v

1551

↔ Moritur dominus Joannes Gay prior domus Hollandiæ qui multos labores sustinuit pro ordine. In festo S. Laurentii e vita decessit V. P. D. Joannes Gaij, prior domus Hollandiæ iuxta Monten Sanctæ Gertrudis, præcipuus benefactor domus huius, qui dedit semel in eleemosynam ducentos Renenses, et adhuc centum pro muro construendo, et frequenter pisces gratias et pitantias dedit fratribus. Dedit etiam domui Lovaniensi redditum annum quinquaginta florenorum ad emendos pisces. Multumque in charta sequentis anni commendatur quod multos labores subierit pro bonis capitulo generalis et carthusiarum in provincia Teuthoniæ : habuit monachatum.

↔ Nova belli Galici causa.

Hujus anni initio Octavius Farnenius a socero cæsare alienor factus partim ob mortem patris Petri Ldovici Farnesii, eo (ut existimabat) connivente procuratam, partim propter eruptam a cæsaris ducibus Placentium ad hæc interitu avi Pauli III pontificis temerarior factus de cæsaris amicitia diffidens converso ad Henricum Franciæ regem animo eius sibi partes amplectandas judicavit atque (↔ Importune Octavius Farnesius in clientelam Galli Regis concessit) indicavit per Horatium Farnesium fratrem cupere se Parmam regis præsidio contra cæsaris vim defedere. Hoc licentiosum facimus Julius III iniquissime tulit, quod nisi suo præcise consensu rem tantam temere suscipi debuisse diceret, nam initio pontificatus sui in Parmæ ac Placentiæ imperio confirmarat urbisque Romæ præfectum nominarat. Hæc res initium præbuit

calamitosissimo et maxime diuturno bello Gallico, quod non Italiam et Germaniam tantum sed et Belgium et Leodiensem ditionem pervasit et multum afflxit.

Henricus II Galliarum rex, paternam amicitiam cum Turca renovat, atque in Aquitaniæ, classe clam instructa undecimi Belgarum onerarias cum mercibus in Hispaniam pacis fiducia tendentes intercipient.

↔ Bellum a Maria Austria contra Gallos ob violatas pacis leges publicatum.

Maria Austria cæsar is soro Belgicarum navium direptione violatam a Francis pacem judicans, detentis eorum mercatoribus et mercibus 6 calendas octobris (alias 4 calendas in S. Michaelis profesto) Bruxellæ bellum in Gallo iubet publicari.

↔ Archiepiscopi tres imperii electores et plurimi ex csaris clientelis et Belgis Tridentini comparent.

Ad calendas septembres Tridentini concilium resumitur. Profecti sunt illuc, instante cæsare, tres Germaniæ archiepiscopi electores Moguntinus Coloniensis Trevirensis et præter hos etiam aliquot Gdermaniæ antistites. Austriacus præsul Leodiensis per valetudinem se excusavit, misso pro se Wilhelmo a Pictavia scholastico Leodiensi, viro sicut generis nobilitate, ita admiranda doctrina et maxime pietate præstanti. Erant in eius comitatu et aliquot litterarum sacrarum viri periti, et inter eos Anthonius Gherardus ad examen ordinandorum et parochialibus ecclesiis præficiendorum inter alios designatus, vir ut modestissimus ita et S. Th. Peritissimus. Profecti et eo, instante cæsare, universitatis Lovaniensis aliquot in theologia magistri Michael Bayus ab Atho, Joannes Hessels a Lovanio, et Cornelius Jansenius Hulstensis S.Th. doctores.

Quo amandati ex Francia legati (quam decretis edictisque id est censuris suis pontifex in se concitaverat ob Octavium Farnesium in fidem et clientelam receptum, et Parmæ (quod est ecclesiæ Romanæ feudum) præsidium impositum) in pleno senatu P. C. sunt attestati multis rationibus regem (maxime vero propter susceptum in se bellum) adduci in eam sententiam, ut conventiculum quoddam architecto et machinatore omnium pontificum et factiosam coitionem potius esse quam synodus crediderit. Iterata tamen ea res, usque aliquo est continuata.

Sub finem anni Maximilianus Austriæ archidux cum uxore ac liberis ex Hispaniæ in Italiam, indeque Tridentum v enit ; elephantem Lusitani regis donum dicens ; maximo ei a patribus principumque legatis in concilio Tridentino congregatis cum honore obviam est itum, lautiaque cum comitatu aliquot diebus a cardinale et senatu pfræbita, domisque abiens perhumaniter exultus. Obniponti patrum sacerorumque cæsarem salutat, uxor Maria patrem.

8 novembris Mauritus septemvir cæsar is nomine Magdeburgum ditione capit, sed cum eius sacerum Hessim libertati non redderat, iunctis aliis Germaniæ principibus cum Francorum rege fœdus facit.

↔ Germania in cæsarem concitatur.

Videtur mihi hac in re cæsarem pertinaciorem fuisse, cum et fratri Ferdinandi et aliorum prope omnium principis litteræ ad ferrarentur, quem scilicet Hessim etiam non pugna sed ditione facta cœperat. Sed quid Dei permissu omnia fiunt ad peccata regum et populorum punienda.

↔ Prior domus Lovaniensis absolvitur.

Hoc anno 6 octobris dominus Hubertus Knobbaut prior absolvitur a prioratu domus Lovaniensis in actu visitationis factæ per dominum Petrum Scherpenisse priorem domus Lyranæ et visitatorem huius provinciæ assimpto secum domno Gherardo Goersnoven priore domus Sancti Joannis Baptiste in Zeelem in hoc actu vices agente patris convisitatoris qui tum erat dominus Theodoricus de Meuwen prior domus Sanctæ Sophiae prope Buscoducum. Deinde quarto die post, nempe 10 octobris, cum in electione novi prioris voces non concordarent dominus Joannes Zurpel professus eiusdem domus Lovaniensis institutus est per eosdem patres visitatores in rectorem quem sequens capitulum anno 1552 confirmavit in priorem :

mirum certe dictos patres in festo S.P.N. Brunonis (in sextum diem octobris pariter) incidit recitasse scrutinum ac visitationi finem imposuisse, modo non sit error in numero.

f° 74v

1551

↔ Constantia et devotio Wilhelmi Kanter postulantes ordinem nostrum.

10 Novembris venit illuc habitatum quidam adolescens nomine Wilhelmus Kautert Amsterdamensis, cui ob singularem devotionem quam habebat erga sacrum ordinem nostrum præsidens domus cum consensu seniorum permisit ut habitaret in una camera hospitum, sicut ipse summis precibus expetierat, videns se non esse receptibilem propter defectum ætatis, nam 18 tantum annorum erat. Verum propter importunitatem amicorum, quibus id vehementer displicebat iterum in profesto regum coactus est redire ad locum unde venerat, datis 7 Renensibus pro suis expensis. Paulo post tamen præ nimio quem habebat ad ordinem affectu circa festum Paschæ Coloniensem petuit Cartusiam, ut ibi nullas a suis parentibus molestias pateretur, ubi et receptus fuit.

9 decembre venit illuc Lovanbuim similiter habitatum magister Guilielmus Lupi Rhetor (forte rector) universitatis Lovaniensis, qui ex gratia patrum visitatorum et consensu conventionalium obtinuit, ut possethabitare in claustro monachorum, solvens expensas et vivens ut monachi quoad portionem, habens tamen libertatem eundi quocumque vellet. In eadem domo vitæ finem fecit in statu præbendarii V.D. et magister Andreas Isebrandi, ut supra dictum est anno 1539. Hoc tempore habebamus in Schuet R.P. Cornelium Hey abbatem Ninivensem, et quoniam cum salute animarum et aliae devotæ personæ, quæ forte iugum ordinis ex toto sufferre non poterant, olim admissæ sunt ad coabitandum nobiscum placet congratulationem Justi Lanspergii devotissimi patris et vere cartusiani ad longum huc referre, quam scripsit dedicando Enchridion militiae Christianæ, venerabili ac Deo devotissimo Christi sacerdoti domini Danieli Arents Gheervlietensi olim canonico, ecclesiæ in Cortenaeken pastori, etc. tunc temporis vero Agrippinæ apud cartusios patres intergerrimam vitam agenti.

↔ Domnus Daniel Arentz ex canonico et cantore imperatoris præbendarius in domo Coloniensi.

Nescio an ulla in re alia, optime Daniel, tibi sit magis gratulandum quam quod dissectis vinculis mundi, quibus certe tam variis, quam non paucis olim fueras irretitus, totus nunc liber, totus a mundo absolutus, nec imperatorii (ut solebas) terreno, sed Christo tantum servis. Agebas iamdudum vitam inter canonicos duorum triumve collegiorum, novissime in aula imperatoris, in musicorum turba, insignis, et optimatibus cunctis charus : scis autem ipsa, quam musici fere omnes (ut pace illorum id loquar) hoc est ii, qui discantandi sectantur officium, hominum sint genus indevotum plenum que ac leve. (↔ Musici plerumque indevoti ac leves). Adeo, ut eam ab rem, tu hodie quoque plangere non desinas te, aliosque item multos candidis licet moribus alioqui ornatos cantionem studiis, his fuisse, esseve hodie nimium inescatos, quanoquidem religio plerumque haud grandis, devotio fere nulla, atque postremo exigua virtus ; vanitas vero multa huic sese professioni admixet. Et sint licet fortasse auditores nonnulli qui animo ex musicorum (quos figurativos vocare solet vulgus) harmonia, concentuque in templis compungantur, eos tamen qui discantant (dicere tu soles) omnium esse indevotissimos, atque a morum maturitate haud raro alienos. (↔ Mundi seu sœcularem conversationem particulatim deplangit) Quare non possum iam tibi ex iis mundi retibus erepto non gratulari, potissimum autem, quoties pro tam inutili, infructuosaque tam ætatis quam temporis consumptione te audeo gementem. Indefesse enim plangis quod huic arti, huic professioni, etiam renitente natura ac moribus, operam nimiam navaveris, quod in excellentissimis canonicorum aliquot collegiis mundo quam Christo magis servieris, quod stipendia opulenta otiosus receperis, quod in aulis principum atque adeo cæsaris pro pane (ut tuis utar verbis) discantaveris. (Hoc namque quare discantandi officium quamvis tibi quoque invisum sectatus sis, unum in causa fuit ut te tuosque aleres) quod denique principum, optimatumque aliorum tibi conciliaveris gratiam atque favorem, quod beneficio uno non contentus ecclesiastico, possideres plura ; in quibus licet omnibus vitam sis visus agere satis honestam ac mundo laudatam, omnia tamen hæc laqueos, retiaque tibi fuisse nunc sentis quibus præpeditus tardior ad

Christum fueris conversus. Volebas enim contra Salvatoris sententiam et mundo servire et Deo. Quorum cum neutrum absolute faceres (quandoquidem nemo utrique potest servire) quasi inter maris fluctus ambiguis tentationum atque eventuum procellis huc illucque quotidie iactabar, et licet nunquam non sentires te periclitantem, portum tamen etiam suspirans, haud quaquam potuisti attingere. Otiosam neminique fructiferam vitam tuam ipse causabaris, at hanc quomodo exueres, quomodo correctiorem ageres, quomodo denique a mundo ageres abstractam, aut quomodo Christo te soli arctus dedicares invenire haud popteras. Mirabar sæpenumero monachorum solitudines, amabas illorum vitam, utpote sanctiorem hanc multoque aliter quam quidam obgannicunt, inveniens, totumque te illis optabas conformari. Verum obstantibus rebus aliis non paucis tanto illam tempore, quamvis expectabundus amplecti distulisti, quoad iam ferme seni, visibusque per exantlatos laboresexhausto, nemo sit qui sumendam hanc tibi suadere audeat. Itaque tum sic varia tecum meditaris, quomodo huius vitæ instabiles periculososque evitares aufractus, retrahebat nihilosecius te pietas illa laudatissima, quæ parentes egenos inopemque sororem alere te cogebat. Hos namque ne relinqueres inopes ac selolatos ipsa humanitas efflagitabat ceterum cunctis qui tua sustinebantur ope hac luce defunctis, superna illico lux te uberius clariusque illustravit, beneficiis namque mox omnibus resignatis allisque quibuscumue quæ te illaquerre solebant, amputatis magis quam solutis de terra et cognatione tua velut aliter Abraham egressus es ad desertum et cartusiensium solitudinem fugiens. In qua quamvis vestem non mtaveris, monachorum tamen vitam ac mores in reliquis omnibus ad amuosum imitaris, cum eisdem ieunios, cum eisdem psallens, cum eisdem denique solus cellam incolens. Hic certe divinæ in te gratiæ fuvat admirari potentiam quam ut ad Dei gloriam in aliorum quoque ædificationem prædicemus sinas oportet. Referam igitur quanta tibi (ubi bonam in te offendit voluntatem) fecerit Deus. Cur enim hæc taceam, cum non ignorem multos adhuc superesse in sæculo bonæ voluntatis homines tum obstrictos vitiis, tum sæculi negotiis illaqueatos, timidos quoque ad correctiorem vitam, atque ne fortasse hanc tolerare nequeant formidolosos, tuo hoc exemplo convertendos, ut iam non quomodo gloriose delicateque post hoc vivant, sed quomodo felicius moriantur, sint meditaturi. (↔ Quanta vitæ mutatio) Quis enim desperet divinam gratiam, ea quæ in te operata est, in aliorum quoque cordibus posse operari, ut Danielem sequantur hodie pœnitenter, cui in delitiis heri arriserant gaudenti ? Itaque eam ob rem libet recensere quanta sit in te facta mutatio dexteræ Exelsi. Vivebas olim in aula cæsar, et ob naturæ complexionisque teneritudinem cibos nisi acuratissime præparatos, fastidiebas. At modo inter cartusianos vivens, fabas, ova, aliasque id genus rusticos ac bis coctos cibos non solum toleras, sed in deliciis quoque habes. Inter imperatoris optimates olim cunctis familiaris et charus agebas, verum nunc in cella sols etiam inter compunctionis lachrimas es alacrior. Quid de beneficiorum ecclesiasticorum multitudine dicam ? habes enim ea in re multos, qui tibi pernici ci huius præbuerunt exemplum, quive tecum sunt hunc secuti errorem, patrones. Quotus enim est hodie, qui iis retibus se non patiatur vel ultro obligari ? Quotus qui non plura, si obtinere queat, recipiat beneficia ? Videmusne miseros beneficiorum sarcinis prægrandibus gravatos, plura adhuc querere onera, quæ infirmis imponant humeris, eisdem aliquando obcuendos ? (↔ Quantum mundanis rebus nudatus) Sapientissime igitur tu consuluisti tibi, qui beneficiis cuentis resignatis vix tantum pensionis tibi servasti, ut sobrie edas. Nullem hodie habes beneficium, niullo comitaris mancipio, non tibi ad prandium sedenti astat minister. Idem es qui imperas, et qui imperata exequaris. Praeter te tibi servit nemo. Christus enim tibi solus omnia est. Pro cuius amore, adeo fastum et mundi ostentationem cum divitiis omnem a te abdicasti, ut pauperibus infirmis atque Christi etiam minimis haud insuaviter famuleris. (↔ Præbendarii obedientia) Qui iam pridem inter musicos lætabaris tua nunc tristis ploras in solitudine delicta : et unius hominis vocem (cui obedientiam promisisti) tremis, qui pluribus olim imperabas. Rideant hæc qui spiritum huius mundi receperunt, qui Ecclesiæ beneficiis multis pinguescunt qui carnem sectantur et otia, qui musicorum levitatibus oblectantur, qui denique Christi (↔ Mundanos deplorat auctor) patrimonio suam carnem saginant, at haudquaquam nunc (quod illis aliquando audiendum est) mente percipiunt : fili recepisti bona in vita tua, propterea nunc cruciaris. Quam felicius agerent si tua exemplo inducti, mundum mundique relinquerent contagia. Heu infelices vos, quotquot hæretis mundo, quotquot rebus confiditis caducis, et iis nitimini, quæ in die iræ et calamitatis ac miseriæ vestræ nihil vos iuvare possunt. Metuitis converti ad Dominum, quandoquidem viam audistis esse arctam, quæ dicit ad vitam. At non attenditis

quam angustiabitur vobis, quam modo latam ambulatis, via vestra, idque præcipue in fine quando omnes cogitationes vestræ peribunt cum dissipabuntur consilia et studia vestrum quanda opera vestra in vos clamabunt, vosque domnabunt, quando postremo quæ amastis omnia, in quæ ve sperasdtis, ut somnia vos deserent et nudi, horrore ac metu pleni exhibitis iuxta delectationum, ambitionum gaudiorumque vestrorum ineptias, impietasque mercedem recepturi. Legistis arctam Christi viam, legit simul quæso et experimini iugum eiusdem suave et onus leve. (↔ Exhortatio ad fugam sæculi) Lassati estis in via iniquitatiæ, et in delitiis et iniquitatibus vestris laboratis. Sed audite iterum quod Christus ait : Vnite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et invenientis requiem animabus vestris. Tallite iugum meum super vos, etc. Quid meticulosi hæsitatis ? quid trepidatis adhuc cunctabundi ? Quid Danielem vestrum sequi vos pudet ? Si servire pudet, pudeat vitiis esse subiectos. Gloria est maxima, esse servum Christi. Opes sunt imlmensa propter Christum paupertatem amare. Porro quam speciosa continentia sanctimoniaque carnis, quam iucunda simplicitas, innocentia atque sobrietas ? ut numquid in Christi est aliquid servitute, quod in universum non sit candidum, ornatum, honestum ac cultum ? Verum deterret vos fortasse iam aut ætas gravior, aut vita austerioris insuetudo, aut corporis lascivia, fracti imbecillas. Quis vestrum hoc Daniele imbecillior ? Quis tenerior, quis denique ad adversa erat subeunda timidior ? Ad nonam in Dei vineam accessit horam grandævus, iam visirus deficiens, devotione sola reflorescens. (↔ Quanta gratiæ Dei vis) At modo in Dei mandatorum via non solum ambulat, sed currit etiam iuvenibus ferventior. Cuius hæc, nisi Christi tua sunt dona ? Videtis quanta mutatio hæc dexteræ est Excelsi. Videtis quantum gratia naturæ prævaleat. Quis igitur post hac formidolosus de Dei desperet adiutorio ?

Novit piissimus Dominus (modo bona accedatur voluntate) dura frangere, molesta reddere suavia, novit malesuavia in fastidium vertere, atque rursus quæ fuerant fastidio mutare in desiderium. Tot olim iuvenes, tot pueri, senesque ac tenere puellæ pro Christo sanguinem fuderunt, tot inædias persecutioes exiliaque passi sunt, et nemo ad non servendum Deo causatus est ætatem, aut imbecillitatem, et adhuc vos pavetis ! Verum ad te revertor optime Daniel. Tu quod cœpisti perficias : Non hæc in tuam sed in Christi laudem commemoravi. Siquidem tuum aliquid in his, ne tu quidem agnosca, Christi est virtus, Christi opus, Christi mutatio. Humilior idcirco non elatiorsis necesse est quandoquidem eum, qui multa a Deo recepit dona, pro multis quoque respondat oportet : Ceterum ne studiis tuis optime desim, quibus mortificandis vitiis impiger insistis mitto tibi nostræ Christianæ militiæ Enchridion, simul te præmonens ne perfectum absolutumque opus ac multæ eruditionis te recepturum expectes, sed hoc quod equidem ferme puer sive adolescens altero conversionis meæ anno mihi ipsi præscripseram. Quandocumque enim salutare mihi quid circa exterminandas vitiorum passiones in mentem venit sumpta charta ocios assignavi quo alia vice in pari conflictu constituto mihi lex et devotio iuxta quam ompenderem pro virtute conatum. Hæc subinde in ordinem conscripta tibi pro eisdem obnixe raganti optime fili, communie facio, non quo te veluti magister qui hæc ante perfecerim doceam, sed ut qui in via Dei me tibi comitem præbeo, quo eundum sit nostrum utrique commonstrem. Hæc aptiori loco fuerant recitanda, sed prius non legeram, nec dies, emortalis huius præbendarii mihi cognitus est, dedit autem domui Coloniensi linteum cum viva effigie sua eleganter pictum, quo annis singulis quadragesimali tempore cooperitur altare. Nec ita miraum si cantor hic imperatoris solitudinem petierit, cum ipsem imperator paucos post annos se imperio abdicaverit et in monasterio Sancti Hieronymi se abdiderit (condiderit ?), religioso ad id secessu opportune delecto, sibi et a solitudine otium, et a loci sanctitate suffragium habere posset.

27 decembris obiit venerabilis vie, magister Arnoldus Halvermylen secretarius oppidi Lovaniensis, magnus fautor et benefactor domus ordinis nostri in dista civitate qui anno 1548 dedit eidem domui donatione inter vivos 24 Renenses annuos pro sustentatione unius monachi, et statim eodem tempore quo p@dictum redditum contlit, petivit ut ex prima receptione prædicti redditus poneretur una fnestra vitrea in ambitu. Insuper conventui reliquit in suo testamento pro uno anniversario 4 Renen ses annuos redimibiles denario 18.

Magnum adhuc hoc tempore curam gerit B.P ? Bruno pro domo sua in Calabria ubi eius reliquiæ quiescunt nec minorem pro personis quam pro bonis domus Dei. Venerabilis vir dominus prior Sylvius refert quod cum hoc anno 1551 necesse habuisset pabulatum dimittere vaccas monasterii, ad oram maritimam dimiserit, circa tempus autem hibernum appulerint et applicuerint triremes aliquot Maurorum, qui paulatim in continentem ingressi ut obvia quæque prædarentur, inciderunt in gregem monasterii, fugientibus autem pastoribus et gregem derelictibus, invaserunt nullo resistente peculium domus, nec tamen aliud damnum intulerunt, quam quod cum vitulis ipsi spuria vitulamina citulari cœperunt, agente et ita providente Deo, qui hoc servo suo Brunoni concessit, ne domus ullum pateretur detrimentum. Auxit autem admirationem, quod ulterius progressi Mauri prætermisso hoc grege allæso, alium statim invaserint, quem partim occiderint partim fugarint, nulloque resistente cœperint, coesis pecoribus plurimus opulari, cumque satiati fuissent reliqua præda triremes suas onenarunt, moxque in altum mare vela dederunt.

Visum est sane prodigo simile quod iidem piratæ relicta præda quam iam captam tenebant, eamque vicinam stationi triremium ad quam proxima potuit esse compendiosior convectio remotionem aliam quæsierint et non sine difficultate ad piraticas suas traxerint.

↔ Principes Germaniæ cæsari rebellant.

Anno 1552 principes Germaniæ cum Gallo, fœdus ineunt contra cæsarem, concilium Tridentinum dissolvitur.

Principes Mauritius Saxo et Albertus Brandenburgicus Germaniæ urbes cæsari subditas titulo libertatis misere afflidunt, capiunt, vastant, et occupata Augusta Carolum.

Cæsarem nullis copiis militaribus fultum in fugam conjiciunt. Adjici queat immanis, prorsusque insana marchionis Brandenburgici Alberti Lutherico poculo ebrii Moguntinam in urbem ingressio anno Domini 1552. Etsi enim urbis muros et propugnacula non diruit, quæ tamen muris et propugnaculis omnibus erant meliora et sanctiora, quæ urbem ipsum nobilissimam arcum instar exornabant, tempa Sancti Victoris, Sancti Albani, Sanctæ Crucis totamque cirtusiam sacrilegis barbarisque flammis absumpsit ut dici posset quod Francorum regi anno Domini 765 scribebat de Longobardorum Romam urbem obsidentium impietate et feritate Stephanus pontifex : Ipsi, ait, lapides nostras desolationes videntes ululant nobiscum. Serarius in hist. Mogunt. Quia et cella salutis in Tuckelhausen in hoc bello margravico anno 1552 misere spoliata atque exactionibus exhausta et pene attrita fuit.

↔ Solidz Galli victoria occupatis Tullo, Virduno, Meti urbibus, quas hic usque possidet.

Gallus cum maximis copiis Germaniam ingreditur non per Arthesiam, Hanoniam et ditionem Leodiensem, ut existimatum fuerat sed per Lotharingiam, ubi Tullum, Virdunum, Metim imperio subtrahit et Lotharingiam occupat, rex Carolo cum matre vidua ad se vocato filiam illi suam Claudiam Francicam despondet, et eum in Franciam reclamante, plorante regique male precante Christierna matre, ut cum filio delfino enutriretur mittit.

↔ Preces pro pace institutæ.

Priores ordinis nostri per capitulum generale monentur, ut præter preces iam pro pace instiutus, aliquas insuper alias spaciales instituant.

↔ Provecte ætatis personæ in ordine obierunt.

Circa hunc annum obiit soro Anthonia de Lannasio professa et priorissa domus Saletarum quæ laudabiliter vixit in ordine 75 annis et Joanna Launrarie monialis professa domus Pratimollis quæ 77 annis laudabiliter etiam vitam in ordine peregit sed et Jacobus Lazarus donatus Portæ Cæli qui 73 annis etiam laudabiliter in ordine vixit et obiit anno ætatis centesimo et amplius ordinatum ut visitatores

accendant domus monialium et diligenter expendant quos et quantos habeant reditus, quæ onera vel gravamina, similiterque expensas reparaciones et exactiones, eosque describant seorsum, deinde iis expensis quot personas possint alere, ut certus numarus statuatur.

16 julii dominus Petrus Martini prior huius nostræ Bruxellensis ex commissione sibi data a V. patre prior domus Lyranæ visitatore huius provinciæ Lovanbium ivit ad introducendum et confirmandum P. rectorem domnum Joannem Zurpel in priorem dicta domus, deditque in gratiam conventionalum 3 Renenses et 11 stuferos.

f° 76

1552

17 Julii dominus Franciscus Caveneer natione Flander de Neygen custos ecclesiæ in amplissima abbatia Ninivensi, ordini nostro se addixit in Scheut monasterio nostro antiquo, iuvenis egregiæ staturæ, industrius, quem vidi in nova hac domo seniorem, de quo plura occurrent postea dicenda.

↔ Ægidius Beeckman civis Bruxellensis moritur.

27 eiusdem mensis obiit Ægidius Beeckman civis Bruxellensis et pauperum Sanctæ Gudulæ receptor, ex cuius testamento venerunt annue conventui 30 Renenses.

↔ Nicolaus Robeerts donatus et donum ipsius.

Item ex parte Nicolai Robeerts donati huius domus levat conventus Bruxellæ IV Renenses guldenses de data 1552, 2 decembris.

↔ Mauritius dux cæsari reconciliatur ; opera Ferdinandi regis.

Imperator Saxonæ et lantgravio libertati redditis Mauricium pacavit. Ad fines Italiæ (quo se in metu recepi) Brandenburgensi noxam condonavit, quoniam eius opera contra Gallum uti cogitabat.

↔ Occupatione urbis Metensis Germani experge facti ad consulendum libertat patriæ.

Tum ad Franciæ regem iuxta Argentoratum castra habentem veniunt protestantium principum ac civitatum legati, eique de adventu gratias agentes, ne ulterius progrediatur petunt. Cæsarem enim in eam necessitatem redactum ut principum petitionibus necessario satisfacere subscribereque cogatur.

Dum Gallus in Germania adhuc versatur, cæsariani duce Martino Rossemio Gallias invadunt, et campaniæ Gallicæ fines incendiis longe lateque vastant. Quocirca rex de tuendis postius suis quam alienis occupandis deleberat. Mox igitur Trajecto Mosella rediens vice versa Luxemburgeicum agrum depopulatur et incendit. Castris deinde motis Danuillerium oppidulum deditio caput, itemque Ivodium ex præcipuis ibi propugnaculis unum, quamvis ducatus gubernator præsens adesset, sed Germani non Germanos aut fortes Belgas se præstiterunt. Inde Bullonoi principatus Leodiensis castrum ingenio loci munitissimum in eius potestatem venit. Verum præfestus Leodii capite multatus est.

↔ Cæsar frustra Metem obsidet.

Cæsaris copiæ Metim admotæ ad 13 calendas novembris, quarum magna parte hyemis inclemencia consumpta obsidio nullo fructu soluta est.

Hoc anno postridie calendas decembris S. Franciscus Xaverius in aditu Sinorum defunctus est domo Vasco, e decem primis sociis S. Ignatii Evangelii lucem in remotissimas nationes tulit, vir plane mirabilis, corpus integrum Goœ servatur in sui ordinis societatis Jesu templo.

Hac tempestate Bincium Mariæ Hungariæ reginæ deliciæ, Henrici II Galliarum regis odium experta, feruntque repertum inibi saxum, quod Henricus villæ suæ a Maria vastatæ ultior inciderat in hæc verba : Insana regina Folembræcum memoria repete.

Annum 1553 iubet a miraculo S.P.N. Brunonis inchoare. Cum enim refectorium domus Sanctorum Stephani et Brunonis ædificaretur (referente supradicto priore Sylvio) certa pars tecti cecidit, cum qua devolutus in præceps præfestus operum pene fuit oppressus ; in tantum autem periclitari cœpit, ut impossibile iudicaretur ex ruina posse extrahi : positus igitur inter mortis et vitæ confina vidi ordinis nostri religiosum pulla veste amictum prætententem sibi manum cælestis auxilii, cuius ope et inexpectate penitus dubsidio sensit se ex præsentissimo vitæ periculo divinitus eruptum, et ad aliam refectorii partem translatum tuncque præter omnem spem, cum nihil aliud expectaret, quam certam mortem sensit se vere liberatum.

⇒ Domnus Petrus Aqua solitus missas in cartusia Lovaniensi celebrare vita defungitur ac ibidem sepelitur.

Anno 1553 die 21 januarii sepultus est in capitulo cartusiæ Lovaniensis circa altare in parte orientali dominus Joannes Aqua Gallus, qui iam ante a 14 annis et amplius ex gratia prioris et conve,tus quotidie ibidem celebraverat in ciuis compensationem et hostimentum et simul ut oraretur pro anima sua, reliquit dictæ domui in suo testamento semel 20 Renenses. Et i ncarta habetur item alius V.D. Petrus Francus sacerdos benefactor domus a Fontibus.

⇒ Domnus Petrus Vas abbas Sanctæ Gertrudis.

8 februarii R.D. Petrus Vas abbas Sanctæ Gertrudis Lovaniis in infirmitate constitutus misit eisdem patribus cartusianis in eleemosynam 25 Renenses.

⇒ Obitus R.P.D. Joannis Volonis qui fuit ordinis amantissimus.

12 februarii ex hac vita migravit reverendus in Christo pater dominus Joannes Volonis prior Maioris Cartusiæ, qui antea fuerat scriba capituli generalis. Successit dominus Damianus Longonus Italus, Mediolanensis prior, qui non diu super præfuit.

⇒ Illustris dominus Petrus de Toledo 20 annis prorex Neapolitanus.

Circa hoc tempus, 7 calendas februarii obiit Florentiæ, dum Senas obsidione premeret dominus Petrus de Toleto marchio Villæfranchæ qui 2O annis fuit prorex Neapolitanus, et magnus fautor domus Neapolis et aliarum domorum provinviae Lombardiaæ Remotioris. Habuit anniversarium perpetuum et missa de Domina per totum ordinem.

Dominus Petrus de Toleto sepultus fuit Neapoli in ecclesia D. Jacobi Apostoli, in qua tale legitur epitaphium :

Petrus Toletanus Frederici Ducis Alvæ filius Marchio Villæ franchæ Reg. Neap. Prorex Turcar. Hostiumque omnium spe sublata, restituta justitia, urbe, mænis, arce, foroque aucta, munita et exornata, denique toto regno divitus et hilari securitate repleto, monumentum vivens in ecclesia dotata, et a fundamentis erecta pon mura Vixit an LXXIII Rexit XXI, obiit MDLIII. VII Kl. Feb. Mariæ Osorio Pinentol conjugis claris Imago Garcia Reg. Sic. Prorex, Mariæ d-que Præfectus Parentibus opt. p. MDLXX.

⇒ Visitatores Scotiæ.

Item in carta habentur illustriores hæ personæ ordinis et benfactores ordinis dominus Guilielmus de Rupe professus domus Parisiensis prior domus Ligeti et olim domus de Paulari visitator in Scotia.

Domnus Adam de Pratis professus domus Fontis Beatæ Mariæ prior domus Fange olim et convisitator in Scotia.

↔ Domnus Vitus a Dulken

Domnus Vitus a Dulken prior domus Maguntiae convisitator provinciae Rheni qui anno saeculari 1550 martyrium patrum nostrorum Anglorum in lucem edidit ac Domno Thedoro Loher a Stratis priori Aulae Mariae in Buxia dedicavit.

Nobilis dominæ, dominæ Catharina Molembroarum et domicella Bors magna benefactrix domus Sactæ Sophiæ.

Et antequam a funaribus recedamus, dicamus et nostrum cum primis memorandum. In nostro monasterio de Schuet prima die Rogationum feria secunda 8 idus maii circa horam quarta post meridiem, morbi concedit reverendus in Christo pater ac dominus Cornelius Hey quondam abbas Ninivensis cuius corpus ad predictam abbatiam translatum est : Retinemus autem effigiem eius ad vivum cum hoc cenotaphio : Reverendus pater Cornelius Hey olim in abbatem Ninensem creatus qui suæ tandem cedens dignitati, amore sanctæ solitudinis his patribus cartusianis convixit, hicque spiritum Deo devote obtulit, die et anno quo supra, ætatis vero circiter 63 quia imago depicta fuit anno 1545 ætatis 54, quo autem anno ad nos venerit non habet pro certo affirmare feci mentionem eiusdem ad annum 1547. Ordinavit 6 florenos annue in memoriam anniversarii sui pro pitantia fratrum in Vigilia Epiphaniæ, domum capitularem suis sumptibus absolvit, et quædam ornamenta dedit Ecclesiæ, pecuniam etiam mutuo dedit priori, et in aliis multis fuit fautor et benefactor fomus. Habuit plenum cum psalteriis monachatum in hac provincia.

↔ Mutatio officialium in Schuet.

In maio litteris a capitulo missis absolvitur dominus Everardus Velthoven ab officio procuratoris, et in iisdem litteris habebatur dominus Joannes Roelants (procurator domus Hollandiae et professus huius domus qui et ipse litteras deferabat) constitutus procurator huius domus. Sed venerabilis prior contradicebat huic ordinationi, eo quod, aptitudo in eo requireretur. Porro in visitatione sequenti iidem visitatores suam ordinationem irritam fecere, et absolvebant eum ab officio quod nunquam obiverat. Ab absolutione igitur domini Everardi usque ad 29 julii per duos menses circiter caruit conventus procuratore. Et eodem die dominus Joannes Toirneur sacrista, procurator factus est, mansitque in illo officio usque ad 17 septembries anni 1559 quo vicarius factus est : Dominus autem Joannes Roelantz repudiatus ab officio procuratoris institutus est sacrista.

f° 78

In vigilia Pentecostes 12 maii huius lucis usuram amisit dominus Jacobus Joannis de Ylpedam professus domus Ultraiectinæ, annum agens 63, qui fuit bonus pater ab omnibus dilectus, homo pacificus et exemplaris, cellæ et silentii zelosus observator.

29 aprilis per intercessionem et commendationem domini Gielielmi Pensaert patris Desiderii Pensaert religiosi cartusiæ Lovaniensis recepit prior dictæ domus ab eleemosynario imperatoris 20 coronas aureas seu 40 Renenses ut cantarent unam agendam cum 9 lectionibus et missa con-ventuali pro omnibus fidelibus defunctis, et ut singuli sacerdotes legerent unam missam pro dictis defunctis quod et factum est, qua intentione hoc petierit ignoro, sed scribitur in obsidione Metensis oppidi periisse ex exercitu imperatoris quadringinta millia militum, sed si imperator in Mediometricibus male pugnaverat, in Morimis bene pugnat hoc anno.

Nam 20 junii Teruana antiqua cicitas expugnatur, atque cæsaris iussu crematur, evertitur, atque solo adæquatur, quæ Arthesiis hactenus admodum fuerat infesta, postea de Hesdino similiter factum est nisi quod sequenti anno loco commodiore restaurantum fuerit.

6 julii obiit in Anglia Eduardus rex, successit illi Maria Catholica, quæ pulsis novatoibus orthodoxam fidem in regno suo coli voluit.

Bello inter Mauritium Saxonem et Albertum Brandenburgicum moto, Mauritius victor vulnere in prælio accepto 2 juli moritur, et succedit Augustus elector, frater prædicti Mauritii. Cæsarianis vero ac Germanis hoc prælio nihil utilius nec commodius accidere potuit duobus acerrimus Germaniæque quietis perpetuis interturbatoribus liberatis ducibus, hoc morte sublato, illo concessis nervis in sempiternum indebilitato.

26 junii obiit Mechliniæ magister Arnoldus Moens licentiatus juris qui fundavit anniversarium in domo Lovaniensi ubi habebat fratrem pro quo 6 Renenses annuos reliquit.

↔ Anno 1554. Obitus serenissimi principis Joannis regis Lusitaniæ filii.

Joannes Lusitaniæ princeps Joannam duxit imperatoris filiam, nuptiæ celeberrimæ fuerunt, breve gaudium, non integro circumacto anno obiit postridie calendas januarii 1554, commendatur in capitulo tanquam unicus filius serenissimi regis Portugaliæ magni benefactoris ordinis et maxime domorum in provincia Castellæ. Uxor prægnans ad 13 calendas februarii filium edidit Olisippone, cui a die ortus Sebastiano nomen fuit : regia indoles vita brevis mater non longe post in Castellam abiit rebus gerendis, quod Philippum fratrem ex Hispania novum coniugium Angliæ evocasset.

↔ Obitus Caroli ducis Sabaudiæ.

Sub idem tempus moritur Carolus Sabaudiæ dux relicto filio hærede unico Emenuele Philiberto a cæsare eiusque filio in protectionem (concesso illi Astæ comitatu) suscepito, magnisque exercitibus ob præcose in genium judicique acrimoniam (quibus pater caruerat) præfecto. Sepultus est Vercellis, insigni a suis pro facultatum ratione exequiarum pompa honoratus, qui fuit magnus fautor et benfactor domorum ordinis sub ditione sua.

↔ Cardinalis Polus venit Bruxella.

Cardinalis Polus ex urbe profectus cum aliquanto tempore subsitisset in Germania venit Bruxelles 25 januarii magnis ceremoniis et solemnitate (tanquam pontificis legatus) a clero exceptus. Tractabatur tunc, ut dixi de matrimonio Philippi cæsarialis filio, cum Maria Angliæ regina.

↔ Reverendus in Christo pater dominus Damianus Longanus prior cartusiæ.

Hoc anno, 15 februarii, vitam cum morte commutavit R.P.D. Damianus Longonus prior Cartusiæ, et ordinis generalis minister, professus domus Papiæ ; eius prioratu non fuit nisi unius anni. De quo non habeo quod dicam omplius.

R.P. Damiano dedicavit dominus Bruno Loher vicarius cartusiæ Coloniensis sermones Lanspergii de Sanctis, inter cetera dicit : Possem equidem multis hic laudibus vehere R.P.T. nunquam pro dignitate satis laudandam, possem commemorare eximias animi tui virtutes, egregiaque decora, quibus te insigniter ornavit Pater Luminum, a quo bona cuncta proficiscuntur, possem referre præÄclaram ac multyugem eruditionem, et variam experientiaù, summamque prudentiam tuam, multaque id genus alia sed vercor ut eiusmodi encomiis non tam honoratum quam oeratum te putas.

In totius ordinis nostri monarcham assumptus R.P.D. Petrus sardenus non absque nutu et operatione Spiritus sancti, ut asserit dominus Bruno Loher a Stratis cartusiæ Coloniensis vicarius in epistola dedicatoria præfixa operibus minoribus Lanspergii. Fierat ante prior Portus Beatae Mariæ et Caturci, iuris utriusque doctor eximius. Alias sæpe propter peccata populi multi principes eius intra paucos annos tres habemus generales.

Julii 26 Philippus princeps noster thalamum redintegrat cum Maria Henrici VIII Angliæ regis et Catharinæ Arragoniæ coniugis filia atque regni hætrede.

Londini regio factu nuptiæ fuerunt celebratæ. Hoc ex coniugio Anglia ag hæreseos farre, quam Henricus rex infuderat, expurgata est.

↔ Fluvius navigabilis oppidi Bruxellensis.

S.P.Q. Bruxellensis mercatus ampliandi studio, atque Antverpiensibus naval i opera communicandi desiderio exxcitati fluvium suum, Mechliniensibus nequidquam reluctantibus alveo novo fortiter adparato navigabilem Antverpiam versus, nec temerario ausu reddere adoriuntur. Non nemo notat Bruxellenses id audendi potestatem anno 1531 impetrasse, ac demum insumptis eo in opere amplius 800.000 florenorum post undeviginti annos scilicet 1560 opus istud absolvisse.

↔ Alternæ hostium excursiones.

Cæsar Gallum ab obsidione Rentiaci castri, quod est in finibus Artesiæ retrocedere cogit utique cæsarianæ cohortes in Picardiam torrentis instar ekkusæ ferro et igni obvia quæque depopulantur : et vicissim a Gallis in Artisia talione agitur. Quin et gallus campaniæ fines egressus ad Mosam itertendit, Bovinum oppidum diripit et flammis amburit Dionatum capit, Mariaburgum munit, maiora dubio procul istic tentaturus nisi cæsar Bruxella digressus cum suis copiis Namurcum venisset.

↔ Domicella Margareta Vanden Dale magna benefactrix huius domus diem suum obit 22 augusti.

Hoc anno domicella Margareta vanden Dale vidua domini Vierendeels, mater domni Philippi Vilain professi et sacristæ quondam huius domus, vitam cum morte commutat 21 augusti, qui fuit dies martis hora septima ante meridiem. Haec bona domina fundavit hic missam unam de nomine Jesu superbenedicti, dedit calicem argenteum deauratum pulchrum et magnum (ut supra dictum est) casulam, et albam in capella, urceolos de argento pro missa vestes, lineas, aurifrigia pro casulis, pitantias et gratias fratribus, mapulas pro ecclesia et linea pro corporalibus, et alia dona. Requiescat in pace.

↔ Domnus franciscus Quelen.

Hoc anno dominus Franciscus Quelen cartusianus edidit Gandavi mortis descriptionem.

↔ Venerabilis in Christo pater dominus Theodoricus Loer a Stratis optime de ordine meritus mortem oppedit.

26 augusti rebus humanis eximitur V. P. D. Theodoricus Loer a Stratis professus domus Coloniensis, prior domus Buxiæ et visitator Alemaniae Inferioris et olim prior domus Claustræ Beatæ Mariæ in provincia Saxoniæ. Fuit natione Brabantus, qui non contentus rebus sese mundanis abdicasse etiam virumque germanum suum nempe Brunonem ac Hugonem Loherios ad eundem divini servitii famulatum secum pertraxit. Quindecim annis fuit vicarius domus Coloniensis sub V. P. D. Petro Leydensi quo tempore plurimum laboris exhaustus die noctuque in evulgandis domni Dionysii Rickelii lucubrationibus prout suis locis dictum est. Deinde Hildesienses fratres cum sibi in priorem adsciverunt, quam laudabiliter et proficie huic et Buxianæ ac toti denique provinciæ præfuisse luculenter edocet dominus Theodoricus Petreius in Cartusiana Bibliotheca, quin etiam refert in quodam magni momenti negotio invictissimo iuxta ac prudentissimo. Imperatori Carolo V (a quo mirum in modum amabatur ac suspiciebatur) suam egregie navasse operam, tantamque apud ipsum hoc nomine gratiam iniisse ut amicitiae contestandæ causa, propria cum Hispanica induerit toga. Tandem vero post inumeros labores, fatigationes profectionesque cum esset in itinere morbo correptus a carnis ergastulo ad cælestem patriam commigravit, humatus nimirum in celeberrime Herbiopolensis cartusiæ Odeo, hoc annos 1554 iuxta tummulum fundatoris. Quem idem Petreius tali decoravit epitaphio in Bibliotheca sua Cartusiana :

Nobile Cartusii Dionysius Ordinis olim

Et decus et splendor, nil nisi sacra crepat.

Hæc Loer excipiens Theodoricus omnia, tandem

Præstítit ut volitent docta per ora virum.

Quem levis hic tellus retinet, sed spiritus astra

Scandit, ubi ætherea pace potitur ovans.

Antequam a domo Coloniens recedamus quid de Gerardi prioris eiusdem liberalitate et caritate in societatem Jesu Historia referat, dicamus : Collegii, in quo societas doceret, cupidissimus Cartusiæ prior

Gerardus suis id urgere sermonibus nunquam destitit : cumque alia ipse re non posset, e-rei nummariæ subsidio ipsis, qui domo conductitia Coloniæ utebantur, occurrebat, ac prter aureos 100 coronatos quos subsidii nomine Romano Collegio summiserat, cum litteras in gratiarum actionem ab Ignatio accepisset statim Leonardo Coloniensi rectori florenos 500 tradidit addens nolle sibi nec litteras, nec gratae memoria significationem ullam rependi : nec paulo maiora, si tempora ferrent, Romano Collegio subsidia transmissurum.

⇒ Epistola S.P. Ignatii ad priorem cartusiæ Coloniensis.

Copiam autem epistolæ B. Ignatii (quoniam ad manus meas pervenit) hic gratanter subiiciam :

Summa gratia, et æternus amor Dei, et Domini Nostri Jesu Christi Paternitatem vestram cum sancta sua congregazione continuis donorum suorum spiritualium exornet, et promoveat incrementis. Quamvis rara nobis cum vestra paternitate fuerit his annis litterarum communicatio, crebra tamen fuit orationum : sicut et mutuæ charitatis affectuml ipso temporis decursu augeri potius quam minui utrimque sentimus. Quod ex parte nostra viva memoria vestri et in dies magis propensus in vos animus ; et ex parte vestra non dolum litteræ nostrorum, qui continuis se beneficiis affici a paternitate vestra scribunt, sed et experientia ipsa vestræ beneficentiae Roman usque ad nos se extendentis nos docet. De qua gratias agimus Deo bonorum omnium authori et P.V. quam maximas. Admodum enim opportune necessitatibus huius collegii vestra liberalitas subvenit et in nobis mutuæ dilectionis vinculum tantæ charitatis vestræ significatio valde strinxit. Dignetur Dominus Jesus secundum divitias summæ bonitatis suæ hoc beneficium cum ceteris omnibus pro suis pauperibus rependere ; Romæ valent fratres qui in Collegio, et in domo nostra sunt, me Dominus adversa valetudine his mensibus exercuit, sed iam mediocriter valere incepi. Reliqua ex fratribus nostris, ad quod fusius scribuntur V.P. intelliget omnes nos orationibus et sacrificiis V.P. et venerabilium fratrum suorum ac nostrorum humiliter commendari cupimus. Vale in Domino Jesu Christo, qui salus, omnibus et vita sit sempiterna amen. Romæ, 12 calendas septembbris MDLIII, vestræ paternitatis servis in Domino Jesu Christo.— Ignatius.

B. Ignatius in assidua morbi conflictatione ægre iam vitam, ac plerumque decumbens trahebat proinde illi fuere ei, quos ad consilia adhibebat, ut aliquem adscisceret, in quem partem oneris declinaret, qui die Sanctorum omnium solemni rursus unum in locum coacti, communi consensu vix uno desiderato suffragio natalem designant.

f° 79v

1554

Ad nos revertamur. dominus Willibrordus Joannis de Middelburgo primo professus, et quasi septem annis laudabiliter stetit in abbatia præmonstratensium ibidem, tandem maiori devotione attractus professionem fecit in cartusia Ultraiectensi. Iste bonus pater studiosus fuit sacram litterarum, usque ad senectutem et cæcitatem oculorum, multos bonos et pulchros sermones copulando (ut libri ipsius testantur, quamvis non polita littera exarati). Obiit quarta octobris ipso die S. Francisci confessoris hoc anno 1554. Vixit in ordine nostro XXXVI annis, octo mensibus, duabus hebdomadibus et quinque diebus.

1554

20/26 septembbris obiit Lovanii in beguinagio honesta vidua et beguina ac vidua Swerts, mater cartusiani Lovaniensis Pauli a Thenis, quæ in suo testamento legavit conventui ubicunque prædictus Paulus habitaret 4 Renenses annuos ad vitam filii, qui tum habitabat Lyræ. Pro suis autem exequiis in cartusia Lovaniensi celebrandis reliquit semel sex Renenses et sex alios domui Lyranæ.

⇒ Gravamina domus et dubsidium præfatum pro concilio generali.

Venerabilis prior et conventus noster humilem admodum supplicationem obtulerunt cæsari obsacrantes propter passionem D.N. Jesu Christi pro remissione dimidiæ partis subsidii quæ erat 332 Renesum (ni fallor) eo quod non bene solveretur ipsis a villicis, quod alia adhuc subsidia præstiterint cæsareæ maiestati, et concilio generali, et imposita super caminos, insuper detrimenta passi fuerint a militibus transeuntibus, et a tempestate, esse in debit is 400 Renenses grossorum, ultra 500 Renenses grossorum

mutuo acceptos ab abbate Ninivensi apud eos nuper defuncto ad marginem scriptum Gallice erat : Considere les pertes et debtes des Supplicans aussi au regard qu'ils contribuent es aydes diverses, et aultres charges reelles comme les gens lays semble au Receveur que l'Empereur feroit belle ausmosne en leur quittant le reste de leur taxe faict le 3 d'octobre 1554. N. Nicolai.

Et tandem in finantiis non nisi dimidia pars huius restæ remissa est his verbis : Il semble aux Commissaires que ayant respect aux grandes charges de ces Suppliant que l'on leur pourroit quitter la moitié de ce qu'il doibvent du dernier terme de leur subside montant a CLXI lib. X s. payant l'autre moitié montant a semblable somme faict a Bruxelle le 23 de decembre 1554. P. Nigri. P. Montmorency.

Eodem anno nostri elocarunt quædam bona magni Bigaerdi usque ad annum 1565 et inde usque ad 12 annos extat littera.

⇒ Nimia conniventia iudicium sæcularium.

Hoc quoque anno 1554 decembribus 7 litteræ concessæ sunt ab imperatore ad omnes iudices provinciarum ut opem ferrent ad capiendos fugitivos ordinis qui parochias vel alia ministeria sæcularia administrabant, neque enim vel requisiti et brachio sæculari invocato opem ferebant patribus ad dictos fugitivos capiendos non sine magno supplicantium dolore ; unde animadvertissementum est deploratum huius temporis et patriæ statum, quam necesse fuerit plures episcopos et superintentes in hac ampla et populosa regione habere, prout etiam cæsar et Philippus rex cardinali Gravellano et præsidi Nigri negotium dederant Belgium in certas diœceses distribuendi, iam enim contemptis edictis principum plerique hæreses fovebant et dilatabant, quamvis etiam in episcopali civitate Tornacensi hoc anno vires sumpserit Calviana hæresis. Litteræ istæ concesse sunt ad instantia visitatorum provinciæ Teuthoniæ, quierant Petrus Scherpenisse prior Lyræ, præcipiuus visitator et dominus Theodoricus prior Sanctæ Sophiæ iuxta Buscumducis, convisitator

f° 80

1554

Domnus Paulus a Thenis hoc anno assumptus est in vicarium domus Monialium Brugis, qui fuit professus domus Lovaniensis, et illac transicus 7a die octobris cantavit missam in conventu, cui et vinum curavit promendum in prandio et sequenti anno datus est illi procurator ex eadem domo dominus Joannes Eschius, procuratoris officio ibidem tunc temporis fungens, pro quo dominus Rumoldus Moens institutus est.

22 octobris magister Godefridus d'Oupey petuit a cartusianus ibidem, ut per annum integrum celebrarent quotidie unam missam privatam pro anima domini Hentici Raweldt pastoris n Emyns qui obierat anno præcedenti 26 augusti, et hac de causa dedit eis 36 Renenses. Et rursus 29 eiusdem mensis alios 36 Renenses attulit petens tot missas quot sunt dies in anno pro eodem sic tamen ut possent dividi inter sacerdotes ad arbitrium pater prioris.

⇒ Successio pontificium.

Anno 1555 Julius pontifex III Romæ ad 10 calendas aprilis decessit e vita ; successit 4 ides aprilis Marcellus Cervinus domo Politianus qui in eodem nomine tenuit pontificatum dies tantum duos et viginti. Suffectus est ad 10 calendas junii Joannes Petrus Carrafa cardinalis patria Neapolitanus, Pauli IV nomine rexit Ecclesiam annos 4 et amplius.

⇒ Bullæ Julii III et Pauli IV de observanda abstinentia a carnis.

Circa principium huius anni aliquid quæstionis et turbarum habuit ordo noster in provinciis Hispaniæ circa abstinentiam a carnis sed quia non plane mihi innotuit res, dicam breviter quæ dominus Joannes de Madariaga professus domus Portæ Cæli scribit docens quis sit sensus et sententia Romani pontificis de hac nostræ abstinentiæ observantia : multis post annis Julius III revocavit aliam bullam, quam summus eius pœnitentiarius concesserat quibusdam infirmis et valetudinariis huius ordinis nostri ut possent carnes

comedere : Julio papa defuncto successor eius Paulus IV duabus suis editis bullis præcepit in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna maioris excommunicationis sibi reservatæ, item sub pœna peccati et aliarum pœnarum in statutis expressarum, ut perpetuo et inviolabiliter per totum ordinem servetur regula et consuetudo, quæ tangit ieenum seu abstinentiam perpetuam a carnibus cum eodem rigore qui semper sanis et infirmis unus et idem fuit. Similiter præcipit ut monachus frater, aut abbas vel quicumque alias cuiuscumque dignitatis ecclesiasticæ vel sacerdotalis caveat sibi ne consilio, auxilio vel favore aliquo suo intervertat publice vel occulte quo minus hæc bulla servetur, alioquin, postquam hoc ills innotuerit, nec destituerint ab hoc machinatione, sciant se easdem pœnas inobedientiæ et excommunicationis Sedi Apostolicæ reservatae incurrisse. Item præcepit summo suo pœnitentiario ne unquam super abstinentia nostra dispensaret. Hæ bullæ iam quarto iteratae fuerunt. Prima est Innocentii VIII, concessa ad instantiam generalis nostri 26 junii anno 1490. Secunda est pœnitentiariæ data anno quinto pontificatus Julii III et recepta in capitulo nostro generali huius anni 1555. Tertia est Puli IV data ad P. Petrum Romæ 26 novembbris hoc eodem anno 1555. Quarta est eiusdem Pauli inexecutionem præcedentium data Romæ 22 martii anno 1556 utraque anno primo pontificatus ipsius.

Fragmen bullæ Julii papæ :

Vos omnes et singulis ad regulam et consuetudinem vestram antea observatam sub pœna peccati, et aliis pœnis in eis expressis teneri, et ad id eogi posse decernimus, etc.

⇒ Moritur Joanna Hispaniarum regina Caroli imperatoris mater postquam compositæ mentis indicia dedisset ad vocem et exhortationem Francisci Borgiæ.

Joanna filia regum Hispaniæ Ferdinandi et Isabellæ, eademque Caroli V imperatoris mater, coniux Philippi regis primi qui quo anno venerat in Hispaniam, et regni gubernacula tractare experat eo ipso vitam finiit : cuius ex acerbo funere coniux tantum hausit doloris ; ut plane de potestate mentis exierit, amensque vitam reliquam Tordesillæ multos annos egerit. Ad hanc graviter laborantem iussus a Joanna principe et nepte Franciscus Borgia quondam dux Gaudiæ tunc sacerdos societatis Jesu accurrere, cum haud ita procul a supremo periculo offendisset, aggressus est ocius piis eam confirmare colloquius et morituræ succurrere, obstabat votis continua dementia quæ nullamenti dabat integri luminis intervalla. Borgia tamen Deo fretus quem tacitis precibus obsecrabat hortabatur feminam Deo se committat, et poseat novissima sacramenta sibi vero protestandæ ipsius nomine sanctæ fidei partes curamque permittat, quando per morbum ipsa non possit. Ad hanc illa vocem præter spem omnium convertit animum et Borgiam iussit inchoare symbolum, quod cum pater inchoasset, et verba quædam ipsamet a Niceno symbolo sapienter addidit, et eadem sapientia respondit ad extremum ubi pronuntiandi finis est factus, Amen. Deinde crucifixi Christi signo, eiusque matris imagini pone propositis pia oscula fixit : eaque propius sibi admoveri applicarique iussit. Rite igitur ad extremum inuncta certamen migravit e corpore sexta feria in Parasceve magno populorum gaudio, Caroli vero imperatoris et regis tum Angliæ Philippi longe maximo quod eo regina delibuta mysterio et recuperata mente migrasset. Cæsar solemnes illi exequias Bruxellæ Brabantiae rex Ferdinandus augustæ ubi tum erat solvit.

⇒ Caritas cartusianorum Coloniensium in Societatem.

Hinc crevit fama de sanctitate Francisci Borgiæ, et novæ societatis Jesu. Nec in Germania deerat piis sociorum huius societatis laboribus usitata cartusianorum Coloniensium benignitas, qui non de bonis externis modo commodisque societatis, sed de fama quoque atque exisimazione solliciti tam Evangelii præconibus necessaria, cum celebris doctoris Henrici Harphii mysticam theologiam vulgo edendam, typisque vulgandam curarent, in Ignatii societatisque apparere nomine voluerunt, adeoque multas in operis præfatione inseruerr huius ordinis laudes, ut iis sacetas potius nostrorum caritatem patrem, quam sua merita æstimet. Epistolæ dedicatoriæ auctor Bruno Loerius. Verum in Francia non parum exagitata fuit novella societas, et decreta edita contra socios, quos putabant deserta priore disciplina ad cartusianos, quod suadebant decretorum autores, transituros : ubi tranquillissima eos vident in suis institutis perseverare constantia.

Maii 10 dominus Theodoricus Hæsius pietate et sacrarum litterarum scientia præstans Adriano VI pontifici quondam a secretis posthabito cardinalitio pileo, uno contentus canonicatu Leodiensi, officio inquisitoris hæreticæ provitatis sub præsule Georgio Austriaco multis annis probe functus ex hac mortali ad immortalem vitam transit, et in ecclesia Leodiensi sepulitur, cui tale adscriptum est elogium :

Hic iacet eximius Theodoricus Hesius ille
Candor et integritas istius Ecclesiæ
Doctus et a summa famatus Relligione
Inque hostes fidei fortis athleta Dei
Qui cum magnus erat, et maior evadere posset
Cunctis posthabitatis maluit esse latens

Ex Mlano. Theodoricus Hezius canonicus Leodiensis fundavit in Pædagogio Falcolis 2 bursas 25 florenorum. Ad quas admittendi erunt primum consanguinei, deinde conterranei ex Hees Lendt Gendros et Mierloe et unam theologicam in collegio Adriani VI, cui Romæ fuerat intimus et a secretioribus epistolis vir optimarum litterarum botitia christiana modestia insignis et singulari pietate conspicuus, et ut Jovius scribit ad honorem pilei coccinci cum primum novi cardinales ab Adriano crearentur destinatus quo mortua Leodium secessit et a conventu ad amplos honores frequenter etiam missis ei equis revocatus modeste et constanter eos remit ut verissime in eius epitaphia legitur.

Pauperibus largu, sibi strictus, semper in horis
Inque piis causis, omnibus expositus
Hic decus ergo tuum Campina et Legia tellus
Hic iacet, hic recubat Hesius ille tuus

Cuius propterea hic facimus mentionem, quia fuit cognatus et mecænas de Theodorici Loherii qui libros Dionysii cartusiani in lucem edidit, et prædicto Hesio non paucos dedicavit, ut huius viri humilitatem cum summa eruditione coniunctam cognoscatis fragmen ipsius epistolæ ad cognatos suos hic annexere cogitavi :

↔ Epistola domini Theodorici Hezii ad cognatos suos Loherios.

Venerabilis præstantibusque viris F. Theodorico sacri cartusiensis ordinis, ac domno Guielmo artium liberalium professori germanis, ambolus cognomenti Loer et a Stratis Coloniæ commorantibus amicis et cognatis suis charissimis Theodoricus Hezius theologus Leodiensis canonicus S.P.

Venerabilis amantissimique cogati, reddidit mihi nuper vestro nomine baiulus libellum satis apte compositum et ornatum, opusculorum aliquot piissimi, cruditissimique patris Dionysii (↔ Pulchris epitetis exornat Dionysium cartusianum)sacri ordinis tui (F. Theodorici) alumni et ornamenti non mediocris, una cum eorumdem opusculorum non paucis exemplaribus, quæ vos vestris, seu tuis (D. Gulielmr) impendiis recens excudi, meo que sub nomine in lucem prodire fecistis. (↔ Humilitas domini Hezii) Et profecto maiorem in modum mihi placuit hæc vestra editio, hoc dumtaxat excepto que quod in epistola nuncupatoria ipsis opusculis præposita me immodicis titulis laudibusque sic ornatis, imo oneratis ut mihi ruboris potius quam elationis argumentur præbuisse videamini, nimirum scientibus hominibus et imprimis me apte agnoscente conscientiam quam longe absim ab eo virtutum, meritorumque gradus in quo me constituere conamini. Sed mirum non est si multum me propinquum, scilicet vestrum diligentes, multum etiam in me appreciendo decepti estis. (↔Sinceritas) Absit enim ut credam homines religiosos et sinceros amicos assentandi studio has mihi laudes contra mentem vestram tribuere voluisse. (↔Sententia ipsius de Dionysii opusculis. Gratanter igitur amplecta utriusque vestrum dilectionem, et officium ex ea profectum. Grata nihilominus habeo ipsa quæ edidistis ac misitis opuscula, neque id tam quod sub meo nomine excusa et edita sunt, quam quod saluberrima, et sanctissima ac omnium piorum hominum lectione dignissima esse judico, certe quanto plus versor in scriptis istius sanctissimi patris, tanto mihi impensius arrident ac me efficacius movent. Tantoque, insuper sublimius de ipse autore sentio : atque eo denique

uberiorem veræ pietatis fructum ex eius operibus (si tamen omnia edi potuerint) proventurum spero et sub finem spero Deum vobis in tam sancto molimine haud defuturum. Et credendum est insuper, etiam si nemo alias adjuvaret patres ordinis vestri (P. Theodorice) in quo sunt tot conventus, omnino datut-ros et opem laturos, ut omnia Dionysii opera in lucem edantur : tum ad honorem ipsius ordinis, tum præcipue ad omnium piorum hominum et sanctæ Ecclesiæ utilitatem. Ego in præsentiarum pauculos nummos auri mitto, in qualemque subsidiolum sumptuum vestrorum, in futurum uberiorum assistere paratus si vixero. Imo si editio aperum istius optimi patris propter defectum pecuniæ (quod non est verisimile) impediri deberet, curarem potius mutuum accipere (si mihi facultas deesset) et conatus vestros efficacius juvare. Spero etiam quosdam ex Domini nostris nonnihil suppeditaturos, præsertim si eis opusculum dedivaveritis. Donavi dictis opusculis confratres meos Dornenses viros certe optimos ac piissimos, sicut et plures alios bonos piosque viros feci quibus omnibus quantum adhuc cognoscere potui valde probantur. Ceterum psalterium quod sub prælo esse dicitis avide expectavo, et ea insuper quæ Dionysius scripsit de sacræ missæ officio et venerabili sacramento, etc. Valete felices cognati charissimi, et me quæso vestris vestrorumque orationibus apud Deum adjuvate, Leodii 22 decembris MDXXX.

⇒ Tituli domini Hezii et merita in ordinem nostrum et præcipue in Theodoricum Loerium cartusianum. Sequenti anno dedicavit illi adhuc dominus Theodorus Loerius opusculos Dionysii de potestate papæ et concilii generalis et qui sequuntur in folio inter minora opera prædicti Dionysii cartusiani. Dedicat autem illi tanquam consummato theologo et iurium perito, protonotario et scriptori apostolico, sanctissimi papæ nostri acolyto in Romæana curia diu versato et subdit postea. Promptiorem vero animum defensandi Dionysium in te non desidero, quam havtenuis in me et totum ordinem nostrum multiplici benevolentia, et largissimis declarasti beneficiis quibus nos totos devixisti. Possem hic quoque non paucas adsignare rationes, cur hic honor quam maxime tibi a me deferri debuerit nisi verex/vereoc rursus abs te inculpari, ac plus satis te commendasse relim, quod mavis reipsa omnibus honoribus dignus esse, quam verbis ampulosis preconisari et extolli. Cur alioqui subticerem tuum amicum sincerumque in me animum et pium affectum, quem multiplicibus beneficiis dulcissimisque ad me epistolis sæpe declarasti multoque tuo consilio, quo ut non rarenter, ita quoque prudenter mihi meisque profuisti. Ne interim quod semper pro tua humilitate vitas, nimius sim mortanium laudator, hoc unico omnia involvam verbulo, te tanti abs me æstimari, tantumque amari, ut reer nunquam satis te commendari posse :

⇒ Dominus Hesius omnibus acceptus et gratus.

Iquidem per publicam famam non ignoremus te sic laude dignis præcellere, ut facile sis extra laudis aleam collocandus : in quo sic ex æquo virtus cum scientia pugnet ut in re neutra parem habere videaris. Atque hinc est quod te docti et indocti, nobiles et ignobiles sœculares et spirituales, non modo infimi et medi verum etiam summates et principes non secus ac unum ex paucissimis colant, ament, et observent : imò quem perinde habent de quo vere dici queat ???grieks??? quod sic prudentiæ eruditionem, et miræ vitæ eandem divino munere (cui omnia accepta referre debes) undecumque copulasti, ut sis in quem solum, in solatium multorum, longa desideretur vita. Vale felix mi omnia amantissime cognate, et perge, promovere Dionysium, tuumque amare pauperem cognatum, ut hactenus solitus es. Ex agrippinensi nostra cartusia ipsis Sanctæ Barbaræ nostræ domus singularis patronæ feriis anno 1531.— Cui et F. Bruno Loer dedicavit sermones dominicales Lansbergii.

Hæc prolixius de tanto viro bene de republica et ordine nostro merito dixisse sufficient.

⇒ Dominus Petrus Vander Malen ex familia Adriani VI benefactor domus Lovaniensis.

Adjungamus domino Hezio alium ex familia sanctissimi D.N. Adriani papæ VI S.D. Petrum Vander Malen canonicum Sancti Salvatoris in Munster famulum quondam et sacellum prædicti papæ qui hoc anno die 20 octobris Traiecti ad Mosam vita defungitur, magnus hic quoque amicus pauperum, et nostris cartusianis Lovanii legavit semel 25 Carolinos, et ad vitam F. Joannis Vander Malen sui nepotis conversi ibidem 12 Renenses.

Ordinatio unica facta est in capitulo generali huius anni quæ tangit conversos quibus præcipitur ut radi faciant suos grenones.

Obiisse scribitur in charta domnus Franciscus de Bruxella professus domus, cuius nullibi vidi fieri mentionem.

↔ Domnus Jacobus professus domus Bruxellæ prior domus Herbipolensis.

Item domnus Jacobus N. professus domus Bruxellæ prior domus Herbipolis.

Inter professos invenio unum Jacobum Hugonis et puto hunc esse, alias in calendario defunctorum non invenitur quod dies obitus eius forte ignorabatur. An sit vero idem domnus Jacobus Van Dordrecht qui fuit sacrista anno 1549 et sequenti anno per chartam dicensit in Germaniam, non ausim affirmare, quia certum est domnum Jacobum de Dordraco sic denominatum obiisse 8 septembbris anno 1569 qui erat tunc senior huius domus, an vero fuerit in Germania aliquando a priore Jacobo forte evocatus, an vero dictus Jacobus prior Herbipolensis fuerit etiam de Dordraco cognominatus me latet : sic fuissent in hac domo duo cognomines.

Die 29 junii obiit in conventu Delfensi V. P. D. Michael Moens, prior eiusdem domus, professus domus Lovaniensis.

Circa hunc annum receptus fuit in eadem domo B. Judocus a Schoonhovia qui post 15 annos illustre martyrium subiit, de quo plura sua loco

2 octobris domnus Petrus Apothecarii Amsterdamensis primus professus domus Lovaniensis celbravit suum jubilœum ; ad quod vocatus fuit R.D. Rynardus Tapper decanus S. Petri et cancellarius universitatis cum aliquot canonicis, qui omne precati sunt jubileario saluterem diem suæ resolutionis et liberaliter solverunt expensas factas et superfuit, modum celebrandi jubileum tradiderunt religiosi Martinenses mutato tantum cantu. Nec fuit inconveniens hæc solemnitas quæ non tam ipsius religiosi quam totius conventus esse videbatur et quia adhuc interruptus huc usque permansit et perremet opto et voveo.

↔ Domnus Wilhelmus Reynaldi Anglus moritur in Schuet.

19 augusti feria 2 post meridiem inter primam et secundam horam obiit domnus Wilhelmus Reynaldi hic hospes, professus vero domus loci de Henton in Anglia.

Apud Belgas rex Henricus Marieburgum ac Maseriam de firmo præsidio ingentique commeatus copia providet : eo enim csarem vires conversorum existimabat, quod non contempnendæ eius copiæ iis in partibus duce Martino Rossemio vagarentur.

↔ Carolumontium pro tuitione patriæ ædificatur.

Tandem Sabaudus ad exercitum veniens arcem Ghiveiam ad Mosam sitam insigni operarum diligentia permunit, quadratoque extracto vallo cum quatuor ingentibus extentibus munitionibus ac altissimis largissimisque fossis novum oppidum Carolumontem a caesare Carolo V appellavit.

Tunc temporis Martinus Rossemius vir bellica gloria clarissimus moritur.

↔ Pugna navalis.

Hac æstate ad angustias Oseani Britannici cæsariani cum Gallis memorabili, et utrisque exitiali sane prælio navalni depugnaverunt. Prætoria navis Gallica mersa, sex aliæ incendio absumptæ, et ex Belgicis Lyburnicis totidem.

Ceterum in Artesiam dum excurrunt ab Aussimontio Bapalm. Pæfecto fortiter excipiuntur, et cæduntur, captivi etiam clari nominis non pauci abducuntur.

↔ Carolus V occupat Senas.

Sanis prospere cæsariani rem egerunt tam in Belgio quam in Italia. Senensis tandem urbs victa obsidionis malis ditionem imperatori facit.

⇒ Octavius Parmæ dux reconciliatur cæsari.

Simul opem Alexandri Farnesii cardinalis Octavio fratri noxa condonatur retenta tamen Hispanico præsidio Placentiæ arce.

⇒ Carolus V cedit filio Philippo sua regna.

Philippum filium 8 septembbris ex Anglia (ubi hactenus cum nova nupta egerat) in Belgium evocatum cum honorifico Hispanorum Anglorumque comitatu advenientem cæsar recipit, septimoque calendas novembbris Bruxellam ordinis Belgarum omnes convenire jubet, usque præsentibus consentientibusque rem principibus raram mirante mundo perfecturus, certa ad vitam servata pecuniæ annua summa, in filium omnia regna transferre decernit. Pratique Ferdinando Romanorum regi imperii jura, autoritatem dignitatemque cum cæsaris titulo concedere statuit, humanæ vitæ honores, gloriam, pompas, adulationes, adorationes, splendidasque miserias deserere, quodque restabat vitæ, divino cultui, veræque pietati impendere animum ad conditoris considerationem revocare, seque componere ad adorandam eius infinitam sapientiam, potentiamque cum immensa erga creaturas benevolentia amoreque conjunctam proponit. His in posterum negotiis crpus animumque suavietr fatigare eoque de summis beneficiis quibus corpus animum, famam familiamque conde corarat, gratias agere decrevit.

Carolus igitur Philippo filio suo Belgicas primum provincias deinde Hispaniam, Siciliam, Indiam aliaque regna et ditiones præsentibus ordinibus de manu tradidit prout graphicè describit Huterus et orationes etiam ab imperatore habitas, sicut III reg. Cap. 2 legimus. Et ingressi servi regis benedixerunt domino nostro regi David dicentes : amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, et magnificet thronum eius super thronum tuum. Et adoravit rex in lectulo suo, et locutus est : Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hoc-die sedentem in solio meo videntibus oculus meis.

⇒ Omnia de manu Dei accipienda et gratiæ ei agendæ.

Inter cetera quæ Carolus cæsar sapienter eructavit : hoc imprimis notandum exitimavi ad nostram instructionem et animi compositionem, quod de eventu belli disseruit : feci quod permittente Deo concessum fuit. Neque enim bellum eventus e principum, sed solius Dei pendent voluntate : nos qua possumus arte ac consilio ea gerimus, Deus victoriæ cladisque est dator.

⇒ Imperator palam asseruit se nunquam scientem volentem que alicui e subditis iniuriam aut vim fecisse aut fieri permisisse.

Quod potui egi, Dei voluntatem obtinui, gratias ei immortales ego et vos debemus. Postremo conclusit non theatrum ullum virtuti, conscientia majus, ea comite se præclare, sustentare ac consolari. Porro si forte, quod factum nollet, uspiam transversum digitum a regula discesserit ; id errati præter voluntatem quidem suam, et incuria, imprudentiaque humana admissum esse fateri, ideo veniam deprecari.

Hoc anno facta est permutatio terrarum per provisores hospitalis S. Hoannis Baptistæ et conventul noqstrum ut patet ex epistola sub sigillis conventus nostri et dicti hospitalis de data 1555, 28 decembris.

Hoc pariter anno vel in principio sequentis secundum stilum istius œvi data est procuratio Renero Brooman donato huius domus cum facultate et permisso imperatoris nec non reverendi patris cartusiæ tradendi et transportandi in manus civitatis seu receptorum Bruxellentium domum quamdam sitam circa sacellum Beatæ Mariae Magdalenæ quam vulgo vocabant divisorium cartusianoriim, de Schuet seu hospitium Schuetense. Apposuerunt nemina sua frater Petrus Mertens prior, frater Firminus Tourment, Philippus Vander Noot, Everardus Van Velthoven, Jaspar Van Wynghen vicarius, Joannes Van Douax, Joannes Roelants, Joannes Tourneur procurator, Petrus Van Loven, Henricus Kermpt, Franciscus de Caveneere.

Hoc anno 1555 qui fuit secundus regni Mariæ Angliæ reginæ O. Mauritius ex mandato reverendi patris in patriam redire jussus ad restaurandum ordinem cum duobus comitibus 29 junii Londinum appulit ; quem hospitio suscepit dominus Robertus Rochesterus familiae regiae censor (controleur vocant) qui fratrem Joannem inter martyres habere meruit, et has cartusianorum reliquias beneficio et consilio fovit restaurata et redditæ eis domo Schenæ, etc.

⇒ Eustachius Chaphucius fundator collegii Sabaudiensis.

Anno 1556 23 januarii obiit Lovanii spectabilis dominus, dominus Eustachius Chapuys fundator collegii Sabaudiensis, qui legavit cartusianis ibidem 10 Renenses semel.

Eustachius Chapuys prænobilis utriusque juris doctor cæsareae maiestatis Caroli V consiliarius et libellorum supplicum magister ordinarius per annos 17 continuos apud regem Angliæ legatus ; comendator abbatiæ S. Angeli in Sicilia erexit et dotavit Lovanii magnificum collegiumù anno 1548 potissimum in gratiam Sabaudorum, voluit præferri ceteris venientes ex oppido Anessiaco loco suo nativo obiit Lovanii 21 junii anno 1556 sepultus in ecclesia sui collegii.

⇒ Guilielmus Pensart Bruxellæ benefactor domus Lovaniensis.

Item 5 februarii obiit Bruxellæ dominus Guilielmus Pensart pater domni Desiderii cartusiani Lovaniensis, qui præcedenti anno in mense octobri visitaverat atque tabulam altaris quæ adorationem Magorum continet jusserat erigi, quo cum altera ex alabastro sculpta constitit 8 Carolinos ac præter multas eleemosynas et beneficia legavit conventui ad vetam filii sui 25 Renenses nec non 216 Renenses cum onere unius anniversarii quot annis dicto die et aliquot eleemosynas ab imperatoris eleemosynio eis impetravit.

Hic annus 1556 imperii Philippi Hispaniarum regis primus, qui totus in pacem inclinabat, quare passim per Belgium preces et sacrificia solemnesque supplicationes pro pace cælitus impetranda fiebant. Igitur post multos tractatus hinc inde inter reges habitos tandem 5 februario non pax sed inducia 5 annorum cæque parum solide valuerunt.

12 calendas februarii rex Philippus equitum aurei velleris priinceps iamprimum factus Antverpiæ in templo D. Virginis Mariæ ordinem cum pluribus in numerum ascitis solita cum pompa primum supplet.

Diutrunæ concordiæ spem bellum importuno tempore a pontifice Romano concitatum conturbavit. Cæperat initio huius anni Colunos Proceres insectari quibusdam eorum captis, fugatis aliis , in eorum ditionem invasit Philippus rex duci Albano mandat, uti eos ab injuria tueretur. Contra Gallus a pontifice in partes attractus Guisiano duce misit validas copias in Italiam. Quæ per Insubres Romanam delatae in ditionem Neapolitanam irrumpentes magna parte consumpta morbis, reliqui in Galliam redierunt. Interea Albanus omni ferme circum pontificis ditione occupata Romanam copias admovit. Ne denuo urbs diriperetur religioni datum est. Pax cum pontifice œquissimis conditionibus pacta, sed proximo anno.

Belli initio Cosmus Florentinus dux a Philippo rege Senas urbem impetravit dari sibi, quasi regum Hispaniæ beneficio. Sumptus in bello Senensi factos prætendebat spemque factam eius urbis. Necessitati rex paruit quo nihil potentius est. Potentiam tamen multam dedit stipendum militare.

Mense martio ingens cometes illuxit diebus pene 12 in octavo gradu libræ notatus quem povidens Carolus cæsar. His ait indicis mea fata vocavit.

f° 83^v

V. P. D. Levinus Ammonius de Harena primo professus domus Sylvæ Sancti Martini, secundo domus Gandavi et in utraque procurator, et in postrema etiam vicarius in ordine jubilarius vixit laudabiliter, græce pariter et latine eruditus composuit libellum *de filio prodigo* impressum Lovanii anno 1542 apud

Rutgerum Resenum, scripsit etiam de institutione novitiorum, de qua duos quaterniones dumtaxat vidi, et ad Erasmus et ad alios frequentes litteras familiares, quas se legisse R. P. Petri Schaven societatis Jesu asservit in collegio Antverpiensi, sed eas nunquam potui habere. Dicitur et scripsisse vitam reverendi patris Guilielmi Bibautii, tandem naturæ concessit hoc anno in domo Gandensi (in fallor) 19 martii circa horam nonam noctis. Petrus Opmerus non dubitat eum inter viros, quos ordo noster habuit pictate et varia eruditione conspicuos recusare, vellem ut pro merito possem eum laudare.

⇒ Dominus Ludovicus Heywygen præses Flandriæ sepultus in cartusiæ Lovaniensi.

30 maii dominus Ludovicus Heywygen præses Flandriæ sepultus est in cartusiæ Lovaniensi in sepulchro patris, legavit 20 Renenses semel dumtaxat pro sepultura.

Circa hunc annum obiit dominus Petrus Esche professus et olim prior et vicarius domus Caturci qui vixit in ordine 50 annis laudabiliter et fructuose in instruendis novitiis. Anniversarium 14 aprilis.

⇒ Domnus Theodoricus Zittard olim prior Leodii 60 annis laudabiliter vixit in ordine.

Item dominus Theodoricus Zittard Brugensis, professus et olim prior et vicarius domus Leodii, qui 60 annis laudabiliter vixit in ordine; alias ab eo fuit receptus Theodoricus Zittard anno 1555 in eadem domo. Pridie calendas augusti.

Brevi tempore 4 electores Rheni a medio ablati sunt, præcedenti anno Moguntinus Sebastianus ab Hausenstain, hoc anno 4 calendas martii Fredericus palatinus, post eum Joannes Trevirensis archiepiscopus ex comitibus Eisenbergicis, et in septembri Adolphus Coloniensis ex comitibus Schauwenburgicis.

Excessit a vivis 3 nonas julii R.D. Joannes Nopel a Lippia suffraganeus Coloniensis probitate vitae et strenuo concionandi labore de ecclesia et fide catholica optime meritus.

⇒ Moriuntur in Schuet Joannes Ghysels præbendarius et Guilielmus de Backere donatus.

Apud nostros in Schuet obiit 8 junii dominica die tempore Completorii honestus et probus vir Joannes Ghysels familiaris ac præbendarius noster habitu et conditione sæcularis, qui dedit semel domui 350 Renenses, et alia de quibus alibi scribitur.

Eiusdem mensis (junii) decima quinta, feria secunda circa horam secundam post mediam noctem vita defungitur Guilielmus de Backere, huius domus donatus senior, sartor, de Bruxella oriundus.

⇒ Obitus S. Ignatii fundatoris societatis Jesu.

Pridie calendas augusti, feria sexta, post solis ortum hora prima Romæ S. Ignatius de Loiola societatis Jesu fundator, Jesum intermortuis vocibus appellans animam placidissime multis sanctitatis indicis relictis efflavit.

De cuius felici migratione V.P. priorem et conventum cartusiæ Coloniensis uti de societate bene meritos sic certiores reddidit P. J. Polancus S. Ignatio a litteris et secretis cuius epistolæ exemplar subiungimis.

⇒ Epistola R.P. Joannis Polanci ad P. priorem cartusiæ Coloniensis de felici migratione B. Ignatii.

Reverendi pater in Christo semper observande Pax Christi.

Mezmores singularis patris nostri magistri Ignatii sanctæ memoriæ in V.P. ac sanctam eius familiam devotionis, benevolentiae, ac studii, et cum iam inde a primordie et institutione minimæ societatis eiusdem V.P. erga nos propensionem, liberalitatem ac charitatem eximiam perspexerimus, non faceremus de felici migratione eiusdem reverendo patris nostri Ignatii, quem his diebus divinæ Bonitas ab hac temporali vita ad æternam et immortalem transferre dignata est, privans nos quidem jucundissima et utilissima præsentia tanti viri et servi sui, cuius exemplo, doctrina, prudentia et precibus hanc societatem ipsius providentia constituit, et tantopere auxit ac propagavit. Nihilominus tamen in eam spem eadem divina Bonitas nos

adduxit, ut nobis patris nostri operam a cæla magis profuturam, quam unquam in terra profuerit, speremus, et proinde ab ipsius obitu lætiores et alacriores paratioreque solito ad divinum obsequium simus, sic congratulantes ei felicissimam, et ab ipso tantopere expetitam vitæ commutationem, et e terris ad cælos migrationem, ut interim certi sumus deauxilio quod eo copiosius majusque cœpetamus, quo is est divinæ gratiæ omniumque bonorum fonti propinquior. Interim dum societas cogitur, quæ per totum Christianum orbem dispersa in duodecim tredecimve provincias distributa est generalem nobis vicarium elegimus, qui Italiæ provinciæ præfектus erat, et quamvis ægrotet tamen ut ipse ita et nos omnes V.P. cum tota familia sua sancta obnixe oramus, ut eodem loco nos, quo prius etiam nunc habeat, et sanctis orationibus ac sacrificiis suis universam societatem nostram iuvare dignetur, ut nobis divina bonitas de præposito generali, qui sit secundum cor suum, provideat. Sibi persuadeat V.P. quod ut ille S.P.N. fuit, quam amantissimo erimus animo erga sanctum suum monasterium, ac totum ordinem, et quantum per instituti nostri rationem, et imbecimmitatem virium licebit, parati erimus ad obsequium V.P. ac totius domus suæ, ad gloriam et honorem Domini nostri Jesu Christi, cuius summa et infinita bonitas det omnibus gratiam, qua ipsius voluntatem omnes intelligamus, et intellectæ semper obtemperemus. Romæ 11 augusti MDLVI. — V.P.V. servus in oomino Joannes de Polanco de commissione P. nostri vicarii.

⇒ Maximilianus Austriæ archiduxæ cum uxore Maria Bruxellem venit.

Æstate huius anni Maximilianus Austriæ archidux, Frdinandi Romanorum regis filius natu maximus cum uxore Maria cæsaræ filia in Bzelgium ad patruumeumdem sacerorum contendit. Obviam ei Bruxella procedit rex Philippus, deinde ad portam urbis magistratus cæsare cum sororibus subsequence, ac utroque populi ordine principes debito cum honore reverentiaque suscipiente : intrant Bruxellam postridie idus julii, et cum transegisset Maximilianus de uxoris dote sub finem augusti in Austriam cæsari amitisque in æternum valedicens rediit.

⇒ Una potis septem seytra fovere simul.

In curti anteriori ad occidentalem cœnobii Viridis Vallis plagam quercus immensa annosque cernitur sub qua æstate huius anni 1556 simul septem coronata steterunt capita scilicet Carolus eius nominis V imperato Germanorum, rex Philippus II, regina Leonora coniux Francisci I regis Francorum, regina Maria vidua Ludovici Bohemiæ et Hungariæ regis, utraque soro Caroli imperatoris, Maximilianus Austriæ archidux Ferdinandi Romanorum regis filius natu maximus cum uxore Mariæ cæsaræ filia, Muleastis Argerii in Numidia rex Tuneti. Unde versus :

⇒ Et præter homines equi quasi novies mille aderant.

Quod sim sacra Jovi, dicor bone regia quercus
Imperium in Superos, scilicet unus habet :
Dumque suam dixit, reliquis caput altior una
Arborinus tanto nomine digna tuli
At septem patula reges complexa sub umbra
Imperio major iam Jovis esse queo.
Gaudebant illi nostris se subdere ramis,
Succubuit foliis prona corona meis :
Nil mihi iam tecum est rex Juppiter : ardua septembre
Quæ regum possum subdere colla mihi.

Mense septembri Carolus V imperator ex Belgio cum duabus sororibus reginis Eleonora et Maria in Hispaniam navigat, et raro imprimis nostraque ætate inaudito exemplo in sodalium Hieronymianorum cœnobium S. Justi titulo nobile Placentino in agro Hispaniæ amœnissimo secedit ut quod reliquum esset vitæ spatium Deo transcriberet, nec mirum

Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu

Carolus enim puerili in ætate Gandavi degens ita apud cartusianos (a quibus avelli vix poterat) frequens erat, ut in domicilio Gandensis cartusiæ (aula non obstante adeo vicina) sæpius de nocte quieverit. Eam

illic sugens pictatem ; quam exercuit in imperio, illum que solitudinis quietisque amorem, ut iam maximus existens, qui unquam fuere imperatorum (seu imperii regnorumque latitudinem, seu rerum gestarum species gloriam) se ipso factus grandior, toto admirabilis orbe, deposito diademate ; et sceptris, quietem præponeret et regnis, hinc sapiens ait : Adolescens iuxta viam suam gradiens etiam cum senuerit non recedet ab ea. Recte sibi adaptare poterat illud sapientiae ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, et in omni terra steti : et in omni populo et in omni gente primatum habui : et omnium excellentium ut humilium corda virtute calcavi, et in his omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor.

f° 85

1556

⇒ Magno stabilitas domni Judoci Hinckert cartusiani domus Capellæ ;

Domnus Judocus Hinckaert Bruxellensis fecit professionem in domo Capellæ, qui ad honorem Dei et animæ suæ salutem reliquit eidem domui circa 36 Renenses. Vixit laudabiliter ibidem 66 annis contentus sua cella videlicet littera N in qua et obiit hoc anno in profesto S. Lucæ Evangelistæ. Quam stabilitatem ut digne possem laudare vellem mihi facultatem adesse. Relinquo lectori debite pensandum.

⇒ Reditus pro missa S. Nominis Jesu.

Hoc quoque notandum erat quod pro missa de Nomine Jesu hebdomadatim celebranda per Margaretam Vanden Dale ordinata habet conventus noster Antverpiæ 6 renenses guldenses ut patet per litteras scabinorum Antverpiensium de data 1556, 20 martii.

⇒ Induciæ a Gallis violatæ.

Anno 1557 profesto regum Gaspar Colingius Franciæ admiraldus Duacum astu occupare tentat, quo circa induciæ quinquennales vix anno servata sunt. Inani spe in furorem versa Lensium oppidum adoritur atque vi captum diripit et incendit.

⇒ Albertus Brandenburgius exul Farnesii moritur.

Octavo die januarii obiit Albertus Brandenburgius Germaniæ flagellum dictus 5 mensibus valido morbo (venenum epotasse, fuere qui asserent) vir robustus in ætatis flore constitutus, conflictatusd tandemque anno ætatis trigesimo quinto victus. Nec enim diu vastus animus quievisset, si diuturnior vitæ concessa fuisset. Ingentia enim animo volvebat, liberzatus, quem solum timebat, cæsar Carolo. Sed huiusce ingenii Deus ad tempus tantum utitur. Sicut vidimus nuper Halberstadiensem qui etiam flagellum sacerdotum se vocabat juvenem e medio sublatum. Periit Brandenburgius misr, inops, proscriptus, utque meruarat exul apud Carolum marchionem Badensem affinem suum. Successit ei in solidum cæsaris Ferdinandi consensu Georgius Fredericus Brandenburgius proximus agnatus.

1557

Eodem die obiit dominus Arnoldus a Tilia Bruxellensis professus et prior domus Capellæ sex dumtaxat mensibus, olim vicarius ibidem, et vicarius ac procurator domus Hollandiæ. Successit ei in prioratum dominus Nicolaus a Marca, ad cuius instantiam circa festum S. Martini dominus Franciscus Caveneere professus et iunior huius domus nostræ Bruxellensis per ordinationem patrum visitatorum fuit institutus procurator domus Capellæ.

Pridie 7 januarii in domo Ultraiectina naturæ concessit V. P. dominus Florentius Nicolai Monikedamus professus istius domus vir eruditio et pietate insignis valde; quondam vicarius et prior istius domus. Vixit in ordine 42 annos.

6 februarii executores testamenti dominus DE Chervia dederunt cartusianis Lovaniensibus in eleemosynam 200 flofrenos Carolinos.

Ipsò die cinerum in templo eorum sepultus fuit Arnodus Huens pater cuiusdam ibidem religiosi Philippi.

⇒ Philipopolis conditur.

Huius anni veris tempore Philippus rex ad Saltorium vicum loco valde idoneo Philipopolim in vicinarum provinciarum munimentum condidit, ibi enim exercitus contra Gallum cogebarat.

⇒ Philippi catholici regis erga egenos liberalitas.

Per hos quoque dies magna fama totam inferiorem Germaniam premit Philippus Hispaniarum rex aliunde frumenta Bruxelles, in usum non civium tantum, sed et omnium advenarum, qui variis ex causis illuc magno numero confluebant, afferri curat. Idem ipse paternæ pietatis emulator, tria millia pauperum suis sumptibus in ea fame aluisse dicitur ad eius exemplum idem officium et alii principes et viri nobiles, quisque pro suo modulo exercuerunt. Quare ex tota inferiori Germania tantus istuc pu-auperum et egentium accurrit numerus, ut testimo,io magistrorum hospitalium novemdecim millia pauperum in xenodochiis aliquot mensium spatio obierint. Originem habuit fames ab asperrima hyeme, quæ in maertium usque perseverans frugos et legumina corruperat.

85^v,

a.1557

⇒ Magister Petrus Gheerts didasculus puerorum in Schuet moritur.

In monasterio nostro de Scheut quinta aprilis circa horam completorii vita defunctus est V. D. magister Petrus Gheerts a Meerhout, sacerdos et sacellanus divæ Gudulæ in Bruxella, qui spatio 18 annorum docuit pueros in sacello nostro Dominæ de Gratia et reliquit sex florenos annue in memoriam anniversarii sui sepultus in ambitu nostro.

⇒ Joannes Metsaert cementarius.

Decima eiusdem mensis in pago te Weren obiit senex et probis vir Joannes Metsaert arte cementarius qui 37 annis et amplius fideliter servivit conventui, præcipue labore et arte sua ædificando ecclesiam nostram novam, capitulum, sacristiam, parvum ambitum, tertiam partem majoris ambitus, domum lignorum.

Ex capitulo generali non habeo nisi hanc ordinationem : Spatiament per visitatores ordinata confirmamus, taliter tamen, ut rite et recte untantur illis Belgiosi, nec ad domus vicinas declinent alioquin spatiamenta ipsa suspendantur vel revocentur in toto vel in parte.

Georgius Austrius Maximiliani I imperatoris filius, cui Cornelius Bergensis episcopatum Leodicensem anno 1544 cessarat, Leodici decedit 5 maii ad divi Lambereti in choro conditus, postquam ecclesiam patriomque Leodiensem magna modestia clementiaque annis 13 gubernasset ; successit Robertus Bergensis Joannis Bergarum ad Zonam in Brabantia marchionis frater.

Idibus junii serenissimus et inclytissimum Joannes rex Lusitanus Olisippone decessit princeps religionis cultui deditus, rebus gestis clarissimus et magnus benefactor domorum ordinis maxime in provincia Castellæ. Hæres Sebastianus nepos tertiennis. Fuit præcipuus promotor societatis Jesu a qua ipsi parentatum, et a multis aliis, nam eius longe communem egressa mdum benignitas, officia quoque grati animi postulare singularia visa est.

Circa hunc annum obiit illustris dominus, dominus Theobaldus de Rosmour dominus de Rieux magnus fautor et protector domus Gosnay.

⇒ Ingens Gallorum ad Quintini fanum cœdos, et urbs vi ex pugnata fuit.

Augusti decima luce B. Laurentio sacra Galli apud Quintinopolim vetus Veromanduorum oppidum auspicis Philippi II principis nostri memorabili prælio superati, cœsis multis, salvis paucis, nobilem victoriæ palmam nostris tradidere. Hinc repentina eius oppidi deditio. Victoria hæc magnum Philippo

novo regi nomen peperit, gradumque fecisset ad maxima, si miles ea victoria uti scivisset, vi capta direptaque civitate Philippus rex muliebri sexui atque imbelli ætati præcipue consuluit curans eos a vi defendi, et ad suos salvos et incolumes deduci. Arces omnes et castella deditonis regis Philippi captivis fuere referta.

↔ Pax inter pontificem et regem Hispaniæ.

Pontifex hoc nuntio animo consternatus simulanter pacis authores quærere, circumspicereque incipit. Tandem Venetis Florentiæque duce satagentibus Albanus pontificii honoris existimationisque causa pacem prior petit, de quæ in principio præcedentis anni diximus, sed non sic Roma, omnem cladem evasit nam (↔ Tiberis restagnat) nocte ea quæ diem præcessit quo die in senatu pontificio pax erat solemniter pronuncianda Tiberis aquis ingentibus et vehementer reflante Africo auctus plana urbis late obtinuit permulta hominum millia miserrime oppressa extinctaque in his cardinales septem (inter quos verisimile est fuit reverendissimus in Christo pater et dominus Joannes de Tolledo episcopus Tusculanus Sanctæ Ecclesiæ Romanæ cardinalis ordinis nostri, sincerus protector cuius aniversarium habetur 15 septembribus nam supradicta inundatio testa Mariana contigit 14 septembribus et forte sequenti) et pontificem ipsum ægre fuga elapsum nebulones vanissimi tanquam divinæ voluntatis ostenta Romamnam damnantis fidem popello simplici venditabant.

5 calendas octobris quarto decimo die postquam Romæ restagnaverat Tiberis, similes aquæ colluvio effunditur ad mille tecta eversa mortales ad tria millia partim aqua partim ruina domorum oppressi.

↔ V.P. Gerardus Hamontanus cartusiæ Coloniensis prior.

Plurimum etiam hoc anno iuvit Coloniense Collegium Societatis V.S.P. Gerardus Hamontanus cartusiæ ibidem prior suggerendis præter alia vitæ subsidiis, cuius benignitatem nequaquam fatigabat dies, sed felix rerum successus incitabat.

↔ Ledesma doctor Hispanus Coloniæ desiderio cartusianæ vitæ capit.

Jacobus Ledesma doctor Hispanus concionibus et familiaritate Ribadeneiræ societati se dedit cumque eo Romam profectus, cum prius multiplici scientiæ compluti Parisiis postremo Lovanii operam dedisset annum ætatis agens tertium circiter ac trigesimum, Coloniam cum vensset pro familiaritate quam habebant patres dictæ societatis cum cartusianis, cnobium eorum Ledesma invisit. Dum per singula oculos ac mentem studiose circumfert, et solitudinem ac quietem sacrumque illud silentium admiratur ; cœpit paulatim animus ad eius disciplinæ formam propendere et affici. Ii demum videbantur homines religiosi qui instituto beatorum vitæ quam proximo, longe a mortalibus curis, longe ab rerum strepitu humanarum in suavissimo dumtaxat et honestissimo otio collaudandæ contemplandæ que divinitatis œcum agitarent : sociatatis ratio sancta illa quidem, sed (quod eam proprius non tractarat) labiosa nimis et implicita videbatur : nec rebatur in mediis sæculi fluctibus tranquillitati locum relinqui. Quæ dum animo agitat prope aberat ut initam a se viam damnaret, sed comes P. Leonardus Kesselius eum confirmavit his verbis : Non hic sunt omnia, frater mi, habet Christi Jesu regina sponsa vestitum aureum pulcherrima varietate distinctum et vere hi sunt, et præter his alii sunt multi vere homines religiosi quorum Deo sunt accepta obsequia.

f° 86^V:

1557:

↔ Domnus Gisbertus de Anthuesden professus et procurator domus Ultraiectinæ, scriptor moritur.

Quinta Novembribus moritur Venerabilis P. dominus Gysbertus de Anthuesden in Rutenberch, professus et procurator domus Ultraiectensæ per 22 annos. Scripsit librum professionum et obituum suorum confratrum, quo sepius usus sum in hoc opere et alia multa et mirabilia quæ non vidi, xv julii anno 1555 electus fuerat prior domus de Zirczeæ. Vixit in ordine 36 annos.

↔ Domnus Philippus Vander Noot moritur.

In domo nostra obiit ipso die S. Martini dominus Philippus vander Noot, qui anno 1509, 12 novembris induerat habitum monachi, ex cuius parte conventus habet unum pratum *tot Neerpede* et alia bona quæ sunt quitata.

↔ Mutatio officialium huius domus.

Circa hos die fuit visitata domus per commisarios, ni fallor, et dominus Franciscus Caveneer, ut dixi, missus est procurator ad domum Capellæ, et pro domino Gasparo Van Wynge institutus est vicarius dominus Joannes Roelant, et sacrista dominus Hubertus a Francia, qui duo sequenti anno dimissi fuerunt ad exteriores regiones pro adjutorio ordinis non sine detrimenta forte propriæ domus ; quia postea ut videbimus hospites recipiendi fuerunt etiam ad officia, propter obitum et dimissionem professorum, nam et

↔ Domnus Joannes Torment proferesus et benefactor domus diem suum obit.

17 decembris huius lucis usuram amisit dominus Joannes Torment, Mechliniensis, monachus professus huius domus, cuius parentes gratiouse domui providerunt ut suo loco dictum est. Conventus tam in vita quam post mortem parentum eius facile recepit XXII^c/XXIII^c Renenses guldenses unde empti sunt super opidum Bruxellense XXVII renenses guldenses Itum VII bonaria terræ iuxta Molendinum *tot Tomberghe*, et alia onera domus quitata.

Moritur mense novembri, Bruxellæ Brabantiae Ferdinandus Gonzaga vir belli pacisque artibus, multis victoris illustris ac cleris, posteaquam ingentia invidiae tela forti animo superasset, arcanaque Paulo III pontificis ob cœsum filium Petrum Ludovicum Farnesium insidias implacabilemque, iram feliciter vitasset, sed Dei non omnino in tantam enim animi formidinem, perpetuumque pavorem miser senex, omnia etiam tauta ubique locorum timens, inciderat, ut nemini fideret, semperque instantem vim verens etiam solus invitusque caput ignarus obverteret, oculosque nunquam quietos nec stabiles in omnem paerem magna aspicientium cum admiratione coniicerat ac quoscumque ignotos vidisset, ut percuosores clam submissos, suspectos haberet. Non raro enim horum insidias manusque violentas feliciter evaserat ?

Maria Lignana, de qua egi supra ex municipio Oostervicano anno 1545 Coloniam profecta a patrum cartusianis sustentationem habuit, apud quos et sepulturam accepit anno 1557 30 septembris. Hanc vocat filiam suam dominus Petrus Blomevane Leidensis prior cartusiæ Coloniensis cuius orantis virtutem complures haud infeliciter sunt experti.

↔ Caletum a Gallis capitur.

Anno 1558 mense januario Franciscus Guisiæ dux cum copiis militaribus ex Italia in Gulliam reversus Caletum, oppidum maritimum annis fere ducentis ac duodecim ab Anglis possessum expugnat Anglosque universa Gallia dturbat.

↔ Eleonora cæsaris soror moritur.

Quo mense obiit Eleonora regina imperatoris soror Vallisoleti, eius exesuiæ Lutetiæ Parisiorum diebus 13 et 14 aprilis in summo Beatæ Mariæ Virginis templo celebratæ sunt.

↔ Carolus cæsar Ferdinando fratri resignat imperium.

In Caroli V imperatoris locum qui sponte imperio se abdicarat frater eius Ferdinandus 18 marii ab electoribus sufficitur.

↔ Franciscus delphinus dicit in uxorem Mariam reginam Scotiæ.

Ad 14 calendas maii Franciscus Henrici Galliæ regis filius natu maximus annm ætatis decimum quintum agens uxorem duxit Mariam Stuardam Scotiæ reginam Jacobi V regis filiam. Quantæ te puella innocens ærumnæ manent ! Hæresis tubes in utroque regno grassabatur plerisque a nobilitate infectis.

↔ Theonis-villa capta a Francis.

Rex Galliae duce Giusio Theonis-villam ditionis Lucemburgensis oppidum expugnat desiderata Petro Strozza Florentino Gallis addicto et caro.

↔ Franci cæsi a Comite Egmondano.

Lamoraldus comes Egmondanus comitante Ponto Lalaino Rentiaci marchione memorabili prælio Francos apud Gravelingam Flandriæ oppidum cecidi.

↔ Domnus Joannes Roelandi professus huius domus institutus prior prope Memmingen, Judocus Abs recipitur.

De domo nostra vix quidquam inveni nisi quod dominus Joannes Roelant tunc temporis vicarius, missus fuerit in Germaniam et institutus prior domus Aulæ Beatæ Mariæ in Buxia prope Memmingen, et dominus Gaspar van Winghene restitutus in officio vicarii. Item dominus Judocus Abs receptus fuit in nostram societatem et veste monachi donatus 5 maii.

In festo Beatæ Mariæ Magdalena obiit V. P. D. Petrus a Scherpenisse, professus domus Sylveducensis, prior domus Lyræ et alias prior eiusdem domus Sylvæducensis, Leodiensis et Delphensis, convisitator et visitator provinciæ, quod postremum munus visitatoris suscepit administrandum anno 1555 dominus Theodoricus de Meeuwen, professus et prior dictæ domus Sylvæducensis sed non satis feliciter. Hic autem dominus Petrus Scherpenisse dicitur vir pius et bonus (et dicitur in carta anni 1568 quod sub ipso observantia regularis laudabiliter viguerit], quamvis et ipse aliquando calumniam passus fuerit. Domus autem Cornelius Kerchoven primo rector institutus et postea prior confirmatus a capitulo domus Lyrensis. Hic omnes muros in pomario et circumquaque aedificavit.

21 septembris Carolus V imperator in Hieronymiano S. Justi sodalitio vitæ muneribus defungitur, cuius tantæ sunt laudes ut de eis aliquid dixisse detraxisse sit, cuius etiam summa in nos fuit liberalitas prout habetur in libro fundationis. Talibus autem verbis denuntiatur eius obitus in charta : Obiit serenissimus et catholicus princeps dd. Carolus imperator Romanorum, Hispaniarum rex, magnus fautor et benfactor ordinis et maxime domus Bruxellæ et eius praedecessores domos ordinis fundaverunt ; habuit plenum monachatum. In eius exequiis rogatus P. Borgia soc quondam dux Gandiae ut verba faceret iis Prophetæ verbis exorsus Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine egit de animi excelsitate, miroque consilio quo illi magnus mortalibus rebus (↔ Paternum fumus Philippus II Hispaniarum rex planxit in Viridi Valle) priusquam ipse deseretur, desertis post tot ex hostibus reportatos triumphos sui præstantissimus victor imperii insignia regnorumque tam multorum coronas ad Christi crucifixi pedes abjecit cura omni ad cæleste regnum ac beatam oeternitatem sibi deinceps parandam conversa. Ejus funus etiam Bruxellæ a Philippo celebratum fuit.

Imperatoris Caroli V Elogium.

Inscriptum velis navis Victoriae, quæ rotis imposta, et equis tracta pompam illius funebrem Bruxellis anno 1558 decoravit, et quotannis dominica 6 post Pascha circumducitur in incoeniis eiusdem urbis Bruxellensis.

Imperatori cæsari Carolo Maximo, Pio, Felici, Augusto, Gallico, Indico, Turcico, Africo, Saxonica, Victori triumphatorique multarum gentium.

Sencti res ab eo terra marique gestæ, singularis humanitas, incomparabilis prudentia, ardantissima religio, satis toto terrarum orbe conspicuæ sunt, Respublica, tamen Christiana, ob memoriam justitiæ pietatis, virtutisque eius victoriam navim, quæ mundum circumiit, quem suis ipse victoriis illustravit.

P.D.S.P.B.

↔ 1519

Præterea quod Novum, orbi nostro orbem, patefecerit, exteris gentibus christiano nomini additis, multisque regnis ac provinciis aucto Hispaniarum imperio.

↔ 1532

Quod Solimanum, Turcarum imperatorem cum CCC equitum peditumque millibus Germaniæ impendentem, ruptis in fuga pontibus, amissique XX millibus in suos fines compulerit, Germania servata.

↔ 1532

Quod classe Peloponesum, invadens, civitates Turcarum Methonem, et Coronem vi ceperit.

↔ 1535

Quod Barbarossem, Tyrannum cum CC millibus peditum, XVI millibus equitum prælio ad Carthaginem superatum arce Guleta, LX triremibus multis piraticis navibus, omni nautico bellicoque apparatu, ipso, Tuneto Hippone novo Hippone Regio, civitatibus captis, regno Tunetano imperioque Libyæ spoliaverit, restituto et vectigali facto veteri legitimoque rege Mubasse.

Quod undeviginti christianorum millia, eo bello libertata, in patrium reduxerit.

↔ 1535

Quod regnum, Tremesanum justo prælio Mauritaniæ regi restituerit.

Quod Aphrodisium Libyæ nobollismum emporium Susam monasterium, et Clupearum classe ceperit, maritimasper Libyæ civitates ac principes vectigales fecerit.

Quod duas Turcarum classes nostrum mare infectantes duobus præliis altero ad littus Mauritaniæ, altero ad Siculum deleverit.

Quod assiduis piratarum ræpinis mare infectatum, navigantibus securum reddiderit.

↔ 1530

Quod pristinam Genuensium reipublicæ libertatem restituerit.

Quod ducatum Mediolanensem, sex exercitibus hostium repulsis, tribusque magnis peccatis devictis imperio Romano bis Francisco Sfortiæ semel restituerit.

↔ 1543

Quod incredibili celeritate ducatum Geldensem, armis suæ ditioni restituerit.

Quod præclaro militaris peritiæ exemplo primum cunctando, mox longis difficultibusque itineribus celerrime confectis, Albique transmisso tumultuantis Germaniæ motus, pacata insuper Bohemia, victor sedaverit.

Quod plures Germanorum principes et provincias tumultuantes compresserit præsidi civitatesque viceperit, ducibus copiaum fusis, et pacata Germania.

↔ 1547

Quod Romanorum imperator Albim traiecerit et hostibus prælio victis, civitatibus in ditionem acceptis, urbibus, ducibusque captis, in his Joanne Frederico, Saxone er Philippo, Asso, victor inde redierit.

Quod contra christiani nominis hostes sponte, contra christianos non nisi laccusatus et injuriam propulsans, arma sumpserit.

Fortissimo Catholico optimoque principi, titulos trophæaque additis tumulo regnorum signis, devictarumque gentium imaginibus eadem christiana respublica numini maiestatique eius devotissima P. Eiusdem triumphi ordine I. Recensiti orbe novo inveto, II. Fide Indis infecta, III. Tuneto czapto et restituto captivisque redctis, IV. Affecta Genua, V. Germania Bohemiaque sedatis, VI. Geldria recepta, VII. Aphrodisio delecto, VIII Mari pacato, IX. Tremeseno restituto, X. Solimano profligato, XI. MethoneCoroneque vi captis, XII. Mediolano vindicato.

Ad Columnas Herculis.

Jure tibi Herculeas, sumpsiti signa Columnas.

Monstrorum Domitor temporis ipse tui.

Vixit annos LVIII, menses sex, dies XXVII.

Imperavit annos 40.

Regnavit annos 43.

Mariae Hungariæ regina Ludovici vidua tertia a cæsarlis morte septimana fratrem relicto mundo est secuta, cum paulo ante desiderio Belgarum tacta iter Barcerala Genam indeque terrestri itinere in Belgium facere constituisset, classique in eam rem parata staret, quæ cum fuisset Belgarum per 25 anns gubernatrix, ideoque illi parentatum 15 calendas februarii Breuxellæ.

Item Maria Angliæ regina Philippi Hispaniarum regis principis nostri coniux 17 novembris Londini moritur, cui 18 calendas Januarii Bruxellæ regia pompa ab Philippo parentatum.

Eodem die quo Maria regina Angliæ obiit e vita demigravit illustrissimus Reginaldus Polus cardinalis ex prosapia regum Angliæ, quem Surius scribit delectatum fuisse cartusianorum sodalitio et instituto.

Epilogus prædictorum cum pia animadversione.

Animadversum est insigne documentum mortalitatis humanæ tres potenti ssimos Germanos 6 mensibus Carolum eiusque sorores Eleonoram et Mariam extinctos simul et Philippi regis coniunx Maria Anglorum regina sub novembris finem sublata inestimabili religionis damno. Quo eodem die, ut plane videretur Britanniæ Deus iratus quod unum ei adversus exitiallia dogmata subsiduum erat reliquum.

Reginaldus Polus cardinalis est mortuus.

⇒ Dominus Joannes Blomarts decanus christianitatis sepultus in cartusia Lovaniensi.

19 decembris sepultus est apud cartusianos Lovanii in choro conversorum circa cancellos ad plagam aquiloream V.D. Joannes Blmoemarts sacerdos et decanus christianitatis et quondam sigillifer reverendissimi domini episcopi Leodiensis. Recepérunt autem in eleemosynam 6 Renenses præter jus sepulturæ : nam reliquæ tres partes erant domini decani S. Petri Lovanii, quia erat fumud decani. Porro jus sepulturæ erat octo petrorum ex quibus præfatus decanus habuit sex. Pastor S. Jacobi unum, et cartusiani unum, valebant autem singuli petri 18 stuferos. Et quia exequiæ fiebant cum octo tædis pastor S. Jacobi habuit unam et cartusiani unam, insuper habuerunt medietatem oblatorum ad offertorium in exequiis celebratis in ecclesiæ S. Jacobi, quod est notandum et observandum ad drimendas lites et pro servanda nostra quiete.

⇒ R.P. Andreas Capilla quanti in juventute apud patres æstimatus.

Toletum ad inchoandum domicilium patrum societatis inter alios missi leguntur Ægidius Consaluvius et Andreas Capilla (qui fuit postea cartusianus et episcopus Urgellensis) ambo theologiæ decursis spatiis tametsi nondum initiati sacris, missi leguntur in Iia parte histor. Societ. Qui præter domestica munera et collocutiones cum populo ad suum æque profectum et aliquod patribus omen (quod in civitate falsis rumoribus imbuta) necesse erat conciliandum, studia dum retractant in Toletanae Academiæ disputationibus quare multum valebant religiosæ modestiæ solidæque sapientiæ specimen præberent.

Anno 1559, 14 januarii, Elizabetha Henrici VIII regis ex Anna Bolena filia Angliæ regina renuntiatur quæ paulo post prioribus edictis abrogatis hæreticos in Angliam restituit et nostros cartusianos expulit primo julii qui Brugas venerunt, et cum Flandris vixerunt in cartusia usque ad annum 1570, etc.

⇒ Prior cartusiæ Lovaniensis dominus Joannes Zurpel quanta caritate a Leodiensibus cartusianis exceptus et excultus.

Circa festum S. Antonii in januario dominus Joannes Zurpel prior dfomus Lovanii profectus Leodium ibidem in eleemosynam accepit a V.P.D. Xernero Heliæ priore cartusiæ Leodiensis sesquiamam vini rubri, et amam vini albi Leodiensis nec non integrum novum habitum ex bono panno, et insuper Lovanium usque revectus fuit curru domus eiusdem.

⇒ Reverendus dominus Ruardus Tapperus decanus S. Petri et cancellarius universitatis Lovaniensis moritur.

6 nonas martii Ruardus Taperus Euchusianus decanus S. Pztri Lovanii et cancellarius universitatis magnum eiusdem decus et ornamentum Bruxellæ moritur. Sua doctrina et integritate chorum annis 24 scholam vero annis 39 rexit et docuit. Fuit suitemporis pontificibus Caroli V et Philippo Hispaniarum regi non immerito carissimus. Erat enim supremus fidei inquisitor et primus ad concilium Tridentinum e Belgio evocabatur, constanter catholicam religionem hæresbus vexatam etiam libris ad hoc editid defendebat. Obiit ætatis anno 71. Hic duobus eruditissimis voluminibus articulos Lovanienses contra Lutherum rogante Carolo V editos solide explicavit, aliaque conscripsit, et inter cetera volumen de

providentia Dei, et prædestinatione sed quod dolendum est propter characterum ruditatem et litterarum compendia a nomine hactenus legi potuit. Supremæ suæ voluntatis hæredes constituit pauperes : executores Judocum Tiletatum S.T. doctorem virum pietate eruditione que præstantem et amplissimum dominum Vigilium Zuichemium Belgiae prædidem, insuper in suo testamento petiti apud cartusianos Lovanienses celebrari duo tricenaria et recepunt ex parte eiusdem 10 Renenses. Ruardi erga pauperes benignitatem quidam carmine chronographicò sic expressit :

Ad SVperos abIens MaVortIs LVCe se Cvnda

Vltro paVperIbVs sVa dat bona Cvnta RvardVs.

12 aprilis obiit in oppido Delphensi honestus vir Angelus Artsens, qui legavit dicto conventui Lovaniensi unum redditum 24 Renenses redimibilem denario decimo sexto nec non 50 Renenses semel et filia eiusdem legavit eisdem annum redditum 30 stuferorum.

Hoc anno 26 martii conventus noster emit Bruxellæ redditum 15 Renensem Guldensem.

f° 89

↳ Domnus Hubertus a Francia sacrista missus est in Burgundiam.

Quo etiam mense (martii) decessit huic cum patribus qui ad cartusiam ibant, Burgundiam domnus Hubertus a Francia, tunc temporis sacrista, pro cuius viatico dedit prior domni priori Hollandiæ 30 Renenses guldenses. et pro equo XII/16 Renenses Guldenses. Et loco ipsius institutus est sacrista domnus Petrus Bets de Lovanio, qui non multis tempore mansit.

Ex testamto domini Arnoldi Van Shertogenbosch receperunt nostri 10 Renenses Guldenses.

f° 89v

1559

Obiit hoc anno 1559 in festo S. Agnetis domnus Rudolphus de Oudewater professus domus Ultraiectinæ, vir valde contemplativus et extaticus. Hic ante conversionem ad ordinem solebat habere amorosum affectum ad muliebrem sexum, ita ut tanquam deæ sibi amabiles viderentur mulieres. Pulchre et solenter Augustinus lib. XXII contra Faustum cap. 70. Animæ, inquit, virtutis capaces ac fertiles præmittunt sæpe vitia, quibus hoc ipsum indicent, cui virtuti sint potissimum accomodatae, si præceptis fuerint exultæ. Per prædicationes autem devotissimas domini Theodorici Osnaburgensis sive ut vulgo vocabatur monasteriensis ordinis minorum, qui ut sanctus a plurimus habebatur, conversus est ad religionem cartusianam. In qua post non multos annos ita suum amorosum affectum quem solebat habere ad mulieres convertit ad Deum, ut ei similis in Seraphico amore nullus crederetur vivere. Nam frequenter in missa quam celebrabat in extasi factus per nonnullas horas immobilis persistebat. Vis autem sensualis eius ex frequenti huius seraphici amoris exercitio ita tandem habituata erat ad huiusmodi extasim, ut aliquod devotum verbum cum attentione non possit audire quin extasim talem statim pateretur. Quinetiam nonnulla amatoria verba et cantica, quæ nobis viderentur libidinem sapere, descripsit in suo Enchiridio et iubilo mentis deflectebat in amorem Dei : ex quo videtur illum experimentaliter sensisse illos affectus quos liber Cantici Canticorum qui in sacris Bibliis est, præ se fert. At vero comitante indiscretione circa nutrimenta corporis nonnihil in cerebro læsus erat, nam in primis annis, quibus cæperat huic seraphico amori intentus esse nonnumquam per quatuordecim dies sine cibo et potu fuit, præterquam quod crustum panis olefaciebat, et illius odore quodammodo favebatur sicut retulit dominus Florentius a Monikedamis postea prior dictæ domus, qui cum solebat custodire, et fere omnia eius secreta noverat. Hinc evenit quod idem dominus Rudolphus postea non fuerit tam compos operum suorum, ut cum ceteris ordinem servare posset ad frequentandum deputatis temporibus chorum et legendum horas canonicas et celebrandum missas, sed interim sua quamvis singularia spiritus exercitia non intermittebat. Quapropter multa adversa tulit non solum a fratribus domus sed etiam a quibusdam visitatoribus, qui iubebant eum secundum ordinem conformari conventui. Visitatores autem tales movebantur zelo quodam Dei quod volebant

omnia ordinate fieri, sed læsionem cerebri non advertebant, quam æstimari debere præsertim in eo qui tam seraphico et sensibili amore Dei absorbebatur, quis non iudicet ? Patebat enim ex verbis et moribus eius manifeste quod officium divinum in ecclesia celebrari consuetum in summo honore habebat, et libentissime ei semper interfuisset atque suas partes præstitisset si per defectum cerebri et alias infirmitates licuisset ; unde vicissim a multis discretis, doctis et expertis viris excusabatur, in quibus maxime fuit dominus Petrus Leydensis prior domus Coloniæ ordinis nostri et visitator principalis longo tempore provinciæ Rheni, vir singulariter doctus et expertus in spiritualibus sicut manifeste appetet ex tractatibus et libbelis quos edidit. Erat autem dominus Rudolphus etiam admirabilis patientiæ erga eos qui suam vitam contumeliose tanquam diabolicam in deteriore partem interpretabantur, ita ut eis non minus esset benignus quam suis amicis. At demum anno 1550 propter suas infirmitates deputatus est ei locus ad habitandum extra ambitum inter laicos, quo magis aperta aura et liberis deambulationibus frueretur. Ultra 40 annos vixit in ordine, investitus enim fuit ann. 1518 ultima maij.

3 nonas aprilis in castro Cameracensii pax inter Philippum et Henricum II reges sancitur mox ea Bruxellis primum deinde per omnes Belgii provincias promulgatur magno omnium applausu.

Hæ consensu leges dictæ : Philippus rex Isabellam gallo filiam, dux Sabaudiæ Margaretam eius sororem ducunto. Sabaldo paterna dirio redditor. Corsica ad Genuenses redito. Inter reges duos eo bello capta utrimque restituuntur. Neque Hispanus Burgundiam, neque Gallus Mediolanum aut Neapolim, etc.

9 Aprilis ordini nostro se dedicavit dominus Joannes Leydensis qui postea obiit prior domus Sylvæ Sancti Martini ut suo loco dicetur.

Et 24 eiusdem mensis Lovanii magister Andreas Loots Hulstensis qui anno sequenti fecit professionem et parentes eius consignaverunt conventui certum redditum. Anno 1560 in sabbatho Pentecostes ordinatus est in subdiaconum per episcopum Cameracensem domum Maximilianum a Bergis, et eodem anno mense septembri factus est diaconus sub domino Roberto a Bergis episcopo Leodiensi, posrtea obiit ultimus prior domus Monachorum ut suo loco dicetur.

Curarem Paulo IV prima erat incorruptam tueri catholicam fidem : quod rex Philippus haud segnius agens eam maxime ob rem e belgio referre se in Hispaniam cogitabat ut deprehensam superiore anno pestem opprimeret : ac severe scriserat nolle hac in causa mortalium cuiuspiam rationem haberi, ac ne suo quidem, si nocens esset filio parci. Nec secus est actum. Pintiæ primum dein Hispanii supplicia de impiis memorabilia sumpta. Pintiani autem exempli ubi ad pontificem perlatus est nuncius (æstate enim hac ineunte est editum) supra quam credi facile queat beatissimus pater et gaudio gestit, et amore adversus regem accensus est, morbo qui diu presserat ex eo die vehementer levatus est, nunquam catholicum vere catholici regis animum finem faciens laudandi, confirmansque universi licet mortales, mundusque totus conveniret ad gratias hac de re clementissimo Domino agendas nunquam pares gratias fore ac mandabat ut pro carissimo filio suo Philippo rege preces sedulo fierent.

Hinc promarunt hæ ordinationes per capitulum huius anni : Monemus omnes personas ordinis nostri ut in recipiendis apostatis qui mandatis summi pontificis obediendo redeunt ex apostasia ad ordinem exhibeant se promptos tamen iuxta formam edicti et non aliter. Insuper per aliud mandatum pontificis moderni et generalis inquisitionis eiusdem plane innotescat qui libri suspecti, prohibiti et censuari sunt, volumus illam censuram ab omnibus observari, talesque libros prout ibi mandatur consignare.

Et super Joanne a Merica domus Bruxellensis professo et ibidem incarcерato committitur visitatoribus provinciæ, ut in proxima visitatione, vel ante cum commode poterunt dictum incarcерatam visitent et audiant, et si signa pœnitudinis et resipiscentiæ invenerint provideant sicut viderint expedire

Hic enim a regis ministris interceptus fuerat Lovanii cum causa mercaturæ forte eo divertisset et haberet ibi amicos et parentes suos, et propter obstinatiam in errore vix supplicium evasisset nisi fuisset professus

ordinis nostri et propterea nobis redditus, arcte enim huic sæculo alligatus erat cum haberet concubinam et proles, sed hæc vincula disrupti Deus atque morbis cum hoc anno corripuit ac tandem perfectam et consummatam pænitentiam Dei dono assecutus est ut dicemus infra anno 1561.

Mense maio Paulus IV pontif. Maxim. Philippo II principe nostro postulante episcopales sedes in Belgica multiplicat tribus archiepiscopatibus et quindecim episcopatibuscorum suffraganeis, ut loquuntur, institutis.

	<u>Archiepiscopatus</u>	
Mechliniensis	Cameracensis	Ultraiecinus
1. Antwerpienis	<u>Episcopatus subiecti</u>	1. Harlemensis
2. Gandensis	1. Attrebatensis	2. Daventriensis
3. Brugensis	2. Tornacensis	3. Leonardiensis
4. Iprensis	3. Audomarensis	4. Groningensis
5. Buscoducensis	4. Namurcensis	5. Midelburgensis
6. Ruremundensis		

Amisimus recte archiepiscopatum Ultraiectensem cum episcopatibus quinque ei subiectis et npperime episcopatum Buscoducensem in quantum temporis Deus ipse novit. Quæ omnia ut evulgata fuerunt magnam episcopis et archiepiscopis aliisque prælatis signanter Leodiensibus querularum occasionem præbuerunt, sed de potestate summi pontificis dubitandum non erat cum multis ante sæculis Gregorius II pontif. Max. (sedebat anno 715) Bonifacio Germania Apostolo præscribebat idem : præcipimus ut iuxta canonum statuta ubi multitudo excreverit fidelium ex vigore Apostolicæ Sedit debeat ordinare episcopos piæ tamen contemplatione ut non vilescat dignitas episcopatus.

Quantæ molis fuerit hos novos episcopatus erigere particulari libro tractat V.P.D. Arnoldus Havensius prior cartusiæ Gandensis.

⇒ Henricus rex Galliæ a Gabriele Mongommerii barone ad Hastiludium provocato, infeliciter per cassidis busculam vulneratus 10 julii extinguitur.

22 junii nuptiæ Philippi regis et Elizabetha Henrici II Galliarum regis filiæ magnifico apparatu Parisiis per Albanum pronubum celebrantur, tunc repente incidit gravis illa clades, quæ et Galliam et rempublicam omnem Christianam perculit, vel tam gravi verbere ad fragilitatem naturæ, et felicitatis humanæ cogitandam, modumque servandum in rebus deo excitante mortales. Henricus enim rex dum genere omni publicæ hilaritatis nuptialem cohonestat pompam eo magis quodf lætitia multiplex celebrabbatur, cum eodem tempore alteram filiam nomine Claudiam Lotharingo duci Carolo, et Margaretam sororem Emanueli Philiberto duci Sabaudiæ collocasset, ut erat animi excelsi, viriumque robustarum inire ipsem voluit ludicum hasta certamen. Inter ea belli simulacra, cum facinora rege digna multa fecisset, laxato diurna consertatione oris integramento, hastæque ab æmulo impactæ fragmine, qua viam reperit subeunte, graviter in oculo ictus undecimo die interit. Henricus quoque rex eam admonitionem divinæ attribuit iræ, quod lentior ipse in hæreticis coercendis fuisse sibi videretur. Quare Franciscum filium, qui fuit rex secundus hoc nomine, spondere voluit in eos se animadversarum, obtenturumque constanter ac defunsum catholicam fidem. Quamdiu ægrotavit, qui ad se adituri essent voluit omnes, prout ipse statim ut vulneratus est fecit, expiare confessione noxas, et ad divinam mensam accedere : sive ut facilius sua morumque submissione ac pietate cælesti Numen placaret, sive ut fideliores haberet ministros, sive quod facile reor odio hæreticorum ne supremo eo tempore quisquam ad se lisi sacrosanctis illis catholicæ fidei insignibus ab impiorum turba discretus accederet.

Sic rex Henricus ætate, opibus gloria florentissimus moritur regni sui 13 anno relictis ex Catharina de Medicis conjugé sua quinque filiis Francisco, Ludovico, Carolo, Eduardo, Hercule qui omnes sine prole obierunt, filiæ Isabella, Claudia et Margareta, ea quæ Henrico Vindomiensi tandem nupsit, qui postea Galliæ rex fuit Henrico socero Philippus Gandavi regales celebravit exequias.

20 augusti rex Philippus Hispanias repetiturus ordines Gandavi convocat quibus inter alia negotium fidei et religionis catholicæ proceribus provinciarum et imprimis principi Auriaco et comiti Egmondano commendat. Hi fide et reprobatione regi se obstringunt, qua fidelitate ipso præsente publicam rem gesserant, eodem absente navatuos, dummodo dimissis Hispanis urbes et castella nobilibus patriæ concredazt. Ea res licet non parum regi suspecta esset, tamen consideratis rebus ab ipsis tum domi tum foris præclare gestis facile adductus est ut desideriis ipsorum acquiesceret. (↔ Origo belli Belgici) Ac hinc quidem initium bellorum aliorumque malorum ad hæc usque tempora per Belgium. Itaque rex statu Belgii composito Margaretam Austriacam Parmæ et Placentiæ principel cum summo imperio Belgicæ administrationi præfecit adjuncto procerum atque senatorum ad expedienda reipublicæ negotia certo numero quorum princeps erat Antonius Perenottus cardinlis Gravellanus atque primus archiepiscopus Mechliniensis.

↔ Philippus rex et princeps noster in Hispaniam nunquam reditus proficiscitur secum vehens omnes Hispanos.

Bonam et commodam tempestatem nactus a Vlisinga solvit unoque benigno et perpetuo flante Aquilone paucis diebus Laretum Cantabrorum municipium 8 septembbris appulit.

Idem narrat Huterus : circa calendas septembbris cum omnibus, inquit, Hispanis naves concendit, postrema ad proceres ac ordines verba prætoriæ astantis ornatissimæ navi fuere religionem catholicam quam commendatissimam haberent, sartam testamque servarent. Exinde in altum clavis abiit regem Philippum nunquam amplius Belgas visurum cum omnibus j-vehens Hispanis. Id enim elixissime a rege Belgarum ordines proceresque petierant, ne exteri sensim numero aucti non solum urbium, civitatum omnisque munitionum administrationem sed totius provinciæ gubernationem invaderent, quam vero prudenter postea experti sut et adhuc experiuntur. Postero posteaquam appulisset die tempestas adeo sœva ac horribilis surrexit, aliquotque diebus perduravit ut Deo gratias agentes se præsentí mortis periculo ereptos omnes, qui in classe fuerant confiterenter.

15 calendas septembbris gravis annis ac benefactis Paulus IV pontifex decessit. Vix eo plura quispiam et salubriora ad lapsos reipublicæ restituendos mores conservandamque religionis castitatem ad eam diem decrdrerat : tamen (ut est fere iniquus arbiter populus et severitatis osor, apud quem unica offensio quamvis multorum gratiam benefactorum extinguit) in demortui pontificis eiusque gentis monumenta fœde sœvitum est. Homines insigniter improbi per insanam rabiem, quem vivum extinctum cupiebant, emortuam statuam rapuerunt, fregerunt non novam injuriam meditantes , sed veterem Constantino Theodosio optimis principibus renovantes. Satis est ostendisse tanti mali auctores fuisse qui sacri tribunalis sancti officii carceres confringere, commissarium ordinis. S. Dominici vñnerarunt, hæreticos 70° inter quos 42 dogmatizantes erant liberarunt. Ipsum vero pontificem vel inimici fatebantur vitam sanctorum modo finisse. Ita mente ac sensibus usque ad extremum spiritum viguit, ut convocatos cardinales hora ante obitum latine facundequæ alloqueretur, graviter eis sanctæ inquisitionis officium et consensionem in pastore optimo subrogando commendans. Et quoniam cardinalis a Cueva serius advenit eadem propriæ illi Hispanice iteravit, fuerat enim pannis sub Ferdinando catholico et Carolo imperatore in Hispania sacelli regii sacerdos atque linguam hispanicam exacte addidicerat. Vixit annos 83, mensem 1 ; sedit annos 5.

↔ Cartusiani domus de Paulari erga societatem Fesu benevoli.

Ulla tota in Hispania urbs facile fuit quæ maiori omnium gratulatione ordinum Colonos Societatis exciperet ac Segobia, monachi quoque cartusienses (domus scilicet Beatæ Mariæ de Paulari) quibus et rei et caritatis affatim erat, multa pollicebantur.

↔ Nuptiæ ducis Feriæ cum nobili Angla qui nostros patres cartusianos ex Anglia eduxit.

Erat Segobiæ tunc temporis P. Borgia iter Montellam intendens rogatu ducis Feriæ, eius parentem marchionem Plegi vhementer ægram quod is Anglicanæ feminæ, quanquam primariae, ut postea cognitum est ac pudicæ se nuptiis illigarat, consolaturus.

Erat dux Feriæ (ni fallor) legatus in Anglia, ac post mortem reginæ Mariæ, cum Elizabetha nova regina calvinismo aditum a piæ heroina obstructum, dedisset ac patefecisset, reversus in Belgium reduxit secum uxorem Aviam et sororem uxoris quæ in cartusiæ Lovaniensi sepultæ sunt, ac ipsos etiam cartusianos reduxit et forte pensionem a rege impetravit.

⇒ Liberalitas domni Gerardi ab Hamont prioris cartusiæ Coloniensis etiam erga priorem domus Lovaniensis.

Domnus Joannes Zurpel prior domus Lovaniensis in initio huius anni domum Leodiensem non sine emolumento adierat. Adiecit et Coloniam proficisci, et ibidem in eleemosynam accepit a V. P. D. Gerardo ab Hamont priore Coloniensi (de cuius effusa liberalitate in Societatem Jesu saepius diximus) multos bonos libros inter quos fuerunt omnia opera Joannis Thauleri, et alii diversi boni libelli, et omnia opera domni Joannis Justi Lanspergii cartusiani. Et insuper habuit in eleemosynam sex bonas arvas optimi vini Rhenensis, quod idem prior Zurpel curavit religiosis distribuendum per pintas, et hoc modo multo tempore ea gratia refecti fuerunt.

25 augusti pie in Domino obdormivit dominus Gasparus Winghe professus et vicarius huius domus Bruxellensis, et quondam infirmarius ciciter 18 annis valde obsequiosus et paratus omnibus inservire : vir magnæ patientiæ et pacis, non curiosus, non vindicativus, amator simplicitatis et rusticitatis, zelosus. Hoc illi retributum a Domino ut tam luculenter eius virtutes enumerarentur qui tam diligens fuisset attexere aliorum laudes in calendario. Vixit circiter XXX annos in ordine. Successit ei in officium vicarii dominus Joannes Tourneur qui sex annis et amplius fuerat procurator, sed post paucos menses instituitur procurator, nunc autem 17 scilicet septembribus institutus est dominus Franciscus de Caveneer qui mansit usque dum prior confirmaretur in januario fuerat (ut diximus) procurator domus Capellæ, sed quantum possum assequi P. Nicolaus a Marcka prior dictæ domus qui eum postulaverat 19 aprilis obierat, et ideo domum reversus.

⇒ Frater Joannes Vanden Driessche donatus diligens et devotus.

In Nativitate Beatæ Mariæ Virginis 8 septembribus, obiit frater Joannes de Gandavo, alias Vanden Driessche, hortulanus donatus huius domus, diligens utilis domui et tam die quam nocte frequentans ecclesiam.

⇒ Alberti principis nostri natalis.

Sicut Philippus rex hoc anno Belgium sua præsentia destituit, sic eodem anno novembribus 13 Albertus archidux Austriae Belgarum futurus princeps Maximiliani II filius Neostadii in Astria feliciter nascitur.

⇒ Obitus domni Petri Mertens quinti prioris huius domus.

16 decembris universæ carnis viam ingressus est V. P. D. Petrus Martini, professus et quintus prior huius domus, natus in Peisberge, qui fuit 7 aut 8 annis procurator conventus, in utroque officio fuit valde diligens et multas reparationes fecit in ecclesia et in capitulo, ornatum enim quoad picturas summialtaris suo tempore procuravit. Noverat autem artem pingendi, seque medeante speculo depinxit, atque duæ huiusmodi picturæ in hac nova domo adhuc habenter. Vixit in ordine circiter 25 annos.

Insignis mutatio et in patria et in domo nostra successit cum non regimine.

Receptores novæ navigationis Bruxellensis usurpaverunt in usum dictæ navigationis ex nostro prato (quod habemus ex fundatione) dicto den Snellaert sito in parochia de Molenbecka duo jornamlia cum 9 virgatis pro quo recepimus 200 Renenses Guldenses assignato nobis reditu ; summa receptorum ex redditibus dequitatis cum prædicto prato empto hoc anno fuit 1266 Renenses Guldenses, 12 stuferos quæ

summa fuit exposita in quitandis et emendis aliis demptis 17 Renenses Guldenses 18 stuferos qui adhuc restabant.

Cum progenies Lutherana in plurimas sectas abiisset in Gallia quoque conjuratio novatorum in regem et regnum detesta, civile bellum attulit. Nec minor in Belgio malorum facies secuta, sratibus principi rebellantibus, atque hæresi ulti portas aperientibus. Tunc diebus aliquot ante festum S. Michaelis Archangeli de nocte antiqua renovantur portenta, apparentibus in aere vani coloris et figuræ vexillis, gladius cruentis, lanceisque sibi invicem occursantibus ? Ec Chronico Cruciferorum.

↔ Anno 1560

Nova sed plerumque calamitosa ætas.

Joannes Angelus Medices 7 calendas januarii exitu prioris anni post longa tandem comitia in Petri sede Pauli IV excessu vacua collocatus et idibus eiusdem mensis coronatus, ut ingenii morumque suorum pignus daret qualemque esset gesturus pontificatum profiteretur Pius voluit dici et quartus hoc nomine pontifex fuit/.

↔ Domns Franciscus de Caveneer sextus prior cartusiæ Bruxellensis confirmatur fuit electio prioris in Schuet. Imo nec in nova domo Bruxellis habita est usque in hanc diem et annum 1630 ,jam a 70 annis caruit electione prioris domus Bruxellensis.

Circa festum Epiphaniæ electus fuit et 10 eiusdem mensis confirmatus in priorem huius domus dominus Franciscus de Caveneer professus domus qui 17 septembbris præcedentis anni institutus fuerat procurator. Restituit autem domnum Joannem Tourneur vicarium in officio procuratoris, et domnum Hubertum Cnobbaut Bruxellensem professum domus Lovaniensis fecit vicarium, qui fuerat rector et prior domus suæ, postmodum sacrsita Lyræ, deinde vicarius Sylvæducis, deinde procurator Amstelrademensis. Ecce quanta opus est resignatione et subjectione ut intra religionem vivamus. Et notandum vicarios huc usque exceptis quatuor primis in initio incepti monasterii continua serie ex professis fuosse creatos, nunc autem desiisse et alia insuper officia omnia ad hospites transiisse, et paucos post annos ipsumet priorem cessisse prioratum alterius domus professo.

↔ Elizabeth Francica in Hispaniam ad Philippum maritum prograditur.

Elizabeth Francica regis Philippi sponsa mense januario anni 1560 Parisiis profecta in Cantabriam contendit, traiectisque Piræncis montibus in regum Navarræ venit. Salutatis remissisque Anthonio Borbonio duce et Carolo Borbonii cardinale qui eam Parisiis comitati fuerant, recipitur a pro rege Albano cardinale Burgensi ac duce infantiorum, qui eam complutam ad regem deduxerunt, rex ei ad arcem quæ in propinquu stebat occurrit, cumque invicem sammutassent ad arcem divertunt, ac sequenti die pridie scilicet calendas februarii celebratis solemni ritu nuptiis iunguntur. Festa nuptialia Toleti præsertim quo se novi conjuges contulerunt hoc februario mense celebrata ludis, apparatu principali, concursu procerum.

↔ Domnus Joannes Girulphus ad ordinem poeta insignis

5 februarii nomen dedit ordini in cartusia Lovaniensi Joannes Girulphus Apellanus prope Hulstum insignis poeta, et bonus religiosus.

↔ Hæretici in Francia primo vocati Hugonotti, qui tum in seditiones prorumpere aussi fuerunt.

Hac quadragesima Calviniani furores, et ab rerum studiosis novarum perstrenue alta et propagata in apertum erupsit incendium. Aussi multis in urbibus arma impii capere teterrima conspiratio adversus regem Ambosiæ tum degentem vel enecandum una cum regina et aliis regni administris, vel certe in potestatem redigendum inita. Volebant regnum istud nobilissimum ad Helveticum regimen efformare. Tum Calviniani asseclæ qui ad id loci Lutheranorum ferme communi vocabulo censebantur, ab suo cOpti corruptore nominitari tum eorumdem infaustum ac sanguinarum nomen exortum (incertum unde) ut dicerentur Hugonotti. Putant quidam conjuratores hos dictos a rege Hugon larva seu lemure, qui noctu

incolas Turonenses vexare dicitur quodue circa turrim a dicto rege Hugone clandestina sua conventicula habere cœperunt. In seditionis auctores animadversum, et de iis gravissimum sumptum est supplicium. Mox Condæus, Navarræ regis frater in conspirationis suspicionem vocatus datur Aurelius in custodiam, et causa eius tractatur. Quæ res bello civili atque intestino inter Guisianos et Condæanos initium fecit quod pluribus annis Galliam afflxit. Scribit Opmerus condæanos sese idcirco appellasse Hugonotos, quod ei factioni faverent quæ genus una cum rege simul ab Hugone Capeto duceret proximiorque ex lege salica esset coronæ, quæque religioni quam Joannes Calvinus Noviodunensis Genenæ Allobrogum urbe profitebatur esset addicta : alteram partem sibi adversantem appellabant Guisianos quod Franciscus dux Guisiae in Veromanduis cum Hannone Momorantio connestabulo regisnutricii præcipui catholicam tuerentur.

f° 92v

⇒ Domnus Joannes Zurpel prior domus Lovanii transfertur ad prioratum domus Leodiensis, qui habuit sequente anno 1561 sermonem in capitulo.

Hoc anno per ordinationem capituli generalis dominus Joannes Zurpel, prior domus Lovaniensis (cuius semel atque iterum præterito anno fecimus mentionem) translatus est ad prioratum Leodiensem, quo officio per mortem non multo post defunctus est anno 1562. Suffectus est in prioratum domus Lovaniensis dominus Petrus a Mirica professus istius domus.

⇒ Joannes Rosbochius prior Brugensis moritur.

Hoc anno obiit dominus Joannes Roboschius, prior domus Brugis, professus domus Lovanii anno 1530 ; ibidemque functus est officio procuratoris, et in domo Sylvæ Sancti Martini officio vicarii. Fuit natione Mechliniensis, ex bona cognatione utpote consanguineus domini Joannis Robyns ac D. Rumoldi decani.

⇒ Jubileum domni Petri Twytens professi et quondam vicarii huius domus.

Circa festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ in fine junii celebravit suum jubileum dominus Petrus Wytens professus huius domus et vicarius 13 annos. Qui tunc Brugis morabatur capellanus monialium Sanctæ Annæ, quo profecti sunt V. prior et procurator et dederunt pro prandio et solatio eiusdem **XIIII Renenses guldenses. III stuferos.**

⇒ Præbendarii Joannes Van Grimbergen et uxor eius Margareta Raes qui dederunt redditum 33 florenorum.

Prædicti officiales consentientibus visitatoribus domnu Theodorico priore Sylvæducensi et domno Theodorico priore Montis Sancto Gertrudis receperunt in præbendarcio Joannem Vleeschouwer alias van Grimbergen et uxorem eius Maragaretam Raes, quibus habitaculum victimum et amictum quoad viverint promiserunt accepta avb eis redditu 33 florenorum ; pro habitaculo habuerunt locum vocatum de Schols scholam cum adjunctis duobus cubiculis horto puteo, sed non cubiculum feminarum.

⇒ Quitantia domus 45 librorum.

Exstat quitantia de 45 librio prædictis quitatis erga sacellanos S. Gudulæ sub sigillo eorumdem hoc anno 1560, ultima octobris.

Item quitantia de 5 geltis olei raparum etc. coram scabinis Bruxellensibus de eadem data.

⇒ Jornalie prati emptum.

Unum jornale prati acquisitum est per conventum tot Meysse de data 11 octobris.

⇒ Reditus 18 Renensium guldensium requisitus.

Item est littera sub sigillo civitatis Bruxellensis de data 1560 18 octobris per quam conventus acquisivit 18 Renenses guldenses annuos super novam navigationel dictæ civitatis, sed pro horto per conventum empto (forte prope hospitium) transtulit ex his 12 Renenses guldenses sicque dumtaxat retinet 6 Renenses guldenses.

Item hoc anno 9 augusti conventus emit 48 Renensem guldenses annuos (ni fallor) supra civitatem Bruxellensem, sed viderint officiales an non sit prædictus reditus.

Hoc anno pleræque permutationes bonorum factæ sunt una cum magistro Guilielmo Vander Noot consiliario Brabantiae.

Item pars lapicidinæ nostræ in Berchem Sanctæ Agathæ date est in locationem 36 annorum cuidam Petro Ydens pro 6 Renensibus guldensibus 12 stuferis annue.

Cum his negotiis occuparetur V.P. prior cogebatur sæpius ire in civitatem quare volebat ut sacrista citius pulsaret ad vesperas quibus interesse cupiebat, sed quibus demandatum erat hoc officium non omnino acquiescebant allegantes non esse moris in domo aut provincia pulsare diu ante tertiam quo factum est ut se abdicarent officio vel ipse prædictos officiales mutaret quod intra biennium sæpius videre est in catalogo officialium.

↔ Judocus Abs vadir ad ordines Valencenas.

Ivit venerabilis prior Valencenas in septembri pro domno Judoco Abs promovendo ad ordines et expendit in itinere XV Renenses guldenses necdum iam frequentes habebamus episcopos. Qui et prædictus Judocus hoc anno fuit sacrista et dominus Petrus Bets natura alioquin mitissimus.

↔ R.P. dominus Guilielmus a Prato episcopus Claremontanus benefactor cartusiæ Vallis Profundæ et aliorum ordinum sed præcipue societatis.

10 calendas novembris recerendissimus dominus Guilielmus a Prato episcopus Claromontanus diu animam in affecto annis et morbis corpore cœgre trahens finem laboriosæ mortalitatis felici ad vitam immortalem transitu invenit ? Procul in omnes partes optimus ac memoria dignus, et a Deo collocandæ educandæque societati Jesu in Gallis datus. Cum se patrem pauperum crederet a Deo constitutum, rerumque sibi creditarum se non Dominum quam distributorem magis ; in alienis a pietate operibus ita parcerat impensæ ut interdum haneretur tenacior. Vderum quid pius Antistes ageret, index ferme vitae mors non apertum protulit. Suam rem omnem satis amplam Domino reddidit. Pauperes Claromontanos eorumque hospitale domum hæredes scripsit, multaque simul ad educandos instituendosque litteris adolescentes inopes cura societati commissa multa religionis familiis virorum ac feminarum legavit, cumque liberaliter etiam famulis providisset nusquam consanguineorum aut affinium meminit, sed nec cartusianos intestatos reliquit, fuit enim ut charta capituli anni sequentes declarat domus Vallis Profundæ magnus benefactor et augmentator.

↔ Andreas Auria.

Andreas Aurea Genuensis princeps Amalfitanus patriæ libertatis restitutor et vindicta primum Francisci Galliae regis post Carol V imperatoris eiusque filii Philippi II classium præfector victoriis clarissimus, anno ætatis 3 et 90 uxore nunquam ducta moritur : omnium fortunarum triremiumque suarum hæredem scripsit Joannes Andream Auriam fratrus sui filium.

Gallia intestinis motibus, ut præfati sumus, agitari cœpit religionis prætextu, qui in hanc diem pacari non potuerunt. Sed ad componendos tamen eos motus conventus ex universa ditione omnium ordinem Aureliam urbem indicti sunt. Quo tempore novus rex Franciscus secundus ex apostemate cerebri octo annis natus septemdecim in eadem civitate obiit, successorem habuit Carolum fratrem 11 annorum magnæ spei puerum.

Summa receptorum hoc anno in domo nostra ex redditibus redemptis cum restantiis præcedentis anni fuit 710 Renenses guldenses 18 stuferos, etc., et expositorum 638 Renenses guldenses, 12 stuferos, sic plus receptum quam expositum 72 Renenses guldenses, alias 38 renenses guldenses.

Carolus Caraffa cardinalis sub pontifice Pio IV carnificis manu strangulatur Romæ anno 1560 dum Bruxella rediisset Romam. Ingredienti dicto cardinali Bruxellam rex Philippus II, qui tum ibi agebat

obvium ivit, et illi dextrum latus dedit, obruebatur cardinalis a turba confluente ad oscula pedum suorum, quam nec ocreæ nec lutum, nec calcaria nec præsentia regis abducere potuerunt.

⇒ Frequens mutatio custodum ecclesiæ.

In principio huius anni in domo nostra Bruxellensi fuit sacrista dominus Theodoricus professus domus Hollandiæ, qui non multo post sponte claves reddidit, cuasam diximus superiori anno. In quadragesima fit custos sacristinus dominus Joannes Cogge, professus Brugis, qui ad hunc conventum venerat ex Herne, in Herne autem venerat Ultraiecto.

Quantum ad externa Romæ Pius IV ducem Paliam et Carolum Carafam cardinalem suppliciis vindicabat : huic, gula in carcere fracta, duci amputatum publice caput. Æquitati datum, sed et Philippi regis gratiæ vulgus interpretabatur proma semper in deterius persioaione. Omnino ex crimina comisisse constabat ob quæ a patruo pontifice Paulo IV pulsi in exilium, nunc morte pœnas dederunt. Quod hic referre volui, quia Opmeerus pontifici Pio alias sat bene merito aliquam injustitiæ notam inurere videtur : sic scribens Carolum Carafam cardinalem memor quæ ille in conclavi contumeliosius dixerat cum Joanne Paliani duce Allifano comite ac Leonardo (cognatis Pauli IV) in Adriani molem conjectum non satis juridice convictum intentati criminis strangulari procuravit, sociis gladio percussis. Constat ex historia societatis maxime hos voluntariam mortem poenitentes et pie subiisse.

Etsi ab anno fere 1540 occulta quædam hæreses semina in regno Scotiæ spargerentur, ac sensim etiam in multorum animis germinarent, ante annum tamen 1560 res in apertam non erupit defectionem ; a quo empore adeo civilibus bellis regnum illud exarsit, adeo cœdibus ac sanguine cruentatum est, ut aliud nihil quam perpetua quædam laniana extitisse videatur.

Tumultuatum est in Scotia causa mutationis religionis. Maria a Lotharingia Guisia Jacobi V regis vidua animi mærore succubuit atque mortua est in arce Edemburgensi.

⇒ 10 julii sepulta Rhemis in cœnobio S. Petri.

Vere Maria Scotiæ regina uno tempore matre et viro orbata in Scotiam (meliore fortuna digna puella) ad secundas et terias nuptias navigavit atque post diuturnum carcerem, exitum in Anglia.

Ludovicus Borbonius (dux Condæus) quasi auctor seditionis contra regem Amboise excitatæ traditur carceri Aureliae. Ubi cum Franciscus II nonis decembris præsenti anni decessisset vinculis ille fuit liberatus. Itaque cum suæ factionis nobilitate icto födere complures præcipuas Galliæ urbes invasit, præsidioque imposito sibi eis reservavit. Itaque dirissimum per Galliam exortum est latrocinium frustra spius sopiri tentatur.

Reverendus pater noster generalis prævidens imminentem calamitatem per chartam capituli generalis suos omnes filios et confratres seria exhortatione confirmat et præmunit adversus omnes casus et mortis pericula.

Considerata huius calamitosi temporis injuria nonemus et hortamur in Domino omnes priores ordinis et eos qui curam animarum gerunt, ut reddant se operarios inconfusibiles sectatores bonorum operum et tanquam Dei ministri solliciti ambulent in timore Dei, et eos, qui commissi sunt eis, custodiat ne lupus rapax invadat et devoret gregem Dei, et ab eis requiratur sanguis sibi commissarum ovium quoniam grave judicium fiet his qui præsunt, sed pascant eas verbo et exemplo, et adhortentur frequentius perseverare in disciplina Domini, et traditionibus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, neque moveri huiusmodi procellis quibus proh dolor ! navicula Petri in hoc mari magno et spatio agitatur, sed saepius levare puras manus ad Deum, ut post tempostatem tranquillum faciat et post fletum exultationem infundat ; exemplo etiam maxime studeant præesse ut prius faciant quam doceant, nec audeant aliquid loqui, quod per eos non

effecerit Christus. Studebunt igitur in omni profectu virtutum subditos ædificare et imitatores fieri pastoris Domini nostri Jesu Christi qui dedit animam suam pro ovibus suis, et eas sanguine suo redenit quo facheret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Reliquas personas ordinis hortamur, ut in navitate vitæ ambulent, eo magis quo vident appropinquantem et instantem diem Domini, ut inveniantur parati reddere rationem de ea, quæ in eis est fide, nec circumferantur omni vento doctrinæ, sed gratia stabiliant corda, et in omni obedientia, et interiori mortificatione exhibeant se Deo hostiam sanctam, viventem, Deo placentem, quoniam bonorum operum bonus erit fructus. Cum igitur sola perseverentia coronari mereatur, super fundamentum illud quod est Christus Hesus superædificant lapides pretiosos, aurum et argentum omnium virtutum ; et proficiant de die in diem, et non terreantur flatibus adversitatum et fluctuum malignorum quibus excentur electi. Proinde viriliter agant et ascensiones virtutum ponant in valle lachrymarum, sit videre Deum deorum in Sion et immarcescibilem gloriæ coronam consequi mereantur.

⇒ Domus Monialium Ferrariæ ordinis nostri.

Habetur in carta capituli huius anni obiisse dominus Gabriel professus domus Bononiæ, confessorius Monialium domus Ferrariæ, item soro illuminata monialis S. Anthonii Ferrariæ unde perspicuum est tunc temporis ordinem habuisse ibidem domum Monialium, quam puto iam desiisse, quoniam non habentur amplius nominæ professorum istius domus in chartis.

Obiit item circa hunc annum soror Aynarda Ruynate priorissa Monialium Prati Mollis quæ 70 annis laudabiliter vixit in ordine.

Obierunt hoc anno 41 monachi, 13 conversi, 10 moniales, 12 donati : 76 personæ/

⇒ Preces pro concilio Tridentino.

Pro directione sacri concilii generalis unusquisque sit sollicitus in suis orationibus, piisque exercitiis orare Deum, et qualibet hebdomada singuli bis legant litaniam Sanctorum in suis cellis, non litterati vero ficant 25 Pater et Ave.

Hoc tempore ordinabatur secunda missa de Spiritu Sancto pro impetratiōne cœlistis auxilii contra quoscumque infideles hæreticos, et sanæ doctrinæ adversarios et pro eorum reductione ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, et maxime pro quibusdam personis ordinis nostri qui per hæresim Lutheranum deceptæ ab ordine discesserunt vel ei minus juste obediunt, etc., quarum precum fructum statim infra ostendam.

⇒ Anglis patribus datum domus Brugensis incolenda.

Priori domus Brugis fit misericordia et præficiimus in priorem dictæ domus D. Mauritium Chancæum (Anglum primo professum domus Londinensis) secundo professum eiusdem domus quem hortamur in Domino ut dictam domum in utroque statu multum collapsam in pristinam gloriam et observantiam regularem paulatim restaurare studeat et D. Alexandrum Palinck facimus procuratorem dictæ domus, quem excusamus de inobedientia si officium vicariatus in domo Ziriczeæ a visitatoribus sibi injunctum non acceptavit, quia ab illo per reverendo patrem Cartusiæ per aliud mandatum revelatus erat. Commitimus etiam visitatoribus sive alteri ipsoram, ut quantocius dictæ domui D. vicario idoneo provideant. Ordinamus similiter quod novotii quos de cetero Dominus miserit ad formam ordinis si apti et grati inveniantur, recipiantur et professi dictæ domus fient et non alterius domus. Commendamus tamen ipsam domum Brugis dicto D. Mauritiio priori ut de (⇒ Eleemosyna regiæ maiestatis data patribus Anglis quæ primo fuit 2000 florenorum annuarum) eleemosyna reginæ maiestatis etiam cum sustentatione Anglorum curet illam iuvare et relevare a gravaminibus quantum licuerit et rationabiliter fieri poterit, ita ut per adventum Anglorum domus Brugis benedictionem et restaurationem accepisse inveniatur prout

speramus. Et dictus dominus Mauritius statim accepta charta capituli a visitatoribus introducatur, et per eosdem statim eodem tempore domus ipsa ordinarie visitetur.

Priori domus Gandavi fit misericordia et restituimus et præficimus in priorem domus D. Joannem [van Ieper] professum et procuratorum domus Brugis propterea a procuratu domus Brugis absolutum. Et prior absolutus ibidem exerceat officium procuratoris ad ordinis voluntatem.

Domnus Lambertus Bryen professus domus Monachorum prior domus Traiecti fuit quoque absolutus ceterique officiales dictæ domus propter quemdam Henricum quem accusaverat qui ad cartusiam fugerat et postea apostata factus est.

Institutus est autem prior domus Bartholomæus a Schoonhovia professus dictæ domus propterea a prioratu domus Delfensis absolutus, cui domui concessa est electio novi prioris.

Committimus et mandamus visitatoribus provinciæ ut auctoritate capituli generalis provideant dentque operam et ordinem ut domus opulentiores provinciæ de abudantia sua domui Monialium Brugis pauperculæ elargiri faciant, et ipsi visitatores et earum domus in exemplum ceteris se exhibeant taliter ne caritas in eis refriguisse invenientur. Similiter faciant domibus Campensis, Ziriczæ et Lovanii.

Volumus ut reformatio super annum missa per R. patrem prioribus et subditis dictæ provinciæ in omnibus inviolabiliter observetur. Super quo visitatores volumus diligenter invigilare.

⇒ Congregatio patrum celebrana in domo Lyrana.

De cetero celebretur congregatio patrum, quæ solet celebrari in dominica reminiscere, celebretur dominica sexagesimæ in domo Lyræ iuxta reformationem super annum tandem missam a reverendo patre.

f° 95

⇒ deus dedit pænitentiam domni Joanni de Mirica ad cognoscondam veritatem ut resipiscent a diaboli laqueis

De D. Joanne Mirica professo domus nostræ, cuius lapsum et incarcerationem supra memoravi sic habetur in charta huius anni : Domnud vero Joannes Mirica profiendo perseveret in emendatione quam cœpit, quam si perfectam fecerit maiorem a Deo et ordine sentiet gratiam: Ecce initium pænitentiæ in homine satis alias obstinato, ut diximus, et ipse postea fassus est. Summuas igitur agamus Domino Deo gratias qui dedit confratri nostro pænitentiam ad cognoscendam veritatem ut resipisceret a diaboli laqueis. Sapientes quoque lectoris est non mirari si homines cuiuscumque propositi sint interdum labantur et peccant, cum mirum sit magis si homo peccato careat, quam si peccatum aliqua affectet, nec opinionem virtutis apud se cuiuscumque minuere debet si delictum ille correxit, cum tam multos, qui non mediocriter aliquando peccarunt colamus in cælo sanctos. Hunc etiam in exemplum ceræ pænitentiæ voluimus omnibus præponere, ut si erramus sicut homines non simus pertinaces sicut dæmones, nam hoc tempore, quod dolentes referimus, paucos videmus ex eis qui deseruerunt semel collectionem suam et ordinem quamvis revertantur perseberare, sed sæpius reverti ad vomitum rursus fugam meditari et arripere, quare hoc ? quia non veram apprehendunt pænitentiam Cornelius Jansenius Concord. Evang. Cap. 13 ait : per hoc dicitur, facite dignos fructus pænitentiæ ; uniuscuiusque conscientia convenitur, ut tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pænitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. Videamus in hoc homine quantam pænitentia seu tristitia secundum Deum operata sit sollicitudinem, sed defensionem sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam : hæc non indigent explanationem sed clare videbimus libello domni Joannis de Mirica quom scripsit de reditu ovium dissipatarum ad ovile Christi, eas revocans ad unitatem concordiamque Christianam, et evangelicam veritatem. Inter cetera sic habet : Quod autem pauci revertuntur ad unitatis gremium, præsertim ex doctioribus et litteratis, multique de una secta migrant in aliam : maior quæstio est. Breviter tamen cum Gersone respondemus, ideo separatos semel et ab ecclesia revulsos raro ad eam reverti : sed currere potius instar asini indomiti in omne præcipitum : quia irato Deo (qui superbis resistit)

relinquuntur in manu consilii sui. Est enim in hæreticis plerisque omnibus occultum quoddam superbiæ initium, et pertinaciæ genus, pallio fucoque constantiæ tectum est in ipsis zelus quidam speciem quidem habens justitiæ ; quum revera ex injusto impuraque amore, et ex animo proficiscatur felleo et amarulento. Quem quidem zelum recte camparari perhibet Gzerson gladio bicipiti in manu furiosi : aut igni seu fulmini sine obice pervaganti : qualis præfiguratus fuit olim in duobus illis filiis Jacog patriarchæ Simeon et Levi. Hi quippe juste se moveri opinabantur ad vindicandum oblatum sorori vitium sed secus judicat sanctus senex, qui iam moriturum maledictum (instinctu divino) pronunciat hunc fuisse furorem : et hanc ipsorum indignationem tam pertinacem, et præfactam. Talis profecto zelus est omnium, qui prætextu tollendi scandala de domo Domini, sese ab ipsa hac Dei domo separant, forosque prorumpunt, et novas condunt cætus, et sine fundamento ædificant ruitura ædificia. Hæc non insultandi animo a me commemorati, velim ut sibi veritatis alumni persuadeant. Nequaquam ut in alios dicam contumeliosius : sed ut potius meo exemplo quam plurimos (si cum Deo adjuvante possum) a deviis et heotenis errorum semitis ad antiquum revocem salutis iter : ideo hæc a me nec aliam scribuntur ob causam. Etenim memini et meminisse necesse est, non rectum divinæ sepientiæ callum tenuisse me annis totis plus minus tredecim. Ardentí quidem accensus eram zelo, totusque flagrabant desiderio evellendi zizania ex agro dominico. Sed gratiæ Deo nunc video haudquaquam fuisse a Deo hunc zelum, nec secundum scientiam extitisse, nec sale conditum. In multis inique accusabam (ut eram ab his novis præceptoribus imbutus) Christi veterem ac Romanam Ecclesiam. (↔ Ecce defensionem). Nunc pleraque in Ecclesia longe aliter doceri invenio, quam ementitis fictionibus proponunt corruptores isti, menteque corrupti falsarii. Deinde sugillantur ab his multa, tanquam recenter in ecclesiam invectz, quæ semper iam inde ab Apostolis fuere receptissima. (↔ Ecce indignationem) Video (ut breviter summatimque dicam) nihil esse has universas novellorum magistrorum inventiones, quam mendacia mendaciis (instar catenæ) perpetua serie connexa. (↔ Quomodo comersus ????) Neque hæc ante videre potui, quam perlustratis principiis ac fundamentis, quæ religioa orthodoxorum patrum ex scripturis deduxit antiquitas, sic ordine rectaque methodo et ratione ad reliqua pervestiganda dubia processi. (↔ Augustino in Psalmi 57) Et verissimam esse comperi domini Augustini cum tota antiquitate conspirantem sententiam quam in explicatione Psalmi edidit 57. Generet te (inquit) Mater Ecclesia, non abortiat, si patiens fueris, usquequo formeris, usquequo in te certa sit doctrina veritatis : continere te debent materna visceræ. Si autem ompatientia tua concusseris latera matris : cum dolore quidem te excutiet, sed magis tuo malo quam suo. In ventre quippe Ecclesiæ veritas manet. Quisquis ab hoc ventre Ecclesiæ separatus fuerit, necesse est ut falsa loquatur. (↔ Corroborant Deus misericordiam suam super eum) Necesse est (inquam) ut falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excussit. Hæc Augustinus. Sed gratiæ Deo, qui me rursus (tametsi invitum quidem primum et reluctantem) ad matris, sponsæque suæ gremium rtetrahere dignatus est. Qui (inquam) violenta miseratione, et miserane coactione atque violentia contumaciam mei pectoris contundere atque emollire dignatus est ut fierem (ipsius dono) ex contumace tractabilis, ex invito spontanus, docilis ex indocili atque incapaci. (↔ Ecce timorem) Non quod ego nunc grieks cantem aut triumphum celebrem ante victoriam. Non (inquam) arbitror me comprehendisse vel vicisse. Satis (inquam) arbitror me comprehendisse vel vicisse. Satis ntelligo me in medio adhuc ambulare laqueorum : neque quod omnem stupiditatem abjicerim, gloriari præsumo. Id solum confidenter adfirmo me ad Christianæ Scholæ eamdem divino ductu redisse stationem, quam scripturæ nobis sacræ demonstrat auctoritas : quamque orthodoxorum omnium concors observavit, tenuitque vetustas. Hæc mea gloriatio est, hec certa et indubitate dides. De hac mihi divinitus, exhibita benignitate et misericordia, si glorior : non erro nec insipiente ago : divinis enim fulcior firmiterque innitor eloquius. Neque sensum novum scripturæ canonicae adfingo sed quod semper ubique ab omnibus catholicus doctum est, id teneo : idque tenendum dispersis fratribus christiono pectore, fideliterque propono. Apostolica sententia est : novit Dominus qui sunt eius. Mihi vero, qui sunt Domini, ignotum est : neque an ipse a Domino sim ad vitam æternam electus, sine trepidatione constituo. Scio enim (docente scripturæ) quod qui existimat se stare, sollicitus esse debeat ne cadat scio ad humiliandum nos secretum hoc, occultumque manere voluisse Dominum, quamdiu in hac mortalitate vivitur. (↔ Ecce desiderium) Tamen bonam certamque foveo de me (divinæ intuitu benignatis prædestinationis spem, foveo etiam de aliis dispersis fratribus, quotquot redire voluerint.

Rediturosque unde recessere confido quamplurimos : siquidem de memine in hac vita desperandumest. Eamque ob causam omnes ad redditum sine scrupulo ac dubitatione cohortor. Omnibus reflexas semitas, et diverticula erroresque ostendo : ad informationem eorum qui Domino credituri sunt in vitam æternam. Quemadmodum de sua scripsit conversione ad Timotheum apostolus. (↔ Timotheus 1, Luc. 22) (↔ecce æmulationem) Et apostolorum vertici Petro dictum legimus : Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Horum duorum Christi Apostolorum vel minimus esse discipulus quum vehementer exoptem, cur non pro meo quoque modulo negotiationem regis nostri obire studeam. (↔ Ecce vindictam) Hæc de me præfatus nunc ad institutum revertur : et constituto stabili ac immoto finienda litio conciliandæque dissensionis principio : pergam enarrare atque refellere satanæ ministrorumque eius astutius : quibus hoc conantur fundamentum principiumque evertere. Sic enim capienda sunt vulpes quæ demolunt vineas ut occultos et simulatione tectos prodamus laqueos, quos ad capiendas hominum animas fraudulenter in via absconderunt. Sic ipse.

Ecce benigne lector, conatus sum ex verbis ipsius domni Joannis de Mirica ostendere perfectam isum egiose pænitentiam, ac ea præstitione quæ in Corinthiid Apostolus animadverterat tristitiam secundum Deum operatam fuisse. Hæc enim certe declarant eum vere resipuisse atque ex animo detestari anteactam vitam.

De eius perfecta pænitentia carmen congratulatorium contexam, quod panxit V.P.D. Joannes Gerulphus professus et vicarius cartusia Lovaniensis.

Ad Joannem Myricæum cartusianum.
Carmen Joanni docto disclusus amico
Mittit Joannes alter, at ipse rudis.
Legi, chare mihi frater, tua scripta probari
Quam sunt hæc dixi, pulchra nitore suo
Talia perspexi reses usque ad plaudite lecta
Ingenio duxi qualia digna tuo,
Doctrinæ vidi tanta gravitate referta
Quantam sat nostram certus inesse tibi
Tam bene præcurri limata politaque scite
Quam prædixisseme perficienda tibi.
Multimodo reperi varioque nitentia cultu,
Ut tua virtutum vita decere nitet.
Macte animi, sic is ad sidera : sic tibi plane
Quæ nocuit negro secta, fricanda sale est.
Sed tibi nil nocuit, nocitum nisi duximus illi
Cui tandem sapuit, mens grave passa malum.
Quem fallax humilem iam missus reddidit error
Et magis impietas pectore pulsa pium.
Talem te novi, novere tui quoque fratres
Exemplum de te qui pietatis habent.
Talem nunc etiam poterit cognoscere mundus
Talem demonstrant te tua scripta satis
Deceptus mente si nunquam forte fuisses
Scripsisses contra dogmata prava nihil
Nunc tibi non soli labes extincta daluti
Sed multis itidem causa salutis erit.
Causa potest similis delendæ pluribus esse
Causa que vitandæ pluribus esse notæ.
Namque doces plana ratione modumque viamque

Qua fugienda malis noxa sit atque bonis
 Nam revocare malos ostendo tramite recto
 Est et ne deerent commonium bonos.
 Sic ubi nauta ratem saxis impegit acutis
 Quum redit illa cavens ipse, cavenda monet.
 Sic bonus et miles collapsus quando resurget.
 Acrior inde caput fertur in hostis iners
 Sic ubi sub terra granum computruit uda
 Grana reviviscens multiplicata gerit.
 Atque utinam caperent errantes auribus ista
 Levibus et vellent te duce vera sequi.
 Sed licet illorum vel nemo pareat istis
 Præmia tu sumes digna labore tuo.
 Est aliquid Christo studuisse reducere, quamvis
 Haud sint morigere, quas agit error oves.
 Perge, mone raucis insta clamoribus, urhe
 Rite stylo : referet serta cupido pia
 Serus at illa feras, valeasque : ut scribere possis
 Multo plura : vices accipe daque precum
 Quæ petis invenies, tua post syntagma scripta
 Qualiacumque leges, consule quæso boni.

Nunquam amplius meditatis fugam : audivit vocem boni Pastoris qui per seceraverit usque ad finem hic salvus erit, mortuus est enim vicarius in domo Rutilæ anno 1582.

Et quia (teste ipsa veritate) gaudium est Angelis super uno peccatore pænitentiam agente, videntur quasi trium^{hum} egisse Romæ in translatione cartusiæ ab ecclesiæ S. Crucis ad thermas Diocletiani de qua agendum est.

Panormi, quæ urbs est primaria Siciliæ extat templum septem principibus angelorum dicatum, in quo anno Domini 1516 vetustæ eorum effigies repertæ sunt. Huius templi rector Antonius duce sacerdos piæ et innocentis vitæ Dei instinctu crebrius admodum Romam venit anno 1527 ut eorumdem cultum ibidem promoveret, iisdem ecclesiam vel invenerit vel appararet. Quocirca post multos orationes et ieunia, cælesti lumine illustratus cognovit thermas Diocletiani locum esse septem spirituum ante deum astentium, utpote in quibus fabricandis laborassent tot corpori Angeli puta quadringenta Christianorum, et dona m martyrum millia ad id damnata : in quibus excelluerunt septem martyres illustres, nimirum S. Cyriacus, Largus, Smaragdus, Sisinnius, Saturninus, tiem S. Marcellis papa et S. Thrason, qui christianos in iis laborantes animabant, suisque opibus elabant. Huius revelationis, quam biennio post Venetiis primum, postea Romæ anno 1555 typis evulgavit Antonius, mentio fit in eius sepulchro quod in hisce Thermis ante summum altare extat. Pugatis ergo Thermis, locus anno 1551 a Philippo Achinto vicario generali Julii III pontifex dedicatus est B. Virgini Angelorum, sivi septem Angelis stipatae et circumdatae. Cumque per bella rursum locus hic neglectus et profanatus esset, iterum anno 1555 alia visione significatum est divino decreto Thermas hasce ad honorem septem Angelorum in templum conserandas esse. Quare Pius IV pont. Auditis eius rationibus et revelationibus negotium dedit Michaeli Angelo Bonarotæ nobili architecto, ut formam templi in Thermis hisce delincaret et appararet. Quo facto pontifex ipse in dicto cardinalium cætu die quinta augusti huius anni 1561, coram cardinalibus, tota curia, et populo Romano pontificalibus indutus Thermas in honorem Sanctæ Mariæ Angelorum solemni prece et ritu dedicavit, illamque ecclesiam titulo Cadinalitio ornavit, eoque ex ecclesia S. Crucis in Hierusalem transtulit monasterium patrum cartusianorum. Eamque postea novis privilegiis et ornamentis illustraverunt Pius V et Gregorius XIII. Ita habent Chronica illius Ecclesiæ, quæ a patribus cartusianis accepi et perlegi inquit Cornelius a Lapide super Apoc. Et paulo infra subdit : in iisdem Chronicis legi multos energumenos per invocationem

horum septem Angelorum ibidem fuisse a dæmonibus liberatos. Eorumdem effigies tum aliis alibi tum Antverpiæ Hieronymus Wierix nobilis sculptor incidit et excudit adeoque una imagine totum Apocal. Locum repræsentabit, unde et imagini subscriptum est : Gratia vobis et pax ad eo qui est et qui erat et qui enturus est. Sic ipse. Alicubi legi Pium patres cartusianos ex monasterio S. Crucis (quod incolunt iam Cistersienses) propter concursum populi, et inquietudinem transtulisse alias de loco sat bene meritos quippe qui sæpe in sarta tecta contribuerunt. Quin et appendix P. Platinæ in Vita Pii IV huiusce meminit dedicationis.

Pius papa IV Thermas Diocletianas vetustate corruptas Beatæ Mariæ Virgini Dei Matri dedicavit, magnificentissimo templo in sacram ædem, et cartusianorum cænobium monstrua quingentorum aureorum solutione convertit addita inscriptione, quæ in arca suprema visitur.

Quod fuit idolum, nunc templum est Virginis, auctor

Est Pius ipse Pater, domores aufugite.

Huius loci etiam in Baronii annalibus habetur mentio anno nimirum Domini CCXCVIII num. X.XVII.XVIII.

Sed et ego apud alium auctorem Gallum hæc legi.

Yhermarum Diocletianarum reliquiæ et rudera hoc videntur velle dicere, nihil simile ulla ratione a posteritate extrui, ædificarique posse : nec desunt architecti qui asseverant extare subtus has cuniculos sive vias subterraneas quarum una pertendat in Capitolium, altera ad S. Sebastiani fanum, tertii subter ipsum flumen Tyberim acta in Vaticanum montem. Harum Thermarum pars Pio IV restaurata et Virginis Matri dedicata fuit post occurrit Platea Pia linearis rectitudine et latitudine expectanda nomen sortita a Pio IV P.M. qui eam stravit. Hic enim pontifex plurimus ædificiis urbem Romam decoravit.

↔ Domnus Gaudefridus Tilmanus et Joannes Parceveil cartusiani Parisienses et seri
15 augusti obiit dominus Gaudefridus Tilmanus professus domus Parisiensis, trium linguarum apprime eruditur et scriptor ; vide Bibliotheca Cartus. Habuit missam de Domina et anniversarium.
Item V.P. dominus Joannes Parceveil professus et prior domus Parisiensis, visitator provinciæ et olim prior domus Divionis ; de quo pariter consule Bibliotheca Cartus ; Et supra anno ---- fato succubuit 12 septembbris.

Quinta eiusdem mensis vita defunctus est reverendissimus dominus Laurentius Alamandi episcopus et princeps Gratianopolitanus, fautor et conservator privilegiorum ordinis.

↔ Margareta Austriaca ducissa Parmensis afficitur cartusianis in Schuet.

Serenissima princeps Margareta Austriaca ducis Parmensis coniux er catholici regis soror a latere, quæque eius nomine Belgicas provincias gubernabat, nonnunquam monasterium nostrum in Schuet adibat ut divinis interesset (unde patet viguisse adhuc devotionem principum et populi erga Dominam Nostram de Gratia) liberumque ei in claustrum et cellas monachorum accessum V. prior præbebat qui mihi retulit illam miratam, fuisse monasterii munditiam, nostrosque nihil sollicitare in aula, qui sua sorte contenti magis delitescere cupiebant, neque illam prior unquam accessit nisi conuæsturus de Gravamine militum, quamvis erga nos optime affectam novosset, neque silentio premendum puto generosam hanc dominam non curru vestam solitam fuisse illuc accedere, sed in equo insidens ibat quemadmodum omnes eius pedissequæ velut quædam Amazones, et si quam tardiorem in escendendo equum domina animadvertisset non inanimadversam præterebat, nec me pudet magis hæc referre quam religiosos Viridis Vallis habere equestrem picturam reginæ Mariæ sicut procedebat ad venationem moderna tamen princeps nostra Isabella Clara Eugenia equo abstinuit (nisi forte in triumphalo ingressu per plateas urbium, et equum tunc ex primatis regebat) memor forte casus Mariæ Burgundiæ Belgarum principis et aliarum.

Capiebatur venandi studio Maria Hungariæ regina plane ut venstricem vulgo appellarent habituque venaticis expingerant. Porro in Mariæ amitæ mores immigravit usque adeo Margarita, ut non virtutes modo, sed eius animi sensa, propensiones,

incessum ipsum, gravitatem intenta imitationi pulella feliciter exprimeret. Venandi autem studium arripuit tam avide in eumque laborem duravit adeo membra decennis nondum puella ut amitam per saltus compositae sequeretur.

⇒ Littera de bonis acquisitis ab anno 1522 usque ad hunc 1561.

Est quædam copia authentica per Henricum Stercke auditorem cameræ computorum principio Bruxellæ de novis acquisitis virtute privilegiorum principis Brabantiae, in qua continentur omnia bona acquisita citra annum 1522 registrata in camera computorum Bruxellæ, de data 1559.

Item est quadam attestatio præsidentis et dominicorum cameræ computorum qua ipsi attestantur conventum ad huc non acquisivisse tot bona quantum posset per privilegium principis de data 1561, 18 junii.

Bruxellæ duo domistadia vixina nostro hospitio empta sunt quæ valent annue 28 Renenses guldenses 2 junii hoc anno 1561 cum horto vicino qui valet annue 6 Renenses guldenses.

Item ex parte Reyneri Brooman donati huius domus est quædam littera, qua Jacob Brooman vendita est medietas scanni lanionis super Macellum Bruxellæ sub censu 15 Renenses, de data 1561, 3 octobris.

Et licet litteræ loquantur de 15 Reznenses guldenses tamen Jacobus Brooman emit pro 200 librorum Renenses guldenses et ut summa sufficeret pro 15 Renenses guldenses redimibiliibus denarium ad 18 additi sunt, et D.Jacobo Brooman recompensatum est de 20 Renenses guldenses pecuniarum conventus.

⇒ Frater Judocus Hanc donatus moritur

In festo S. Nicolai obiit frater Judocus de Hane, Alostanus, donatus huius domus.

⇒ Possiaci conventus in Gallia.

Possiaci in Gallia colloquium de religione 9 septembris instituitur inter Claudium Espencæum doctorem theologum Parisiensem et Theodorum Bezam, cui interfuit Carolus Guisius cardinalis Lotharingicus archiepiscopus Rhemensis in vernacula sua eloquentissimus ut cuius orationem quam in celebri illo conventi ordinum habuit non dubitent quidam componere cum ea qam M.T. Cicero habuerat pro Milone, ideo præcipiuus Bezemasiæ auditur. Edicto tamen regis permisum est in Gallia Huguenottis exercitium suæ religionis extra moenia urbium usque ad concilii Tridentini determinationem, absque tamen novæ religionis approbatione, et id tantum per modum provisionis donec aliter a rege fuerit ordinatum.

⇒ Turbæ Tornaci ab hæreticis.

Ad has novitates et turbas Belgium quoque inclinabatur. Nam Tornaci spetembris mensis extremo Michaelis Archangeli die, magisque nocte, quæ proxime consecuta est per urbem totam discurrere fanaticorum instar hæretici ad trecentos profana sua carmina concrepantes, et catholicorum fores sacerdotum sua carmina saxis, identidem denunciantes, quod tum nocte facerent mox luce meridiana facturos. Nulla tamen re catholicorum pietas aut fiducia imminuta est. (⇒ Jesuitæ ibidem promoventur ecclesiasticorum etiam cartusianorum subsidio) Ergo cum episcopus non modo consentiret, sed pecuniæ etiam aliquantulum in sumptus destinasset suasque portiones civitatis magistratus et canonici, et abbates S. Martini, Sanctique Nicolai adhæc cartusiani patres et privati quidam civium adiecissent sub proximi anni initium assensu Layni Lutetia petito collegium societatis inchoatum quod primus Mortegna rexerat.

Verum patriarcha Venetiarum Joannes Truisianus per sacrosancta et divina evangelia jurasse dicebatur hoc anno, jesuitas in Venita ditione haudquam mansuros, ert quia pontifex erat istius anni c-verum prophetasse nostra tempora probant, nam in initio pontificatus Pauli V inde ejecti fuerunt.

Ultimus prior domus Virtutum in Scota fuit V.P. Adam Formam qui cum anno 1561 esset procurator domus Belnæ missus fuit cum VV.PP. Guilielmo de Rupe procuratore d'Auray et Adamo Despes priore Rosæ a capitulo generali ad visitandam desolatam et destructam domum Vallis Virtutis. Priorque factus aliquandiu latitans domus negotia prout poterat administrabat propter hæreticorum metum usque ad annum 1562 (hic est sequens annus inde reversus institutus fuit in priorem Boni-Passus, ubi superstes erat canno 1571.

Anno 1562 concilium Tridentinum repetitur mense januario Jo. Morono et alias tribus cardinalibus legatis. Convenere episcopi magno numero etiam Gallici cum Carolo Lotharingiæ cardinali.

⇒ Discretio principum Galliæ.

Ejecti ex aula regis Franciæ sunt hæreticorum ducis princeps Cordæus, admirabillius, et eius fratres Odettus cardinalis, Castillonius Andælottus, Navarrea regina, et alii contraque Guisii, comestabilis, rex Navarræ, qui primo cum sectariis fuerat, serio deinde catholicæ fidei propunctionem suscepit in aulam nrediere, omnes ministri diaboli ejecti, synagoga eorem exusta, exilium sectatoribus nisi ad sanitatem redirent propositum.

⇒ Disputatur eoram regina cum hæreticis.

Simulabant Calviniani se cem catholicis in ipsorum velle redire ecclesias modo quædam removerentur quæ ipsi censerent divino repugnare non honori. Igitur rursus colloquium inter catholicos et hæreticos institutum est coram regina. (⇒ R.P. Lainesse demissus admonuit reginam ne controversiis de religione in terasset propter pæricum cui veritas non potuit non esse parum odiosa quamvis paruerit) Verum R.P. Jacobus Lainesse, societatis Jesu propositus generalis, qui illuc missus fuerat cum Hippolyto cardinali Ferrarensi a summo pontifice in reginam invectus coram accusavit, quod controversiis de religione fæmina interesset cui colus et pensa potiis convenienter. Sectarios etiam exagitavit ac Petrum martyrem qui coram regina Itala Italice perorabt.

Hæretici urbe Parisiensi excedentes, altero Pschatis die redierunt eam occupandi animo, sed cum eis non patuisset aditus Aureliam profugiunt ibi admissi tempa vastanda et expilanda suscepserunt.

Pridie calendas mayas hæretici introductis paulatim ementito habitu militibus quos Genena aliisque circa locis acciverant, et in privatorum domibus occulte dispositis Lugdunum noctu occupant, praefectus comes a saltu pro rege catholicum se simulans fuit proditor. Item nocta una cuncta viroruū sacrarumque virginum monasteria omnia templorum sacraria direpta et spoliata sunt. Tabularia omnia incensa : multa tempa eversa, veneranda S. Irenei ossa cremata S. Bonaventuræ in profluentem abjecta : præterea sacris calicibus ad ingurgitandos se mero abusi : nec sancto oleo per summum contemptuū ocreas inungere puduit ; denique viva etiam S. Spirutus templi ut violarent juvenes petulantes ac flagitioos ad d-sacra virginum penetralia sollicitatores aussi adducere. Adeo robusta impudentia erat, et frontem ita cum fide perdididerant. Quas tum Dei ancillas divina omnes gratia, et in proposito constantes et liberas ab ignominia conservavit.

Apud Turones illius incomparabilis sanctitatis episcopu Martini sacras reliquias in ignem projecerunt, et cineres in aerem disperserunt, idem fecerunt in suburbio de corpore S. Francisci de Paula minorum fundatoris adhuc integro quod cum crucifixo combusserunt. Nec Pictavii ossibus S. Hilarii peperserunt.

Quinta februarii obiit Lovanii in patria sua V. P. dominus Joannes Zurpel prior cartusiæ Leodiensis quam biennio dumtaxat rexit, professus et alias prior domus Lovaniensis. Receptus circa annum 1543; appet virum doctum fuisse, qui præcedenti anno habuerit sermonem in capitulo generali, ac de domo sua multa scripserit.

Electus fuit in eius [Zurpel] locum D. Gerardum Moens professus et procurator eiusdem domus Leodiensis.

Obiit quoque circa hunc annum dominus Joannes Arnellus professus et prior domus Ziriczeæ, cui successit, ni fallor, dominus Christianus Noetz, professus domus Liræ.

Obierunt circiter 62 monachi, 22 conversi, 6 moniales, inter quas S. Leonarda et Gabriela moniales S. Anthonii Ferariæ, 15 donati et 2 præbendari : centum et tres personæ.

Antonella oblata domus Clarimontis 100 annorum.

Donatus de Arcolis benefactor et ex fundatoribus domus Florentiæ.

Ordinata missa de Spiritu Sancto pro felici et salutari directione generalis concilii Tridentini.

Priori domus Brugis (do. Mauritio Chancæo) non fit misericordia. T volumus ne amùodo ordinet aut instituat intus nec foris officiales nisi Flandros aut Teuthones qui sint capaces idiomatis propter subditorum salutem et domus utilitatem, nec suos officiales ad suam voluntatem nisi cum consensu et voluntate R. patris aut visitatoreum provinciæ propter suum et aliorum quietem et pacem absolvat, prout ad partem plenius scribitur. Et dominus Alexander Palinck monachus prædictæ domus vadat hospitatum ad domum Capellæ, et ibi exerceat officium vicarii.

Prior domus Campensis ----- ad suam magnam instantiam fit misericordia et præficimus eum rursus in vicarium domus Traiecti suæ professionis et studeat ut domus ipsa sua industria redire ad pristinum statum et decorem valeat ; plerique qui hoc tempore recipiebantur postea deficiebant a fide et religione, ut videre est in catalogo professorum dictæ domus, causa malæ institutionis in fide aut corrupti pravis colloquiis hæreticorum erant iam in sæculo.

Et D. Lambertum Bryen vicarium domus Traiecti professum domus Monachorum præficimus in priorem eiusdem domus Campensis

Collectaneum rerum gestarum et eventuum Cartusia Bruxellensis cum aliis externis tum patriæ tum ordinis

Volumen secundum (prosecutio)
(Anno Domini 1629)

Hoc tempore pauper seu miserabilis erat status domus nostræ Bruxellensis qui fere constabat pluribus hospitibus quam professis dominus Hubertus Knobbaut, Bruxellensis, professus domus Lovaniensis, vicarius huius domus per chartam capituli ordinatus rector domus Basileæ. Sed cum Basilienses eum non admitterent, eodem anno Ziriczeam cum priore domus ibidem rediit, ibique constitutus est vicarius. In vicarium autem domus nostræ ordinatur dominus Dionysius le Febvre professus domus Brugis qui ibidem vicarius et rector fuerat itemque vicarius domus Ziriczeæ. Per hanc chartam dominus Anthonius hospes in domo Ziriczeæ, professus domus S. Annæ (quod notes) venit hospitatum ad hanc domum. Et frater Joannes redditus clericus huius domus ivit Leodium hospitatum sub disciplina ordinis, sacrista dominus Jacobus Cogge professus domus Brugis.

Audiamus D. Joannem Tourneur procuratorem de se perorantem :

Quum secundario procuratoris inservirem sollicitudinibus animo meo contrariantibus direxi omnem lapidem movere, atque improba quadam sollicitatione defunctionem mihi consiliare. At postquam f° 100

1562

Igitur hoc anno in Septembbris tres hospites officiales erant, et adhuc duo hospites cellitæ cum illis simul quinque.

1562

Prior autem huius conventus D. Franciscus Caveneer privatus taliter suo procuratore (Tourneur) Buscumducis se contulit ut cum primario visitatore ageret de substituendo sibi Procuratore, qui ei assignavit D. Joannem Tsionghen van Zichem (sicut didici ex chartis, Tourneur non nominat) ex suis monachis unum, quem Prior assumpsit secum. Hic primus Procurator extraneus fuit ab eo tempore quo conventus stetit.

f° 101v

1563

O. Quidam etiam frater Franciscus redditus laicus domus Bruxellæ, quem in Calendario non inveni.

1563

Hoc anno (nisi perperam legi) tertia Maii obiit V. P. D. Everardus Velthoven professus senior huius domus et quondam sacrista, procurator et vicarius necnon Prior domus Lovaniensis. Fuerat ante ingressum ordinis sacerdos secularis et receptus circa annum 1527. Invenio illum tantum ad calcem chartæ a.1566.

f° 103

1564

9 Januarii obiit D. Theodoricus Monion Prior domus Hollandiæ et olim Prior Leodii et Delphensis Convisitator Provinciæ Teuthoniæ.

1564

Atque in hunc usque diem dicta domus [Basel] integra perseveraverat, quam vidisse et perambulasse se a.1616 testatur D. Theodorus Petreius dum ad capitulum ascenderet Prior tunc domus Dulmaniæ, non sine admiratione magna quod quaquaversum veniret et cellas nitidissimas et fenestras in ambitu pulcherrimas præclara insuper aliquot illustrissimorum virorum (quos inter et cardinalis cuiusdam visitur) saxa sepulchralia, qui tempore Concilii Basiliensis quod ad annos circiter 20 duravit, istic defunctorum, qui non nisi apud nostros contumulari voluere.

f° 105^V:

Atque hic imprimis D. Christianum Noutz a Prioratu domus Ziriczeæ evocantes in hac domus regiæ collocarunt [patres Cartusie].

f° 105^V:

Dixit mihi D. Franciscus Prior absolutus se tam fuisse lætum ac hilarem eo die quo acceptit suam absolutionem quam quo fuerat ad prioratum propotus. »

1565

Dixit mihi D. Franciscus Prior absolutus se tam fuisse lactum ac hilarem eo die quo acceptit suam absolutionem quam quo fuerat ad prioratum promotus. Et revera vir erat minime ambitiosus aut alta quærens, nam si voluisset vie postea in Francia invitatus a R^{do} P. cum D. Wenceslao potuisset illic promoveri, sed maluit inter suos privatus degere. Fuit tamen ipse primus professorum priorum sic in medio cursu absolutus, nec usque in hunc diem licet plures hæc domus Priores habuerit, contigit conventionalibus electio, nescio quo Dei iudicio, Providentiam tamen R^{di} Patris et Capituli Generalis debemus suspicere qui nobis de meliores notæ Patribus Priores dederunt alias sæpe domos viduantes propriis pastoribus ut nobis providerent. Atque hic imprimis D. Christianum Noutz a prioratu domus Ziericzeæ evocantes in hac domo regiæ civitatis collocarunt, quasi lumen ponentes supra candelabrum, nam vir erat doctrina et facundia præditus qui etiam postea ad officium visitatoris principalis huius Provinciæ promotus fuit.

1565

Circa hoc tempus obiit D. Petrus Weytens, professus domus Bruxellæ, hospes in domo monialium Brugis. Vixit in ordine 55 circiter annis, et functus est officio vicarii in hac domo professionis suæ circiter undecim annis.

f° 106

2 Aprilis. P. Franciscus Caveneer receperat D. Georgium Cooman Mechliniensem, qui anno sequenti sub P. Christiano fecit professionem.

1565

Hoc anno obiit in domo nostra donatus Joannes (Hultrem ni fallor et 2 septembris) prout habet sequentis capituli charta sed cognomen non potui bene legere.

1565

In ipso die Visitationis B. V. M. D. Henricus Middelburch emisit professionem coram D^{no} Erasmo priore domus Montis S. Gertrudis qui præcedenti die ex Cartusia venerat et absolutionem Prioris domus huius in charta attulerat. D. autem Henricus Middelburch legavit conventui octo fl. hæreditarios et triginta sex fl. ad vitam suam, et adhuc 50 fl. semel recipiendos omnes istos reditus post mortem Patris, qui adhuc supervixit aliquot annis. Post cuius mortem herdes recusarunt satisfacere testamento et plures processus habere debuimus, et tandem conventum fuit quod pro omnibus annis retardatis deberent nobis assignare annum redditum 28 fl. redimibilem decimo octo denario, qui etiam postea redemptus fuit, et pecunia inde proveniens exposita prout in computu domus patet.

f° 108

1566:

11 Aprilis D. Georgius Cooman Mechliensis emisit suam professionem

1566

D. Herculus Winckelius paucis diebus ante videlicet octava huius mensis [Aprilis] monachum induerat, iuvenis humanioribus litteris egregie eruditus et ex patriciis opidi Bruxel-lensis ortus. “

1566

2 Aprilis D. Georgius Cooman, Mechliniensis emisit suam professionem coram D. Christiano Noutz, qui præterito anno fuerat veste monachali donatus a D. Fr. Caveneer.

1566

In carta huius anni obiisse habetur D. Henricus Kermpt professus domus Bruxellæ hospes et vicarius in domo Herbipolitana et olim Prior domorum Erfurt, et Horti B. M. in Ilembach in Franconia, dies ignoratur quia peregre mortuus est.

1566

D. Martinus Moor flander primo professus Sylvæ S. Martini fecit hic secundam professionem prout Antiqua Statuta permittebant.

1566

D. Hercules Wynckelius paucis diebus ante, videlicet octava huius mensis monachum induerat iuvenis humanioribus litteris egregie eruditus, et ex patriciis opidi Bruxellensis ortus, de quo postea sapius erit sermo.

f° 110

1566:

Antiquissima Valencienensis die beati Apostoli Bartholomæi...concremata funditus vertitur.

1566:

Nec Tornacensis Cartusia eorum manus evadere potuit...dum ipso Nativitatis Domenicæ die flammis suppositis in favillas et cineres pentitus redigerunt...

a.1566

« Hoc quoque anno Cartusia Gandensis rebus suis spoliata fuit, mirum si mansisset intacta

1567:

Moniales Cartusianæ prope Brugas perbenigne hospitio exceptæ sunt a Ludovicæ Veldeæ Priorissa Carmelitarum in Sion per diemidium annum...

f° 112

a.1567:

Dit jaar werd het feest van St. Jozef verplichtend in de orde om roepingen af te smeken. Jezuïeten vertelden dat dit hielp "sed nostris, zegde de kartuizer, intellexi quandoque patres francois iuvenes in scholis aluisse ac in ordinem recepisse satis prospere quoniam plerique priores extiterunt..."

1567

D. Henricus Mierlo professus et Prior domus Sylvæ Ducensis, convisitator Provinciæ 20 maii vita defunctus est, qui prius fuerat Procurator 14 annos dictæ domus et 13 annos Prior domus Monachorum sepultus in Ecclesia Conventus tunc destructa. Propter absentiam fratrum datus est Prior a Capitulo generali D. Bartholomæus de Doers professus eiusdem domus qui longo tempore sc. 12 annos functus fuerat officio Procuratoris.

1567

D. Levinus Dumens Gandensis Prior domus Capellæ postquam præfuisset viii obiit anno, et loco ipsius institutus est rector D. Joannes Baert professus domus Gandavi, sed per ccartam non fuit confirmatus, sed D. Andreas Loodt Hustensis professus domus Lovanii procurator vero domus Gandensis ad prioratum dictæ domus Capellæ fuit promotus...

f° 114^v-116

... cedis historiam (te Bourfontaine, bisd. Soissons) qua potero fide et brevitate narrabo edoctus ex epistolis quas ex eadem Cartusia et ex domo Montis Dei accepi et ex aliis historiis...

fr. Theobaldus... primus occisus... tanti zeli pro domo Dⁿⁱ etiam nunc memoria extat, prout mihi retulit V^{lis} P. Jacobus Dionysii Visitator hs Provinciæ qui illac semel transivit.

Scripsit de his Martiribus historiam panægericam D. Gerardus Eligii professus huius domus cuius verbis plerumque in hac narratione usus sum.

a.1567

Hoc anno altera Benedicti abbatis obiit præsene conventu V. P. D. Nicolaus de Haerlem senior et iubilarius domus Ultraiectinæ. Hic ante ingressum ordinis fuerat sacerdos, vir bonus, qui usque ad morterm fuit magnus zelator ordinis, olim vicarius et Prior dictæ domus nec non et Prior domus Campensis.

f° 116v

1568

O. in ordine nostro D. Lambertus Bryene prof. domus Monachorum Prior domus Campensis et olm Prior domorum Traiecti et Monachorum.

1568

O. D. Tristandus Casselius professus et Prior domus Sylvæ S. Martini.

1568

Ob. D. Livinus Symonis professus et antiquior domus Gandavi qui 54 annos laudabiliter vixit in ordine.

f° 119

1569

O. Fr. Christophorus Gandensis Conversus professus primo domus Bruxellæ secundo domus Monachorum, habens missam de B. M. in provincia Teuthoniæ, de quo alibi non vidi fieri mentionem.

1569

O. D. Gislenus professus domus Delphensis et olim vicarius domus monialium Brugis.

1569

O. D. Theodorus Glabene professus domus Monachorum et olim vicarius monialium Brugis.

f°120

1569:

8 Septembris D. Philibertus Cooman Mechliensis emisit professionem suam... »

1569

Circa hoc tempus (Sept.) D. Franciscus de Caveneer institutus est rursum vicarius succedens D. Joanni Leidensi, qui ad regimen Silvæ S. Martini erat promotus, unde certo collegimus ipsum numquam fuisse

Procuratorem, cum ex litteris domus inveniamus D. Henricum hoc anno Procuratoris officio perfunctum, sed qui cum in catalogo Procuratorum reposuerunt puta ea de causa, quod fere omnes idoneos monachos officia hæc alternatim subiisse animadverterint.

1569

8 Septembris D. Philibertus Cooman Mechliniensis emisit professionem suam coram D. Christiano Priore prout ea ipsa tabula descripti et sequenti die frater ipsius senior D. Georgius cecinit primitias suas. Verum, ni fallor, hac solemnitates luctu interruptæ fuerunt, nam prout ex calendario colligimus in ipso nativitatis B. M. V. D. Jacobus de Dordraco monachus et sacerdos huius domus obiit, qui 40 annis laudabiliter vixit in ordine. Habuit missam de Domina in 7 provinciis Alemaniæ.

1569

Non prætermittenda sed potius anticipanda memoria cocci industrii et de monachis bene meriti in domo Ultraiectina quæ sic habet: frater Gysbertus Cornelii Bruyff de Traiecto donatus professus et longo tempore cocus domus Traiecti: hic frater vix habuit sui similem in tota Provincia in arte coquendi, propterea ab omnibus amatus. Et quia satis offabilio erat omnibus mognatibus dominis dilectus, ideo sæpe ab eisdem ad mensam invitatus ac pro eisdem coxxit sc. dum hospes esset apud Campenses pro D. Maxim. Comite de Buren, etiam pro D. Episcopo Haarlemensi Episcopo Ebronensi dominis et equitibus de Jerusalem et aliis innumeris, unde in processibus et litibus domus nostræ (Traiect.) magnus erat promotor cansarum, indeque sæpe triumphavimus in magnum emolumentum domus nostræ sed quoniam invidia ubique regnat dicta stimulante, multa passus est a Prioribus nostræ domus, nihilominus semper perseveravit permanens amicus et fautor personarum ordinis, maxime earum, quæ die noctuque sequebantur chorum solebat semper sollicitus esse, ne quid eisdem deesset. Unde sæpe a visitatoribus et Prioribus reprehensus est, sed solebat respondere bona domus nostræ sunt laborantibus et Deo servientibus data et non externis. Hic fuit bina vice in Cartusia semel cum P. Petro Zass et semel cum Domno Theodoro Priore domus Hollandiæ. Vixit in ordine 52 annos. Obiit a. 1570 quinta Maii. Requiescat in pace.

1569

Prima Octobris in Cartusia Lovaniensi ordini nostro adscriptus est D. Godefrido ab Hamael, nobilis Antverpiensis, qui dictæ domui benefecit et adhuc (dum hæc scribo a. 1630) in vivis permanet senior totius Provinciæ.

f° 121

1570

Soror Ægidia Bibau professa d^s S. Annae prope Brugas quæ habuit ter Pater et Ave a singulis personis persolvenda et insuper missam de S. Trinitate in provincia Teuthoniæ, quæ ut verisimile est, fuit ex cognatione R. P. Guilielmus Bibaudii.

1570

f° 122

1570

In Scheut obiit 23 octobris Prebendarius nostræ domus Judocus Caveneer, ante mortem variis ulceribus multum adeo afflictus, ut ex articulis membrorum exiret humor concretus quasi creta; frater eius D. Franciscus Caveneer scripsit nomen illius in Calendario sub festo S. Gordiani et Epimachi (quo die etiam recolitur in martyrologio memoria S. patientis Job). Dedit domui centum et viginti Renenses ex quibus emptus fuerat reditus sex fl. super domum Lyranam sed redemptus fuit et pecunia exposita non in alium reditum ut arbitror sed prout habetur in Registro Procuratoris. Tamen quoad vixit D. Franciscus eo die nobis vinum procuravit.

1570

In ordine obierunt D. Matthæus Moes, professus domus Diestensis, olim Prior domus Campensis, D. Joannes Laute, D. Guilielmus de Zulre, D. Leonardus, D. Joannes Ruys, frater Michael Redditus, omnes professi domus Diest.

f° 122^v:

Cartæ capituli generalis 1571: D. Judocus Goudanus sacrista domus Delphensis monetur ut curet pacifice cum suo priore vivere et non se intromittere rebus temporalibus nisi requisitus a suo priore, alioquin emittatur ad aliam domum sub gravi disciplina.

1571

Anno 1571 D. Nicolaus Cocu Bruxellensis mundo nuntium remisit et nostro ordini se addixit in Schuet.

f° 122^v-123:

na copie van de vermaning van 1571, schrijft de kartuizer: « Mirabitur non nemo me ista scripto prodere de uno martyre, cuius vitam et mortis certanem maxime studui ut in lucem emittere D. Gerardus noster sed sapientis est non mirari si homines cuiuscumque propositi sunt interdum labantur et peccant... »

1571

O. D. Gerardus Fabius professus domus Diestensis et olim Prior domus Amsterdamensis qui ultra quinquaginta annos laudabiliter vixit in ordine.

f° 124v

1571

D. Cornelius Adriani Monthaen de Traiecto professus domus ibidem nostri ordinis, infirmarius obsequiosus, et ipse quasi semper valetudinarius; hic bonus frater providus erat in officio sulphurarii ne quid fratribus deesset, quo labore se multum maceravit, habuit penes se sulphuratas semper chartulas in magna copia, omnibusque sibi charis pro magno munere mittens, obiit autem dictus Dom. a. 1571 ipso die Parasceves in puncto duodecemæ horæ quando et D. Christus Salvator noster pro nostra redemptione in cruce emisit spiritum, postquam hic noster monachus in ordine vixit 28 annos et amplius, qui vidit testimonium perhibuit ægrotum visitans post expletum a se officium in templo, fuit autem post quietam horam perduatus ad Ecclesiam ibique pernoctavit et in vigilia Paschæ sepultus, missa vero feria quinta subsequenti pro eo cantata est.

1571

Hoc anno 1571 circa finem Maii frater Reinerus de Waldorff conversus Carthusiæ Coloniensis ubi descensu Capituli Generalis, celebrati 14 maii, ex maiori Cartusiæ dormitionem parans a prædonibus in itinere lapidum imbre est oppressus ac miserandum in modum enecatus pro defensione Priorum Ruremundæ et Diestensis ut habet Carta cap. seq.

f° 125

1572

D. Mauritius Chanceaus Prior d^s Shene Anglorum hoc anno curavit Sutorem *de Vita Carthusiana* melior et emendatiore recudi typo Lovanii apud Joannem Foulerum Anglum præfixa liminari Epistola ad R. P. Bernardum Maioris Cartusiæ Priorem.

1571

Quando monachi seu laici fratres ob suam instabilitatem aut aliam culpam mittuntur ad alias domos nullo modo permittantur visitare Parentes seu amicos in itinere, nec etiam tractentur in cameris hospitum sed statim recipiant se ad claustrum: patienter igitur ferant si severius tractentur quam alii.

f° 125v

1572

In vigilia conversationis S. Pauli vita pariter et prioratu defunctus est D. Bartholomæus Dormius [de Doers] professus et Prior domus S. Sophiæ per quinque circa annos et Procurator per 12 annos.

1572

A conventionalibus autem domus Lyranæ fuit electus D. Antonius a Fine primus Prior ex professis domus translatæ in dictam oppidum.

1572

D. Cornelius vanden Kerckoven professus eiusdem (den Bos) et Prior domus Lyræ quam rexerat 16 annos ab anno 1556 fuit in præcedentis (de Doers Bart) locum legitime electus in quadragesima, et habuit quinque suffragia inter octo monachos.

f° 126

1572

f° 127:

Jacobus Cooman... Fuit ligator librorum.

O. Reinerus (Broomans ni fallor) donatus domus Bruxellæ sed quo die non potui invenire in Calendario.

f° 128-130

geeft copie van de brieven van Wenceslaus Plenevaulx, profes van Delft, die te Zeelhem verbleef. de Wal schrijft zeer nuchter: « His Geusiorum successibus et crudelitatibus perterritus v. Pater D. Judocus Cornelii van Schoonhoven sacrista Cartusiæ Delphensis fugam arripere tentans periculum incurrit quod metuebat... »

f° 132v

1572

A flagello Dei immunis non fuit domus nostra Bruxellensis nam D. Georgius Cooman monachus peste correptus obiit 15 Augusti.

1574

Ultraiectenses quoque Cartusiani discesserunt e domo sua propter Geusianos et manserunt in civitate usque ad annum 1574.

1572

Et 6 septembris eodem morbo (pest) mortuus est frater Judocus Ryckaert donatus huius domus.

f° 133v

1573

24 Martii obiit in domo Wesalii D. Joannes a Fovea monachus huius domus et olim sacrista, ante vero ingressum ordinis fuit minorita.

f° 134

1573

Decima autem septima eius mensis et anni casus lamentabilis accidit in monasterio nostro ter Schuet, nam die spatiamenti D. Nicolaus Benninck monachus et diaconus professus domus Amsterdamensis hic hospes, submesus est in aquis vivarri; obtinuerat licentiam a P. Vicaris pedes lavandi et nescio qua casu lapsus est in profundum, quæ res non parvam tristitiam nostris attulit.

1573

D. Christianus Noutz, Prior huius domus interfuit capitulo Generali in Cartusia et institutus est convisitator Provinciæ in locum D. Ludovici a Leodio Prioris Diestensis circa hæc tempora ni fallor vita defuncti, quia non vidi cartam huius anni (eius obitus in carta cap. a.1573 sub die 26 Augusti, et ibi vocatur Henricus).

f° 134v

D. Petrus Leeuwensis Hollandus ex Haga Comitis 26 septembris apud nos in monachum susceptus est.

f° 135

Fr. Thomas Clager conversus professus domus Londoniarum in Anglia hospes in domo Traiectensi naterræ debitam solvit hoc anno ultima februarii. Vixit in ordine sexaginta sex annis. Dum autem a. 1535 et seque,tibus in Anglia aliqui monachi nostri ordinis martyrizantur pro confessione fidei ipse aliquot annos latuit, tandem venit ad istam Provinciam, moratus in diversis domibus, diutius tame, in prædicta domus Utrechtensi.

f° 136

1574

Pestis hoc anno afflixit domum Ultraiectensem præter bella ob quæ divisio facta fueat personarum. Sublatus fuit dicto morbo a vivis D. Gerardus Schaeff Procurator domus 14 Junii sedens in sede, D. Theodoricus Someren invenis veniens ex civitate ubi fuerat recenter ordinatus sacerdos, ubique plerique conventuales degebant propter guerram Geusiorum, invenit Procuratorem pridie infirmantem, cui et sequenti die astitit morienti, a quo et morbum pestilentiale contraxit post 14 dies. Hisce diebus domum repetierant Religiosi septem numero, quorum ista sunt nomina D. Prior Amerfortius senior, Jacobus Gaudanus vicarius, Joannes Cammaker sacrista, Timannus Traiectensis, Theodoricus Gomorensis, Henricus Kockengen, diaconus. Te Deum decantaverunt licet non satis tuti, et prædictus Theodericus Sabbato in profesto S^{ti} Jacobi apostoli cantavit primam Missam et ultimam missam et a prandio cœpit infirmari et feria quarta post 28 Julii vitam cum morte commutavit dum ministri current ad vicarium pro sacro unctione ferenda.

1574

Sed et V. D. Theodoricus Meeuwis Prior dictæ domus Ultraiectensis professus et olim Prior domus S. Sophiæ in Vucht, visitator Provinciæ die 9 Augusti tactus Apoplexia alias eadem pestilentia hora prima de nocte animam efflavit. Habuit plenum mobachatum. Fuit autem visitator 12 annis, Prior domus Sophiæ 16 annis et domus Ultraiectensis 20 annis ad quam translatus fuerat a° 1564.

1574

In eius [Meeuwis] locum institutus est Rector domus Ultraiectinæ per litteras missas a convisitatore D. Christiano Priore domus nostræ 29 Augusti D. Bartholomæus de Schoenhovia Prior domus Ziericzeæ professus autem dictæ domus Ultraiectensis quique ante ipsum Prior fuerat.. Conventuales iterum relinquerunt domum et civitatem repetierunt quia vicinum monasterium de Dael spoliatum fuerat noctu a Geuscis, ipsosque invasuros comminati fuerant.

f° 136v

1574

Hic [Lud. de Berlaymont, archiep. Camer.] multum institerat ut nostri domum suam transferrent Duadum, verum scabini sese opposuerunt. Iam ex eo tempore domus nostri ordinis Duaci expetita fuit, et nunc bona oblata et redditus sed non sufficienes.

1574

Hoc anno domus Valencenensis intra ipsam civitatem per V. in X° P. D. Joannem L'Escluse tunc tempore priorem dicti monasterii a fundamentis excitatur: ac spatio annorum viginti aut circiter miranda cum ipsius patientia et multiplice corporis et animi sudore tum prudentia et longanimitate, necnon multifariis ærumnosi huius sæculi periculis, non minus feliciter quam fortiter exantlatis D. O. M. piis eius conatibus iugiter favente, ad integratatem prout in hodiernum usque diem luculenter innotescit perducitur.

Sub initium autem ædificationis eiusdem domus per III^m ac R. D. D. Ludovicum de Berlaymont Cameracensem Archiepiscopum ac Duxem sacri Imperii principem. — cœmiterium benedicitur.

f° 137

1574:

...institutus est rector dictæ domus [S.S.Martini] D. Hercules van Winckel professus et procurator huius domus Bruxellensis...et eodem anno successiæ ei in officium procuratoris D.Philibertum Cooman... D. Martinus Moor successit D.Philiberto in officio sacristæ. »

1574

17 decembris in hoc Provincia obiit D. Quintinus Badius professus et Prior domus Sylvæ S. Martini, et undecima Januarii subsequentis a P. Christiano visitatoris auctoritate ad se devoluta institutus est Rector dictæ domus D. Hercules van Winckel, professus et Procurator huius domus Bruxellensis. Scio scriptum inveniri propria eius manu se introductum fuisse undecima Januarii a. 1574, sed tamen quia nomen defuncti Prioris invenitur in carta 1575 et eodem anno successisse ei in officium Procuratoris P. Philibertum Cooman qui fuit postremo in Scheut et quia alias de ea re fuit disputatum id asserente P. seniore Broyero, puto P. Herculem adhun antiquo stylo sua scripta notasse.

f° 137^v:

...Fuit autem D. Joannes ultimus novitius in Scheut optimeque noverat cantum quia in pueritia sua fuerat symphonarius et chauralus ni fallor S. Nicolai, postremo inservierat Pastori Capellæ qui erat R.P.D. Gislenus de Vroede, episcopus Salubriensis et suffraganeus Cardinalis Granvellani archiepiscopi Mechliniensis...

a.1575: Hactenus quidem benevole lector, quæcumque scripsi de domo nostra ex Calendario et Chartis Capituli, sive ex aliis Schedulis quæ ad manus nostras devenerunt, excerpta sunt, sed in posterum oculatum proferimus testem V. P. D. Joannem de Broeyere, qui licet ætate provectus, et multis senectutis incommodis prægravatus nostris precibus delinitus eo quidem facilius quod et ipse historia Ordinis nostri plurimum delectetur, quæcumque suo tempore contigerunt (quæ plurima sunt et quorum ipse magna pars fuit) litteris exaravit, et hic cum aliis externis, quæ maxime patriam et ordinem nostrum tangunt, prout cæpi fideliter describam.

Dit relaas van Jan de Broeyere vinden wij terug in het rekeningboek ARA, Kerk. arch. , 11936 onder titel: Computatio f. Joannis Broeyers seu 7 annorum exilum tempore redditus D. Prioris et mei ac f.Joannis Donati, qui fuit 13 Aprilis anno 1585, post declaratio predicti f. Joannis Broeyers sequitur computatio...

a.1575:

...Fuit autem D. Joannes ultimus novitius in Scheut optime noverat cantum quia in pueritia sua fierat symponiarius et choraulus ni fallor S. Nicolai. Postremo inservierat Pastori Capella qui erat R. D. Gislenus de Vroede episcopus Salubriensis et suffraganeus cardinalis Granvelli... »

a.1575:

Prædictus pater D. Joannes de Broeyer Bruxellensis in festo Cathedre S. Petri circa principium quadragesimæ venit ad ordinem investitus est 9 Maii et sequenti anno eodem die fecit professionem...

a.1575

Prædictus P. D. Joannes de Broeyere in festo Cathedræ sancti Petri circa principium quadragesimæ venit ad ordinem, investitus est 9 maii et sequenti anno eodem die fecit professionem sub V.P.D. Joanne Barba Priore Gandensi, quod Prior huius domus D. Christianus ivisset ad Cartusiam.

Fuit autem D. Joannes ultimus novitius in Schuet optimeque noverat cantum quia in puerita sua fuerat symphoniacus et choraulus ni faallor S. Nicolai, postremo inservierat Pastori Capellæ qui erat Rmus D. Gislenus de Vroede Episcopus Salubrienses et suffraganeus Cardinalis Granvellani Archiepiscopi Mechliniensis, qui nostris retulit postquam se collocasset in lecto nostrum Joannem sæpenumero ex mensa sermones suos scriptos subripuisse, ut eos noctu describeret, atque dissimulasse non illibenter gratum habens tantum studium iuvenis et affectum erga litteras qui ad morte usque illi adhæsit.

1575

Hactenus quidem, benevole lector, quæcumque scripsi de domo nostra ex Calendario et chartis capituli, sive ex aliis schedulis quæ ad manus nostras devenerunt excerpta sunt, sed in posterum oculatum proferimus testem V. P. D. Joannem de Broeyere, qui licet ætate provectus, et multis senectutis incommodis prægravatus, nostris precibus delinitus eo quidem facilius quod et ipse historia ordinis plurimum delectetur, quæcumque suo tempore contigerunt (quæ plurima sunt et quorum ipse magna pars fuit) litteris exaravit, et hic cum aliis externis, quæ maxime patriam et ordinem nostrum tangunt prout cæpi, fideliter describam.

f° 138

1575

Ultimo vero Septembbris frater Hugo Tailor conversus professus domus Londiniarum, secundo domus Shenæ qui 57 annos laudabiliter vixit in ordine sæpe in orationibus Deo suspensus fuit. Sanctimonia clarus ni quam nec inimici ni cum manus inicere ausi fuerunt.

f° 138v

Circa festum S. Andreæ (visitantibus hanc domum D. Joanne L'Escluse Priore domus Valencenarum et D. Petro de Merica Priore Lovaniensi) institutus est D. Guilielmus a Castro vicarius, et D. Franciscus de

Caveneere absolutus vicarius missus est ad Capellæ. D. autem Coen institutus est sacrista. Hi fuerunt ultimii officiales antiqui monasterii.

Fuerat cum ipso ad primam probam susceptus sub habitu seculari D. Ægidius Bruloetius, qui ad terminum visitans domum Sylvæ S. Martini mansit ibidem et 17 maii accepit habitum Religionis.

139^V:

Circa quatuor tempora Septembbris misso Dno Joanne de Broeyero ad ordinem diaconatus suscipiendum altero die propter excursiones Hispanorum vene-rant omnes monachi Bruxellam. »

f° 140

D. Wenseclaus Plenevaulx professus domus Delphensis ex Germania reversus et hospes in domo Capellæ in favorem Domini Francisci de Caveneer comprofessi nostri ibidem pariter hospitantis scripsit libellum Responsiorum et Antiphonarum quas extra formas cantamus, qui adhuc est in domo.

1576

D. Guilielmus a Schoonhovia professus domus Traiectensis, prior confirmatus domus Campensis moritur ipso die Præsentationis B. Mariae.

f° 141

1577:

Huius anni initia in domo nostra satis felicia erant, consecrata est...parvum cæmenterium Rde D. Gisleno de Vro de suffraganeo Mechliensi...una pars ambitus in parvo Claustro qua ibatur ad refectorium est ædificata cum testudine lapidea et R. D. Maximilianus Morillonus vicaria generalis Rme Archiepiscopi Mechliniensis Granvellani ex parti ipsius posuit ibidem tria pulcherrima vitra ex historia apocalysi. »

a.1577:

Huius anni initia in domo nostra satis felicia erant??...Una pars ambitus in parvo claustro qua ibatur ad refectorium est edificate cum testudine lapidea et R. D. Maximilianus Morillonius vicarius Generalis Rmi Archiepiscopi Mechliniensis Granvellani ex parte ipsius posuit ibidem tria pulcerrima vitra ex historia apocalipsis.

1577:

In principio huius anni missus est D. Joannes de Merica professus huius domus ad domum Rutilæ ut ibidem esset vicarius quia calebat linguam Germanicam et sufficienti doctrina prædictus erat ut conciones haberat ad seculares prout officium istud exigebat...

1577

:In principio huius anno missus est D. Joannes de Merica professus huius domus ad domum Rutilæ ut ibidem esset vicarius, quia calebat linguam Germanicam. »

f° 142^V,

1577:

In æstate curavit D. Christianus Noutz Prior huius domus lapideam testudinem in magno claustro et sterni pavimentum quadratis tegulis ignorans quam prope inceritum domus esset: sic vos non vobis nidificatis. »

.

f° 142^V:

In æstate curavit D. Christianus Noutz Prior huius domus fieri lapideam testudinem in magno claustro... ignorans quam prope interitum domus esset.

f° 143:

D. Henricus Middelborch monacus professus huius domus...ipso sanctissimo die Patris nostri Brunonis obiit...fuit

1577

In festo S. Dionysii et sociorum 9 octobris D. Joannes Broeyerus cecinit suas Primitias.

1577

D. Henricus Middelborch monachus professus huius domus et quondam procurator ipso sanctissimo die S. Patris nostri Brunonis obiit peste (ni fallor) post meridiem inter quintam et sextam, ex cuius parte provenerunt domui 28 fl. annue, de quibus octo debentur pro pitantia ipso feste S. Henrici, fuit primus et novissimus sepultus in parvo cæmeterio recenter consecrato.

f° 143^v:

Ipso die omnium sanctorum cantavit Rdes Abbas Villariensis summum sacrum in nostra ecclesia ter Scheut et quasi parentavit quæ brevi evertenda erat.

f° 143^v:

Quinta Februarii fugientibus ex conflictu ceteris militibus ordinum dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos et magnus etar tumultus in civitate ita ut fugerent multi cives et ecclesiastici timentes obsidionem civitatis et eodem die recesserunt ad domum Capellæ relicto monasterio D. Christianus Prior, D. Franciscus Caveern, D. Nicolaus Coen, sacrista, D. Petrus Leeuwen et D. Joannes Broeyer cum fratre Joanne Lamberti donato et ibidem manserunt per totam Quadragesimam, ceteris se conferentibus ad civitatem ibique remanentibus

1577

Sub finem huius anni R^{dus} Pater intelligens miserum statum huius Provinciæ quosdam evocaverat ex domo Capellæ cum spe promotionis in primis D. Wenceslaum prof. domus Delphensis et D. Franciscum Caveneer prof. huius domus illic hospitem, qui acceptis litteris redit domum eligens potius cum fratribus pati quam alibi præsidere.

f° 144

1578

Cartusiani Angliae qui in eadem civitate habitabant hoc anno a Magistratu proscripti diverterunt ad S. Quintinum in Francia, bonis suis mobilibus vilis pretio venditis nam heretici hoc anno ibidem prævaluerunt unde magis putarem Anglos patres non ante hoc tempus loco cesisse, qua autem occasione et quomodo postea forte explicabo ex illorum scriptis.

1578

Monasterium quoque Cartusiæ Brugensis funditus eversim fuit ex mandato senatus, quod mœniis civitatis adiaceret. Poterat tamen Prior vendere vel asportare materialia. Conventuales se in civitatem receperunt ad Jerusalem in qua ius hospitii habebant exs legatione D. Adornes.

1578

21 Februarii Cartusia Gandensis Gensiorum factione accidente Auriaci Tyranni iussu sub priore D. Joanne Barba solo æquata est. Diviso conventu D. Prior longum passus est exilium et captivitatem in Arnhemia

f° 144^v

Obiit et ipse vicarius monialium D. Henricus Coel

1578

Nescio quæ melior aura Patribus nostris Ultraiectinis affulgebat quod reversi sint ad domum suburbanam octava febr. sc. ante quinquagesimam et a die cinerum et deinceps chorum frequentabant. Et ideo sexta Aprilis est missus ex domo Capellæ D. Petrus de Leewis professus huius domus [Brux.] ad doctam domum Ultraiectensem et cum eo D. Cornelius Eechaut de Alosto novitus domus Capellæ profectus est ex mandato P. Visitatoris qui præcedenti a. 1577 in festo S. Brunonis habitu monachali donatus fuerat, accepto bono testimonio tam visitatoris quam Prioris et omnium conventionalium de bona, pia et religiosa conversatione in Cartusia Ultraiectensi receptus fuit, exactis ibi decem mensibus inde cum cæteris conventionalibus compulsus fuit recedere et in civitatem se conferre propter imminentia pericula atque ibi cum conventionalibus in domo Præpositi Cathedralis Ecclesiæ per integrum annum cum dimidio habitavit

spe revertendi ad monasterium ad faciendam solemnem professionem sed spe frustra, nam a.1580 monasterium fuit a magistratu divenditum, quare a D. Andrea Locht priore domus Monachorum dicti conventus commissario per obedientiam Coloniam vocatus ibidemque veniens habendo bonum omnium conventionalium ultraiectensium de sua conversatione testimonium, post probationem sex septiminarum in Cartusia Coloniensi auctoritate visitatorum Provinciarum Rheni et Teuthoniæ ibidem fecit professionem nomine domus Ultraiectensis quæ seq. a.1581 in Capitulo generali fuit ratificata et approbata, nam fuerat novitus duobus annis et X mensibus. Fuit postea quatuor annis Procurator D. Andreae Lodth et 1604 sua professionis Ultraiecte. Obiit hospes in domo Distensi a.1623.

1578

Item obiit D. Joannes Eschius professus domus Lovanii, postremus Prior domus Delphensis, hospes in domo Monialium Brugis. Ex Alexiano factus Cartusianus circa a.1540

f° 145

1578

23 Maii pius atque eruditus D. Laurentius Surius Carthusianus Coloniensis cum divina illa de sanctorum vitis volumina absolvisset lenissima morte in consueta orationis sede placide conquiescens feliciter ad superos evolavit. Patria Lubecensis erat, inter haereticos natus et educatus: de quo tamen dici potest quod olim de Malachia dixit divus Bernardus, quod nihil magis de haeresi contraxerat quam pisces de sale marino: quantos labores in veterum conciliorum decretis et Patrum scriptis emendandis recudendisque et in lucem proferendis exautlaverit frequentissima ab eo relicta monumento testantur. Obiit autem aetatis anno 56 professionis vero 36. Habuit plenum cum psalteriis monachatum in Provincia Alemaniæ.

1578

Ad eius [Surii] germanam effigiem quam penes me habeo hi scripti sunt versus:

Effigiem Surii dum cernis candide lector
Quin capiat tanti fructus amorque viri
Qui lucrum duxit mundo latuisse superbo
Delicias casta mente vacasse Deo
Ecce recentis sequitur nunc gloria tutam
virtutem nullis sat celebranda typis

f° 145^V,

1578:

Circa festum S. Joannis Baptistæ venit P. Christianus Noutz prior cum D. Franciscus Caveneer et Fr. Joanne ex domo Capella per domum Silve s. Martini Tornacum ibique uterque fuit captus sed altero die dimissus et inde Valencenas ibique aliquot diebus hospitantes per domum Vallis s. Petri et Montis Dei per Mosam navigaverunt Narmurcum et inde Leodium non sine magno periculo.

1578

Circa principium Aprilis (quod mihi pæne exciderat) D. Nicolaus Coen et D. Joannes Broeyere missi fuere ad domum Valencensem ibique D. Joannes officium sacristæ exercuit 7 annis quousque rediret Bruxellas...

1578

Circa principium Aprilis (quod mihi pæne exciderat) D. Nicolaus Cocu et D. J. Br. missi fuere ad domum Valencensem autem Nicolaus ad domum monacorum Gosnay ablegatus fuit

1578

Circa festum S. Joannis Baptistæ venit P. Christianus Prior cum D. Francisco Caveneer et fratre Joanne ex domo Capellæ per domum Sylvæ S. Martini Tornacum, ibique uterque fuit captus sed altero die dimissus, et inde Valencenas ibique aliquot diebus hospitantes per domum Vallis S. Petri et Montis Dei per Mosam navigaverunt Namurcum et inde Leodium non sine magno periculo.

f° 146

1578:

Circa principium Aprilis...D. Nicolaus Coen et D. Joannes Broeyer missi fuerunt ad domum Valencensem ibique D. Joannes officium sacriste exercuit 7 annis quousque rediret Bruxellas. D. autem Nicolaus ad domum Gosnay ablegatus fuit.

f° 147

1579:

Anno 1579... Geusii...vendiderunt omnem supellectilem Ecclesiæ, cellarum et omnium officinarum antiqui nostri monasterii in Scheut ad hastam per partes tam hic quam Antverpiæ et tandem combusserunt sedilia et reliqua quæ non potuerunt auferre.

Anno 1579

...combusserunt sedilia et reliqua que non potuerunt auferre

1579

Uxor cuiusdam satellitis reddidit imagunculam miraculosam B. V. Mariae fratri Joanni Lamberto huius domus donato, eam repetenti, reservatis sibi togis et aliis eiusdem clenodiis, quæ imaguncula postea Leodium delata in magno fuit honore servata usque ad nostrorum redditum ad civitatem Bruxellensem et sicut Deus olim domum Obededom, in qua arca testamenti reposita fuit omni benedictione locupletavit, ita et domum Leodiensem temporalibus bonis et personarum (non infimæ notæ) numero auxit eo tempore propter hauc, ut multi arbitrati sunt, B. Virginis iconculam thaumaturgam.

1579

Obiit Bruxellæ apud Dominicanos ubi confratres nostri hospitabantur Matthias Velthoven senior donatus huius domus; eius nomen in carta 1582.

f° 147v

Item obiit Alexander Palinck Prior domus Campensis, professus et olim Prior domus Brugensis, quem Arnoldum D. Petreius vocat, quem putat ante ordinis ingressum fuisse Dominicanæ familiæ religiosum, quem et puer septennis aliquoties vidit eiusque manus deosculatus est, donatus ab illo pomio aliisque puerilibus munusculis, qui cum ad diligenter studendum hortatus dicebat Parenti eius, futurum cum aliquando Cartusianum. Quin et non sine viri præsensione ac quodam divini numinis afflatu paulo ante obitum lecto circumstantes identidem interpellavit ut duplo profundius in terram cum defoderit quam communio habet consuetudo, futurum enim ut demortua Religiosorum fratrum corpora etiam vomere tandem aliquondo proscinderentur. Quod vaticinium equidem seu presensionem rei probavit eventus. Sunt namque saxa sepulchralia in urbem translata, sanctissimorum Patrum monumenta violata, pietatis domicilia eversa, ipsumque suscipiendæ pulchritudinis templum non minus, quam cœmeterium in cereris usum redactum.

f° 148

1579:

Traiectum ipso Petri et Pauli die qui in 29 Junii recurrebat ilucescente aurora expugnatur a farnesianis. Qui in armis consistenter omnesadunum truditati sunt... Ante obsidionem missus fuerat per obedientiam D. Egidius professus huius domus tunc hospes in domo Diestensi in Germaniam et iuxta Traiectum ad hæreticis captus ansit in carcere aliquot mensibus cum quibusdam aliis Hispanis quo tempore spatio non cessabat eis exprobrare calamitatem huius patriæ... Capta igitur, ut dixi civitate post longam obsidionem cum suos captivos Hispani liberarent ex carceribus nostrum necaverunt atque ex fenestra in publicam plateam proiecerunt dicentibus concaptivis illum esse Lutheranum, falso id quidem... nescio quomodo pervenit fama ex Leodium imperfectum esse quod cum intelixisset nostri D. Franciscus Caveneer qui adhærebat Prior Christiano eo se contulut atque ex caligis quas habebat secundum formam ordinis agnovit et apud Dominicanos sepelivit... »

1579

Ante obsidionem [Traiecti] missus fuerat per obedientiam D. Agidius professus huius domus, tunc hospes in domo Diestensi, in Germaniam et iuxta Traiectum ab haereticis captus mansit in carcere aliquot mensibus cum quibusdam aliis hispanis. Quo temporis spatio non cessabit eis exprobare calamitatem huius Patriae quod ipsi essent causa omnium malorum quibus Belgium premebatur; campta igitur, ut dixi, civitate post longam obsidionem, cum suos captivos hispani liberarent ex carceribus, nostrum necaverunt atque ex fenestra in publicam plateam proiecerunt, dicentibus concavitis illum esse Lutheranum, falso id quidem. Sed adverte hic mecum quicumque haec legis miram et iustum Dei providentiam. Hic enim vitam egerat satis scandalosam ob quam meruit diutius carceri mancipari, quam in conventu vivere, nec sic poterat quidem coerceri gravis ordini et fratribus, sed tandem Deus illum invenit, qui nullum crimen relinquit impunitum, sed cum non puniat bis in id ipsum rogamus cum ut accipiat hanc mortem temporalem in satisfactionem peccatorum suorum et speramus quod sic fecerit quia honoravit cum sepultura, nam nescio quamodo pervenit fama Leodium ipsum interfectum esse, quod cum intellexissent nostri, D. Franciscus Caveneer qui adhærebat Priori Christiano eo se contulit atque ex caligis quas habebat secundum formam ordinis agnovit et apud Dominicanos sepelivit fuitque recommendatus per chartam seq. anni, in qua quidem invenio D. Ægidium de Prato professum domus Bruxellæ sed in elenco professorum diversus est ab illo, in ea quam habes præ manibus absque cognomine scribitur.

f° 148v

In cartusia Leodiensi 29 septembbris in festo S. Michaelis obiit D. Petrus a Mirica professus et Prior domus Lovaniensis per 19 annos receptus ad ordinem A° 1544.

1579

In eodem festo S. Brunonis suscepit habitum conversi in domo monachorum Brugis honestus invenis Mathæus Molanus Bruxellensis pistor, qui nostram solebat frequentare ecclesiam. Et prima Dominica mensis post fratres laicos communicare. Verum eodem mense vitam cum morte commutavit. Volebant aliqui nobis persuadere obiisse præ lætitia admissionis ad habitum. Quod alias non satis fortis viribus esset, ut si quod onus levaret manibus tremeret. Sed postea intelleximus caput impegisse in aliquid demissius hostium.

f° 149v

Ob.quatuor donati domus Diestensis.

1580

Ob. Dominus Andreas Leent professus domus S. Martini in Monte Solis prope Campis et olim Prior domus Paradisi Mariæ

f° 151

a.1580:

Toen de monniken door het protestantse stadsbestuur uit de stad Brussel werden gedreven moest P. Bets een wereldkledij laten maken « ...quæ hactenus toto vitæ suæ spatio non gestaverat, ab ineunte ætate bonus infans fuerat Lovanii et semper toga talari indutus fuerat. »

1580:

Sic autem congressi ab ore P. Joannis Broeyere audivi: cum enim religiosi qui Bruxellis remanserant multa debita contraherent, ipse suggestit P. Priori Christiano ut eos amplius non toleraret sed inde revocater...

f° 151

17 Novembris fuerunt confratres nostri civitate hax expulsi seminudi et curru fucti per tribicinem usque Hallas et omnia mobilia et sapellectilia fuerunt publice in foro vendita, remanentibus duobus sacerdotibus Gulielmo de Catsro et Judoco Abs, qui per chartam huius anni iussu fuerant se conferre ad provinciam Rheni et fratre Nicolao donato.

1580:

Tantum autem Nicolaus Donatus sequenti carta Capituli generalis declaratus ab ordine alienus et sine spe reconciliationis omnique beneficio ordinis privatus, quia manebat Bruxellis cum hereticis contra voluntatem superiorum...

1580

... inter eos erat D. Petrus Bets, devotissimus religiosus quem et laudabiliter in ordine vixisse cartha capituli generalis testatur, qui non cessarit divina celebrare tum apud Dominicanos tum in sancta Catharina atque in animum inducere non possum hæc frequentasse sacramenta nisi cum bona conscientia neque habitum depositum nisi cum ad id minis adactus fuisset eius, qui in fascibus agebat apud hæreticos, fœmoralia ergo curavit sibi fieri, quare hactenus toto vitæ suæ spatio non gestaverat, ab ineunte ætate bonus infans fuerat Lovanii et semper toga talari indutus fuerat. Vere inquam, bonus infans et tantæ innocentiae ac simplicitatis ut se nudum sartori exhiberet.

1580

Cum enim Religiosi qui Bruxellas remanserant multa debita contraherent, ipse [Broeyere] suggestus P. Priori Christiano, ut eos amplius non tolleraret, sed inde revocaret, quod cum fecisset et ad eos litteras destinasset quibus significabat ut D. Martinus Moors, D. G. de Castro, D. Judocus Abs secundum decretum capituli generalis se conferrent ad Provinciam Rheni, ceteri ad se venirent, D. Guilielmus qui se gerebat pro vicario litteras ostendit magistratui heretico, ut ostenderet omnes quamvis vestem mutassent animo esse religiosos, atque in eos superiores iurisdictionem exercere, non quod illi cure esset ut sue obedirent, sed ut ipsis absentibus pro libitu suo viverat. Miseri qui pro pastore proditorem haberent, feliores si suo Priori adhæsissent

1580

Mensis Novembris 21 obiit (peste in fallor) Bethuniæ D. Nicolaus Cocu, professus et sacrista huius domus, propter rabiem hæreticorum exul, hospes in domo Gosnay. Fuit vir simplex et rectus atque devotus ut colligimus ex piis libris, qui fuerunt illi in usu. Descripserat in uno libello omnes hymnos Lansbergii quem penes me nunc habeo.

1580

Mechlinia hoc quoque tempore occupatur et deripitur ab hæreticis et tunc amisimus calices et reliquam supellectilem argenteam quæ adservabatur in domo parentum D. Cooman.

1580

Hoc quoque anno 17 maii vendidit Magistratus Traiectensis monasterium nostrum 13 millibus Carolinis et quingentis nostrique spoliati sunt omnibus utensilibus quæ ibidem remanserant. Ultimus ibidem sepultus fuit D. Jacobus de Gouda vicarius dictæ domus et quondam sacrista et olim Procurator domus Campensis 9 martii.

f° 151v

1580

... scripsit ad me D. Vincentius Knibbe....: Temporibus istis quibus hæresis ordinibus ordinem laxaverat adeo ut nostris etiam sine peccato extra monasterii cæpta liber exitus pateret, contigit cælum claudi, ut vix ros aut pluvia veluti Heliæ temporibus decideret, quapropter terra nullo imbre irrigata fructus et olera denegabat, et cum ubique maxime in monasterio S. Elisabeth eorum penuriam patiebantur eo quod in monte constitutum sit. Istis igitur temporibus vir quidam Cartusianus (quem nostri D. Petrum autumnant) proiectæ ætatis, pius, inquietus, et sanctus ad prædictum monasterium perrexit, quem Religiosæ consipientes sese ad eius pedes devolvere, ab illo solatium et olera postulantes, quibus ille compatiens et fidem approbans omnes cubiculum quod intraverat excedere iussit, in cuius secreto solus ad Deum preces fudit, ne frustra nam protinus cælum et nubibus deinde pluriam dedit denique terra irrigata solitos fructus et olera simile Helias suis precibus impetravit, ac magna apud omnes propterea in veneratione fuit... Ita mihi a monialibus cognatis meis prædicti monasterii relatum est, cum sc. primo cello exiret promotus ad officia et eas ex officio visitaret...

1580

Tantum autem Nicolaus donatus sequendi carta capituli declaratur ab ordine alienus, et sine spe renonciliationis omnique beneficio ordinis privatus, quia manebat Bruxellis cum Hæreticis contra voluntatem superiorum, qui postea non diu supervixit.

f° 153

O. V^{lis} Dns Joannis Almacque Pastor Acrimensis benefactor domus Sylvæ S. Martini.

1581

Habetur in carta huius anni 1581 D. Arnoldus Bomelius professus et Rector domus Campensis. An sit hic postremus sepultus in dicta Cartusia de quo agit Miræus in Originibus Cartusianorum dubium est quamvis nomen concordat sed circumstantiæ temporis vix admittunt, cum superiori anno destructam fuisse cartusiam veruo tempore atque a fine anni 1579 fere tumultuatum fuisse ac nisi per hanc cartam constituitur Rector eiusdem domus D. Petrus Professus et Procurator d^s Lovanii. Unde apparuit alterum non diu defunctum fuisse.

f° 154

1581

... in eius [morus J.] locum electus est D. Joannes Franck professus ipsius domus Leodiensis, vie pietate insignis, qui 16 annis officium sacristæ exercuerat. Præfuit Prior usque ad diem obitus qui contingit in principis anni 1584.

1581

11^a decembris obiit subita morte V. P. D. Judocus Morus Prior domus Leodii, professus et alias Prior domus Capellæ de quo supra egimus; in eius...

f° 155

1582

Circa hunc annum redicus ex Germania fr. Joannes de Doloribus Clericus redditus et diaconus professus huius domus, ut sua libertate frueretur in hæreticos Bruxellis quemadmodum aliqui præsumant quod declinaret omnia loca ordinis, extrema infirmitate correptus est Leodii atque in xenodochio ibidem defunctus est. Paulo ante mortem tamen declaravit se esse personam ordinis, et quoniam recognovit ordinem, ab ordine quoque agnitus et in carta huius anni positus est. Secundum autem etymologiam cognominis sui multos dolores peperit matri id est domui professionis suæ. Ignoxat illi Deus.

f° 155^v

1582:

Quo mense Augusto obiit D. Joannes Bruneau peste correptus in domo S. Audomari.

1582

Quo mense (Augusto) obiit D. Joannes Bruneau peste correptus in domo S. Audomari professus et antiquior huius domus. Vixit circiter quinquaginta annis in ordine et satis modeste et laudabiliter ut potui intelligere.

f° 156:

28 Octobris vita defunctus est D. Joannes de Mirica natione Brabantus, patria Lovaniensis professione vero Bruxellensis... »

1582

Hoc anno obiit Leodii Petrus Beer donatus et coquinarius antiqui monasterii.

1582

28 octobris vita defunctus est D. Joannes de Merica, natione Brabantus, patria Lovaniensis, professione vero Bruxellensis, vicarius in Cartusia Rutilana, quæ in Lotharingiæ confinibus sita est. Respexit quidem aliquando retro ut ante dictum est, sed tamen bono fine quievit ac priora tempora malæ perdita resarcire conatus est. Scripsit enim Catholicam enarrationem super oratione dominica, necnon de reductione ovis,

quin et P. Surii de probatis sanctorum historiis tomos in compendium redigere agressuo morte est præventus quam subiit pœne dictando in sede oratorii sui ni fallor.

f° 156^V-157 verhaalt de afval en het huwelijk met de dood van Jan van Ieper in 1583; cfr. ook Jaarboecken der Stadt Brugge , III, 83. Een betwisting van goederen, die opgeëist worden door de «weduwe» van de oudprior, wordt beslecht ten voordele van Hercules van Winckel,

f° 157

1583

Laudanter moniales

sola domus constantissime perstittit in urbe hæreticis, nihilaut parum de divinis officiis remittens... per annos ? substiterunt in eadem domo. Circa hunc nnum † soror Elizabeth priorissa.

f° 158

1583

D. Matthæus Tavernier professus domus Tornaci, Prior S. Audomari, D. Philippus professus et vicarius eiusdem domus et D. Gantoy procurator dictæ domus contagione e medio sublati sunt quando et domus nostræ senior D. Joannes Bruneau eodem morbo tactus obiit.

f° 159^V:

In ordinatione provinciæ nihil aliud habetur quam quod domui Brugis providebant visitatores de Priore ceterisque officiis alibus, cum civitas Brugensis fuerit redacta ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ, quod paulo post accidit 22 May quare redditæ civitate D. Hercules professus huius domus ex priore Sylvæ S. Martini institutus est ibidem Prior.

f° 160

1584:

Bruxellenses vero etsi penuria commeatusque difficultate laborarent, tamen præfrafti adhuc pacem respuebant noster autem Gulielmus a Castro, filius prodigus fame coactus circa finem anni Valencenas venit ibique missus est Leodium ad carceres.

1584

Servetur hoc statutum 2 part cap 12 n. Nullus Prior, monachus vel conversus nostri ordinis in itinere constitutus mantellum secularem seu cappam a caputio separatam portare præsumat nisi propter imminentia pericula evitanda. Alioquin puniatur per Capitulum Generale vel visitatores.

1584

Cum Cartusia Gandensis funditus diruta esset nec lapis super lapidem relictus, D. Joannes Barba sollicitavit pro loco in ipsa civitate Opmeerhem dicto atque obtinuit duobus circiter mensibus post redditam civitatem. Modicum erat monasterium fratrum tertii ordinis S. Francisci, qui et amentium, ni fallor, curam habebant, sed iam ad meliorem mentem reversi Gandenses, hunc locum dederunt nostris incolandum, cuius possessionem/professionem accepit prænominatus Prior in profesto S. Hugonis Lincolnensis Ep. unde Chronicon. (of Episcopo Lincolnensis, zie 2de fiche)

LVCe bIs oCtaVa terras LVstrante noVeMbrIs

CartVsIæ frartres LætI noVa teCta petebant.

Propterea mota est aliquando quæstio de repetundis actore quodam Guardiano Tertiiorum, qui ex Gallia veniens obiecit nostris ius et actionem, quam in locum et domum habere se aiebat, sed occurrit tunc illi Prior et visitator p. m. D. Jacobus Dionysius, qui petebat sibi refundi omnes sumptus qui pro amplianda et restauranda domo facti fuerunt/fuerant.

f° 160^V

Guilielmus a castro filius prodigus fame coactus circa finem anni Valencenas venit, ibique reconciliatus missus est Leodium ad carceres, ibique descriptsit primam partem statutorum ordinis sat bono charactere

1584

Bruxellensis vero etsi pecunia commeatusque difficultate laborarent, tamen præfracti adhuc pacem respuebant. Noster autem Guilielmus a Castro filius prodigo fame coactus circa finem anni Valencenas venit ibique reconciliatus missus est Leodium ad carceres ibique descriptis primam partem statutorum ordinis sat bono caractere.

f° 161^V: « Nec multum differendum erat. D. Christiano Priori providere domui suæ nam intellexi postquam innimicorum manus evaseramus ab amicis et confratribus [si Deus vult] Patribus Societatis novæ impetitos, quia apud Magistratum Bruxellensem sollicitabant pro bonis nostris habendis, sed brevi reponso ab eis se expedivit nobilis magistratus monachos non adhuc omnes mortuos... »

f° 162

1585

Circa initium huius anni obiit D. Joannes Franck professus et prior domus Leodii, vir pietate insignis, in cuius loco institutus est Rector D. Philibertus Cooman, professus et procurator huius domus inscio visitatore et Priore D. Christiano quod non nisi ab ipso R^{do} Patre fieri potuit.

1585

Hoc tempore cum Deus plebem et populum triplici flagello parte, bello et hèresi fatigaret et pene ad internectionem consummum atque deleret Mniales quoque nostrae Brugis in tact ?? fuerunt atque a medio sublatæ fuerunt 13: 4 mon. velatæ, 3 conv. 6 don.

1586:

Circa initium huius anni obiit Joannes Franc professus et Prior domus Leodii, vir pietate insignis, in cuius loco institutus est rector D. Philibertus Cooman, professus et procurator huius domus ...

f° 163^V

1586:

In Julio missus est D. Judocus Abs hospitatum Leodium qui hic tempore Hereticorum remanserat non tamen consentiens eis.

1585:

In iunio institutus est D. Joannes Broyerus procurator a D. Christiano.

1585

In Julio missus est D. Judocus Abs hospitatum Leodium qui hic tempore hereticorum remanserat non tamen consentiens eis.

1585

In Mayo venit D. Petrus de Leon Hispanus, professus domus de Miraflores Tornaco Bruxellam, velut alter Neemias missus a Deo ad restaurandam hanc domum prout... dicetur

f° 164

1585

In Augusto missus est fr. Adrianus donatus Brugas ad hospitandum, sed brevi rediit, remissus a P. Hercule, postea ivit Lovanium, ibi solvimus eius expensas.

1585

In Junio institutus est D. Joannes Broeyerius Procurator a D. Christiano.

1585

Circa hoc tempus obiit V. P. D. Joannes Rolandus professus domus Bruxellensis, Prior domus Erfordiæ, et alias Prior domorum Buxiæ et Ilembach in Franconia, qui fuit etiam sacrista et vicarius domus suæ professionis. Vixit in ordine c. 45 annos.

164^V

1586:

Anno 1586 circa principium Quadragesimæ accessit D. Christianus Prior huius domus et Visitator Provinciæ cum procuratore suo D. Joanne de Broeyere et Fr. Joanne Lambrechts donato Cartusiam Lovaniensesm... Circa medium Quadragesimæ porfectus est D. Prior cum con procuratore et fr. Joanne donato Thenas... inde curru venerunt ad S. Trudonem, ibique hospitati suntu nocte in abbatia et altera eodem curru vecti venerunt in profesto Annunciationis B. Virginis Leodium, et manserunt ibidem usque ad festum S. Hugonis episc. Lincolniensis... In festo S. Hugonis recessit Leodio D. Prior una cum D. Procuratore et fr. Joanne donato et spatio duorum dierum navigio per Mosam venit Namur-cum ibique mansit duobus diebus donec esset salvis conductus et rediit Bruxellam in vigilia S. Catharina. »

1586

Circa medium Quadragesimæ profecus est D. Prior cum procurator et fr. Joanne donato Thenas, ibique hospitati sunt apud D. Henricus Boxhoren tunc pastorem et decanum Christianitatis, quia habebat fratrem in ordine Gasparem nomine professum domus Capellæ (Et hic Henricus Bocxhoren ni fallor qui erat apud Calvenistas Bredæ minister, quando nuper per marchionem Spinolam recuperata fuit) ... (i.m. Uterque Bochorn retro respexit. Vovit uterque neuter Deo datam fidem servavit. Nec mirum: a carnis petulantia et iis vitiis ac periculis quæ continentiae in futuro contraria sunt deserta violataque prima fide in profundum et in damnationis cumulum vertetur Henrico Bochorinck, quod ille Gasparem fratrem suum Cartusianum monachum et sacerdotem cum post apostasiam carcere semel iterumque resipicens punitus fuisset et ad extremum Praefecto Carthusianæ familiæ in qua degebat atque itidem œconomio toxicum obtulisset hauriendum, ad carnis libertatem et ad incestas nuptias cum Antwerpina quadam foemina iucundas seduxit. Sibbelinæ hæ litteræ Thenas ab ea missæ, quas mihi redditas domi asservata. Henricus Cuyckius in epistola parænetica Lovanii a. 1596 impressa.

f° 165

1586

Reverendus in Christo Pater D. Joannes de Lamock Abbas monasterii S. Huberti in Ardenna O.S.B., amicus et fautor omnium personarum ordinis. Hic fuit vir probatae pietatis et regularis disciplinæ observator, necnon Aviæ meæ materne avunculus.

f° 166

1586

Unum omni exceptione maius in medium libet adferre quod sæpius a V. P. D. Philippo d'Audenaerde audivi, qui præfatam cladem [1566] iam monachus vidit, et eidem 48 annis superfluit, plenusque dierum et bonorum operum a. 1614 animam Deo reddidit 5 septembbris. Hic igitur cum a. 1586 superiorum ageret sub munere Rectoris in hac domo, contigit ut tabulator, in quibus opifices insistebant operi, quæ ultra medietatem pinnæ elevata erant, et saxis cémento aliisque id genus plena, repente, nullaque probabili apparente causa magno cum fragore deorsum covruerent, cumque eo auditio plurimi et inter alios præfatus Pater advenisset et dictos operarios quos ex tali casu non modo attonitos sed membris omnibus luxatos, et sub tot ruderum pondere plane contritos fuisse par erat, incolumes, sanos et alacres offendit, quod proculdubis Dei providentia adscribi necesse est, et isthic loci, de qua sæpius in Dorlando et Sutore gratiæ latenti prout etiam ipsi tam presenti periculo defuncti censebant omniumque erat sententia lapsum hunc non casu contigisse sed Deo sic disponente quo opus sibi acceptum esse tam evidenti signo comprobaret...

1586

In octobri R. P. D. Arnoldus Havens Buscoducensis doctor Theologus ex S. J. ad nostrum transiens ordinem in Cartusia Lovaniensi investitus fuit et anno sequenti professus, velut lapis angularis positus in fundamento novæ structuræ, et primus filiorum sequituræ fæcundæ ætatis, qua hæc domus plurimos suo gremio complexa est, et aliis domibus suppeditavit qui etiam præessent.

R. P. Arnoldus Havensius genere Sylvius, SS. Theologiæ apud Agrippinenses Professor eximus, ultimæ voluntatis testamento Cartusianus, religiosissimus Cartusiæ Gandavensis Antistes, virtutis emulis æternum sui memoriam paucis his versibus testatam relinquit...1586

D. Petrus de Leon proficiscens Bruxellæ Lovanium curru media æstate circa Vos Capellæ captus, expoliatus et ductus est Montes super Zomam; post aliquot hebdomas gratis dimissus solutis tantum expensis. Huic velut correptus a Dno suæ magis invigilavit saluti, ac secundum institutum suæ vocationis studiosius conversari evisus est prout scripta eius testantur quæ V. P. Commissariis ad audiendas rationes suas deputatis exhibuit: quibus imprimis notum sit, inquit, quod quando reversus fui ab utima mea captivitate ex civitate Bergamzonii ivi hospitatum ad domum Gandensem, ubi humaniter receptus a V. P. Priore D. Joanne Barbe quandam cellam pro mea habitatione reparavi, et dicto Priori paucas pecunias, quæ mihi in itinere superfuerant dedi, duosque insignes equos, qui ducentis florenis constiterant, singulisque mensibus pro meis expensis quindecim aut viginti florenos sicut recipiebam de nostra regia pensione illi numerabam et adhuc tertium equum quem emimus a Patre Anglorum, ac duos calices argentos ex dimidia parte deauratos eidem domui Gandensi procuravi. Literas enim regias ex Hispania in eiusdem favorem impetravi, quarum vigore remissionem cuiusdam redditus a dominis Finantiarum in magnum beneficium prædictæ domus Gandensis obtinui. Duos ibidem annos sequendo omnes actus Conventuales demoratus sum.

f° 167^V:

In vigilia S. Andreæ quoque reversus est Leodio Bruxellam D. Franciscus Caveneer c.a. Priore constitutus est vicarius... »

f° 167^V-168

1586:

...1578. Quo anno Magister et rectores prædictæ civitatis [a malo spiritu agitate] religiosos expulerunt et non solum Ecclesiam sed etiam totum monasterium everterunt, atque ad hastam publice ustensilia et materialia omnia [ex quibus sunt ædificatæ prophanae domus tam hic Bruxellis quam etiam Antverpiæ] vendiderunt. Anno vero proxime preterito Regiliogi statum post reconciliatonem civitatis reverso non invenientes in suo monasterio tantum locum ubi vix possit canis latitate nec habentes unde illud reedificant nec locum ubi divinum officium celebrare ad vota serenissimi Imperatoris ad eimplenda, de mirifica clementia ac pietate tuæ Celsitudinis confidentes summa necessitate compulsi ad eandem Celsitudinem tamquam ad certam et tutum fidei Catholicae defensorem et reparatorem fiducialiter recurrerint et obnixe deprecati sunt quatenus dignaretur per particulares litteras Magistratui Bruxellensi præcipere ut supplicantibus de loco oportuno provideret infra muros prædictæ civitatis ubi possent interim habitare et cum tempore monasterium reædificaræ; uti T.C. pro sua pietate præcepit scribendo etiam ad archiepiscopum ut in eadem repræberet auxilium. Verum hucusque nihil omnino factum est. Unde sequitur quod Cartusiani, quorum institutio præcipua est sollicitudine et exercitiis spiritualibus vacare non habentes propriam ecclesiam ad officium divina celebranda nec conrguum domicilium ad habitadum cogantur per plateas discurrere velut mendicantes quarendo remedium. Et nullum aliud invenientes considerantes quod locum pristinum ubi sunt ruinæ monasterii destructi numquam erit possibile nex tutum restaurare eo quod sit expositus insursibus prædonum, ad Illem Comitem Mansfeldium Palatum suum ab inimicis suis etiam diruptum quod habet in prædicta civitate ad reædificationem prefati monasterii concedere dignaretur pollicentes illi omnem operam exhibituros apud regiam Majestatem per patres Hispanos pro maiori aliqua compensatione sibi a sua Majestate elargienda, de cuius benignitate non dubitant quia ubi intellexerit pium predicti comitis affectum, qui æquo animo atque gratuito nostræ supplicatio ni condescendit predictum palatum gratis elargiendo dummodo placeat Suæ Majestati informatusque de Cartusianorum necessitate [quibus multum afficitus sua Majestas] statim beneplacitum suum ad hibebit et Domino Comitis gratificabitur vel tribuendo illi tam pro hac libertate quam pro suis meritis et serviis domum principis Auriaci aut aliam remunerationem. Verum ad suam Majestatem Catholicam pro huscmodi re deprecaturi accedere non audemus nisi prius litteras favorabiles T.C. ad eandem C.M. obtinuerimus, quibus omni qua fieri potuit instantia pro nobis intercedere dignetur. Quas humiliter a T.C. postulamus exorantes pro felicitate T.C. Quam Deus nobis conservare dignetur et prosperare triumphando per multos annos.

1586

In vigilia quoque S. Andræ reversus est Leodio Bruxellam D. Franciscus Caveneer cum R^{do} Levino Torrentio Ep. Antverpiensi designato atque eodem anno a P. Priore constitutus est vicarius permanitusque in eodem officio 15 annis usque ad a.1601.

F° 172

12 Augusti horum Compilator natus fuit Gandavi in castro Deumque in cuius (claræ) quoque translatione (quæ 2^o Octobris in ordine minorum celebratur) post 20 annos in hac domo professionem emisit...

Pater eius Dns Mattheus de Wal ex ducatu Luxemburgensi, capitaneus trecentorum Unalonum (præerat tunc temporis castro, prout conditiones pacis initæ cum civitate postulabant ut essent Belgæ in præsidio et remanent usque nunc semper aliqui Hispanis mixti. Mater eius Anna de Villæ ex Ardenna. Susceptores eius R. D. Petrus Damant et Decanus S. Bavonis, postea episcopus et Dna Eleonora de Ganarij.

1587

Redibimus tabulam Summi altaris a Joanne de Blaere cive Bruxellensi post multos lites et expensas, quod diceret se bona fide ab Hæreticis emisse, ut eodem pretio nobis restitueret, et solvimus eidem 25 fl.

f° 172^v:

12 Augusti horum Compilator natus fuit Gandavi in castro...Pater eius Dns Mattheus de Wal ex ducatu Luxemburgensi, capitaneus trecentorum Uualonus [præerat tunc temporis castro, prout conditiones pacis initæ cum civitate postulabunt ut essent Belgæ in presidio et remanent usque nunc semper aliqui Hispanis mixti. Mater eius Anna de Vilæ ex Ardenna.

1587

Leodii professionem emisit in Cartusia D. Richardus de Vaulx Bastoniensis, ibidem pastor et decanus 2 Julii in festo visitationis B. M.

1587

12 Augusti horum Compilator natus fuit Gandavi in castro, Denunque deprecatur per piissimam eius misericordiam et merita passionis D.N.J.C. et suffragia omnium sanctorum nominatim S. Claræ (cuius festivus dies erat et in cuius quoque translatione, quæ 2^o octobris in ordine minorum celebratur) post 20 annos in hac domo professionem emisit, ut non contingat illi huic dici maledicere unquam, sed illi huic dici maladicere unquam, sed illi fœlix fantusque sii. Amen.

Pater eius Dominus Mattheus de Wal ex ducatu Luxemburgensi, capitaneus trecentorum Walonum, præerat tunc temporis castro, prout conditiones pacis initæ cum civitate postulabant, ut essent Belgæ in præsidio et remanent usque nunc semper Hispanis mixti. Mater eius Anna de Ville ex Ardenna. Susceptores R. D. Petrus Damant, decanus S. Bavonis postea episcopus et Domina Eleonora de Savary.

f° 173^v

Priori d^s Liræ non fit misericordia, et D. Guilielmus Brauwershavius prof. Cartusiæ iuxta licentiam sibi commissam exerceat officium procuratoris eiusdem domus et iuxta mentem P. Visitatoris Prioris Bruxellæ fecimus cum Procuratorem bonorum Cartusiæ.

1588

Priori d^s Leodii non fit misericordia et speramus ex huius domus profectu vicinas quoque domus augeri posse: nam preterito anno in festo visitationis professionem emiserat D. Richardus de Vaulx decanus Bastoniensis quam alii viri maturi et graves secuti sunt precipue Ardennates.

1588

Priori Sylvæ S. Martini non fit misericordia et hortamur Priorem ut habeat bonam patientiam in paupertate sua donec Deus pacis et dilectionis det illi tempora meliora.

1588

Priori d^s Sophiæ non fit misericordia et monachi illius domus non conformiter se huic seculo nequam sed se electos agnoscant quia a seculi tumultu debeat abstinere.

f° 174

Per hoc capitulum [1587] ni fallor saltem hac æstate absolutus ab officio V.P.D. Joannes L'Escluse Prior Cartusiæ Valencensis et Visitator istius provinciæ, divertit ad hanc domum et a P. Christiano Noutz priore huius domus et conventus benigne susceptus sicut fuerant ab ipso et mansit hic integro anno usque ad Nativitatem B.M. anni subsequentis... »

1588

Patres Angli inter se pacifice vivant exiliunque suum æquo animo ferant ac precipue cum Priore suo pacem conservent vicissimque mutuam charitatem foveant et complectantur.

1588

Vicario monialium d^s Brugis non fit misericordia et tanto magis tenemur devotis virginibus ordinis nostri domus S. Annæ prope Brugas subvenire, earum paupertati providere cupientes hortamur ut quælibet domus eiusdem Provinciæ sibi subtrahat aliquid de suis necessitatibus ad elargiendum predictis Deo servientibus virginibus.

1588

Per hunc capitulum (ni fallor), saltem hac æstate absolutus ab officio V. P. D. Joannes L'Escluse Prior Cartusiæ Valencensis et Visitator istius Provinciæ divertit ad hanc domum et a P. Christiano Priore huius domus et conventu benigne susceptus sicut fuerat ab ipso, et mansit hic integro anno usque ad nativitatem B. V. anni subsequenti quando fuit vocatus ad Cartusiam. Hic pater magnæ fuit æstimationis et auctoritatis in ordine, unde plurima tulit suffragia (si non sufficientia) in electione R^{di} Patris post obitum R. P. Bernardi Carassi et modo vidimus corrivalem ipsius quamvis confirmatum non prosperasse, nec tamen hic ad Prioratum Cartusiæ pervenit, quin et proprio privatus fuit, quidam enim calumniam ipsi fecerunt quod cum dæmoniacos exorcisaret et nonnullos etiam liberaret tamen cum quadam moniali ordinis nostri iuxta Bethuniam (de qua Martinus Debrio scribit tacito ordine) non satis sapienter egisse videbatur, et in tantum plus ordinarii locorum et æmuli zelo in eum concitati sunt...

1588

V^{lis} autem P. D. Joannes L'Escluse supradictus Cartusiæ Valencenensis expræfectus videns nostram desolationem et monasterii nostri antiqui eversionem, omnibus modis persuasit expedire omnino ut emeretur locus infra mœnia civitatis, in quo pro maiori securitate ert quiete religiosorum dictum monasterium de novo erigi et reædificari posset, sicut et ipsa domum suam intra muros opidi Valencenis reædificaverat.

f° 175

1588

domus hæc emitur ab hæredibus Florentii Vitael, cuius imaginem ad vivum item uxoris et filiorum cernere est in tabula quæ non inconvenienter pendet in sacello ad portam absque nomine aut insignibus.

f° 175v

1588

Dicta bona a. 1586 elocavit Prior Christianus cuidam Consiliario qui habuit ibi alia bona adiacentia. Iste debuisse solvere pro a. 87 quinquaginta fl. et pro a. 88 et subsequentibus usque ad finem termini singulis annis centum fl., sed ab ipso nihil fuit receptum et voluit quoque dimittere terras. Conqueritur enim se aliquot millia fl. expendisse pro equis, vaccis et aliis iumentis necessariis qui etiam ex morbo ex magna parte perierunt, et vix quoque patet accessus ad locum dictum Wemmel ubi bona ista situata sunt propter grassantes tam prædones quam milites regios. Sic Prior Bruxellæ evocato D. Gulielmo Brouwershavio professo ds maioris Cartusiæ et Procuratore domus Lyræ, cui superintendentia bonorum Cartusiæ et Capituli fuit commissa ne terræ manerent iterum incultæ et desertæ, coacti sunt facere alium contractum ex quo ex misse 87 nihil habuisse emolumenti, sed potius multa incommoda sustinuerat prout etiam declarunt viri fide digni, sic fuerunt contenti pro anno 87 nihil recipere, sed pro a. 88 iam cesso in festo preterito S. Andreæ 72 fl. quos mitternus R^{do} Patri d^s Maioris Cartusiæ et subsequentibus annis singulis recipiet Cap. gen. usque ad finem termini 72. Nec debet R. P. mirari quod hac terræ non potuerint carius

elocari, quia agri nunc sunt parvæ aestimationis propter raritatem cultorum; unde fit quod adhuc maior pars agrorum Brabantiae manet inculta...

f° 177^v

1589

Priori domus Bruxellæ non fit misericordia cuius translatio intra mænia civitatis consentimus cum maturo consilio Patris domus Valencenarum et unius ac alterius prioris Provinci

f° 178

Declarat etiam Capitulum se habere S. Pontificis breve, quo conceditur posse fieri unionis parvarum domorum.

1589

Inter moniales autem est soror Maria Riou, professa domus Gosnay, habens missam de beata in Septem Provinciis Alemaniæ. Hac ut refertur fuit religiosa virtute præstans quæ mortificationem J. C. pertulit in suo corpore, et propterea magnæ aestimationis apud omnes. Post annum ab obitu suo dum prope eius sepulerum foderetur, vespillo animadvertisit eius vestimenta adhuc integra permanere et in tibia discooperta vidi carnem integrum et albam sine ulla putredine.

f° 179

Priori domus Gandavi instantiæ transmigrandi ad Provinciam Germaniæ Inferioris et domum Erfordiæ respondebunt et satisfacent prædicti patres Bruxellæ et Valencenarum et in eo casu providebunt predictæ domui de idoneo pastore autoritate nostra, sicut R. P. Cartusiæ salutari consolationi et honori prædicti patris de consilio Prioris Buxiæ ad quem interim accedet. Et conventuales dictæ domus Gandavi acquiescant salutaribus monitis novissimorum visitatorum si Deum timent et ordinem reverentur [Additum manu prioris Valenc.]: Non videtur prædictis Patribus consultum ut hic V. P. removeatur a suo officio sed in eo perseveret ad ordinis voluntatem. Subsignaverunt fr. Joannes visitator Provinciæ Picardiæ, fr. Christianus Visitator Teuthoniæ. Prior Gandensis D. Joannes Barba destitit hoc anno esse convisitator Provinciæ quod officium exercuit 14 annos.

1589

Prior d^s Sophiae non fit misericordia. Et committimus Visitatori Provinciæ cum dicto Patre Valencenarum ut supra statu eiusdem domus provideant. Qui etiam ut seni Priori propter nimiam suam senectudem poterunt facere misericordiam et domni de alio Priore seu rectore providere autoritate nostra si sic eis videbitur expedire [Is autem erat D. Cornelius vanden Kerchove prius prior domus Lyræ et a suis anno 1572 electus qui a dictis patribus hoc anno fuit absolutus. Supervixit tamen usque ad annum 1594, 27 januarii subrogatus in eius locum D. Arnoldus Havensium Sylvæducensis, professus et procurator domus Lovanii qui per hanc chartam [raro exemplo] iniunctus fuerat sermo, nisi quod iam Prior destinabatur].

1589

D. Erasmus (priori d^s Hollandiæ) præcipitur ut a pastoratu desistat, quam contra iura moremque ordinis administrat, cui de alia domo visitatorum prudentia provideatur. Verum calamitas temporis, pastorum raritas facile cum excusabant et ut speramus accedebat consensus episcopi.

Neque in eum gravius quid designatur.

Confirmamus in administrationem d^s Hollandiæ D. Erasmus, qui perseveret in domo Bruxellæ pro sua residentia, singularisque amis reddat rationem administrationis sua P. Visitatori Provinciæ. Et iuvet Procuratorem domus Bruxellæ [D. Joannes de Steelant].

f° 180

Priori domus Schenæ in Anglia non fit m^{ia}, quam nihilomus præficiimus in priorem domus in Seitz primariæ totius Germaniæ superioris. Illi annexentes et pariter committentes curam dom. in Giriach ad quam cum toto suo conventu transmigrabit in nomina D^{ui} et benedictione ordinis. Postquam literas et favorem sacræ Catholicæ majestatis regis Philippi, pro quibus in Hispanias missus est impetraverit, ubi

illum et suos speramus ita religiose conversaturos et pacifice victuros inter se ut omnibus sint bono exemplo, maxime autem pietati sereniss. Archiducis Caroli ubique prædicatæ...

Effectu et successu caruit hæc ordinatio, nam qui missus fuerat in Hispanias Prior Anglorum D. Joannis Arnoldus ibidem obiit et D. Petrus de Leon Hispanio, quem reliquerat domus suæ Procuratorem recuperavit regiam eleemosynam in predicti Conventus sustentationem, prout patet ex sequenti carta: ... domus primaria in Seitz assignata fuit seminario, quam postea non tam humanitus quam divinitus recuperavimus.

a.1589

In prædicta domo Seitz hoc anno obiit D. Jacobus Mosander, natione Flander, qui anno 1570 religionis ergo Coloniam divertens cum antea decanus fuit ruralis, relicto ecclesiastico beneficio, monachum induit in Cartusia Coloniensi et post obitum Surii in septimo sanctorum concinnando tomo insignem posuit operam, cuius etiam meminit Baronius, alias tamen scribit obiisse in domo prope Olmutium.

a.1589

Priori domus Shenæ in Anglia non fit misericordia, quem nihilominus præficiimus in Priorem domus in Seitz primariae totius Germaniæ superioris. Illi annexentes et pariter committentes curam domus in Giriach ad quam cum toto suo conventu transmigrabit in nomine domini et benedictione ordinis. Postquam literas et favorem Sacrae Catholicæ maiestatis Regis Philippi, pro quibus in Hispanias missus est, impetraverit, ubi illum et suos speramus ita religiose conversaturos et pacifice victuros inter se ut omnibus sint bono exemplo, maxime autem pietati Ser. Archiducis Carolæ ubique prædicatæ...

Effectu et successu caruit hæc ordinatio, nam qui missus furat in Hispanias Prior Anglorum D. Joannes Arnoldus ibidem obiit...

1589

Et frater Hector, et si qui sint alii Prioris obtrectatores sub poena disciplinæ per nos decernendæ modestius loquantur de suo Priore, cuius electionem, si quid illi desit nova institutione supplemus, perhibentibus eidem Priori bonum testimonium visitatoribus: humana tamen quædam recognoscentibus et reprehendentibus quæ illum correcturum ex sua promissione plene confidimus: ita ut de cetero omnibus præteritis oblivione sepultis, prout utrisque præcipimus, expectemus ab illis nova omnio.

1589

... D. Joannes Arnoldus ... obiit et D. Petrus de Leon Hispanus, quem reliquerat domus suæ Procuratorem, recuperavit regiam eleemosynam in predicti Conventus sustentationem prout patet ex sequenti carta.

f° 180v

a.1589

Cum iam haberemus domum ampliorem in civitate aliquot ex nostris qui erant dispersi per alias domos reversi sunt: in Augusto D. Petrus Bets senior cum fratre Joanne donato. Item Leodio rediit fr. Henricus Aveloys donatus.

a.1589

Cum iam haberemus domum ampliorem in civitate aliquot ex nostris qui erant dispersi per alias domos reversi sunt: in Augusto D. Petrus Bets senior cum fratre Joanne donato. Item Leodio rediit fr. Henricus Aveloys donatus.

f° 181

1589

Ultimum Decembris eadem Cartusia Montis Dei invasa et spoliata fuit ab Hugenottis. Cum enim sub hora Completorii primam portam effregissent mortaris, Philippus N. donatus ex agro reversus cucurrit ut secundam clauderet, sed nuspetto illum prostraverunt... Religiosos multum exagitaverunt et D. Godefridus Halmal professus domus Lovanii ibidem hospes in capite læsus fuit.

1590

Hoc anno cæperunt officiales domum intruere necessariis officinis imprimis fecerunt braxatorium [puto ego in antiqua ædificiis]... Item fecerunt pristinum cum fornacibus ad coquendum panem...

1590

1 martii obiit primus omnium in hac domo frater Adrianus Gaudebois, donatus et coquinarius antiqui monasterii, sepultusque est in ambitu monasterii de Jericho cum hic necdum esset Ecclesia vel cemiterium. Fuit natione Alostano, vixit 40 annos in ordine, habuit missam in Domina in Provinciis Theutoniae et Picardiæ.

f° 181v

1590

Circa hunc annum obiit D. Theodoricus Prior ultimus Amsterdamsis, de quo scripsi supra ad annum 1585, qui inter seculares exacte abstinentias ordinis feriis sextis in pane et aqua observabat, et vices præscriptas exeundi dum viveret in monasterio. Eumque puto esse quem Jansonius doctor Lovaniensis dixit se vidisse, cumque cogeretur Parentis ad extrema deducti domum ingredi, negavit posse fieri sed revertar, inquit, unde necessitas urgens me compulit exire, tumque sine mora pro charissimo parente fundam ad Deum precem in silentio: vos hmanitatis debitum persolvite et mortuos vestros sepelite.

f° 182v

1590

Ut in omnibus providere et de omnibus disponere in D^{no} prudentius atque melius possit R^{dus} Pater, statuimus et ordinamus ut singuli Piores singulis annis visitatoribus, et visitatores eidem R^{do} Patri ante quadragesimam mittant Catalogum continentem singularum personarum ordinis professarum et novitarum in suis domibus commorantium nomen, cognomen, patriam, ætatem, tempus in ordine exactum, complexionem naturalem, vires corporis, dotes animi et qualitates videlicet ingenium, doctrinam, zelum, experientiam et ad quæ officia quisque aptus esse posset, et quæ exercuisset et propter quæ inde remotus esset: sed ante omnia, cuius studii, qualitatis, conditionis et vitæ dum in sæculo viveret, quibus præterea addi volumus quot monachorum alendorum sint: domus ipsæ capaces et quot earum cellæ salvæ, quotque desertæ sive destructæ. Quæ omnia singuli Piores et visitatores re prius Deo diligenter commendata per orationes et sacrificia, et mature considerata semoto omni privato affectu, amore, et odio, sincere et breviter debebut perstringere et ut dictum est mittere.

Quis autem non videat ista sapere regimen Patrum Societatis et propterea a P. Arnoldo Havensio (qui ex eis prodiit) profecta? nam hoc amis, ut dixi, sermonem in Capitulo habuit.

f° 183

1590

Ordinatio capituli generalis: Ut in omnibus providere et de omnibus disponere in D^{no} prudentius atque melius possit R^{dus} Pater, statuimus et ordinamus, ut singuli Piores singulis annis visitatoribus, et visitatores eidem R^{do} Patri ante quadragesimam mittant catalogum continentem singularum personarum ordinis professarum et novitarum in suis domibus commorantium nomen, cognomen, patriam, ætatem, tempus in ordine exactum, complexionem naturalem, vires corporis, dotes animi et qualitates videlicet ingenium, doctrinam, zelum, experientiam, et ad quæ officia quisque aptus esse posset, et quæ exercuisset et propter quæ inde remotus esset. Sed ante omnia, cuius studii, qualitates, conditiones et vitæ dum in sæculo viveret, quibus præterea addi volumus quot Monachorum alendorum, sint domus ipsæ capaces, et quot earum cellæ salvæ, quotque desertæ sive destructæ. Quæ omnia singuli Piores et visitatores re ipsius Deo diligenter commendata per orationes et sacrificia et mature considerata semoto omni privato affectu, amore, et odio, sincere et breviter debebunt perstringere et ut dictum est mittere.

Quis autem non videat ista sapere regimen Patrum Societatis et propterea a P. Arnoldo Havensio (qui ex eis prodiit) profecta? nam hoc anno, ut diximus, sermonem in Capitulo habuit.

f° 183v

1590

Volumus et ordinamus ut secundum statuta nullus Prior, Procurator vel alia persona ordinis quocumque nomine vocetur monasterium suum exeat nisi habeat secum honestum famulum, qui illi semper et ubique adsit. Si quis vero post istam ordinationem deprehensus fuerit ipso facto sit suspensus ab officio suo, et Procurator aliaeque personae ordinis a suis officiis declarantur absoluti.

f° 184

a.1590: Electionem Dⁿⁱ Walteri Pittes in Priorem d^s Schenæ confirmamus consolationem que fratrum suorum illi apprime commendamus, sicut et D^{no} Petro de Leon perseverantiam in illa fidelitate et diligentia qua hactenus usus est in recuperatione regiae eleemosynæ in predicta conventus sustentationem. Cui præterea committimus procurationem cæterarum domorum, quæ occurserunt apud suam Celsitudinem curanda et pertractanda, quorum occasione cum inter sæculares frequentius agere conveniat, meminerit se maiori sui indigera custodia, Deique gratia, ...

1590

erant bona) circiter nonem aut decem valebat florenos annue sed quia post redditum nostrum (inquit officiales) a septem annorum exilio iste census factus nobis erat inutilis atque a reverendo patre et capitulo generali diu antea vendendi licentiam hunc censem habebamus tanquam ruinus utilem domui, nec non in maxima omnium rerum penuria, qua premebamur eundem vendidimus et pro eodem semel recepimus centum quinquaginta florenos.

Item Paulus Summermans redemit parvum censem 3 stuferorum irredemibilem.

⇒ Elizabeth Bruloet dedit tabulam sepulturæ Christi.

Honesta mulier Elisabeth Bruloet, quæ habebat fratrem in domo Sylvæ Sancti Martini et postea hic filium dominus Ægidium Blitterswyck. Dedit nobis magnam tabulam Sepulturæ Christi, quæ posita est in altari Dominae Nostræ de Gratia ad portam et permanxit usque ad hunc annum 1630 quando dominus Kesseler dedit novam et tunc hæc suspensa fuit in capitulo. Postea a. 1633 novis coloribus renovata aut perfecta fuit impensis pene 80 fl.

Navarreus dum urbem Parsiensem oppugnat, ecclesiastici omnes qui in urbe erant distributis inter illos armis sua quoque obire in urbis defensione munia præcipiuntur illorum præfecti constituti sunt episcopus Sylvanectensis et prior cartusianorum (dominus Joanne Mic-hel qui postea fuit generalis) loco vexillorum illis imgo Christi in cruce pendens et alia Virginis statua præferebatur. Professionis suæ vestes non abieciebant, sed galeas loricas, thoraces ferreos superinduebant.

Dum hæc circum Lutetiam geruntur cardinalis Borbonius a confoederatus rex Galliarum denuntiatus titulo Caroli X Fontenai terras deservit nec dum cutodia relaxatus, in carta anni sequenti sic habetur.

⇒ Illustrissimus cardinalis a Borbonio fundator cartusiæ Bonæ Spei moritur.

Obiit illustrissimus et reverendissimus in Christo pater ac dominus, dominus Carolus a Borbonio, S.R.E. cardinalis præcipuus benefactor ordinis et fundator ac dotator implissimus carusiæ Nostræ Dominæ Bonæ Spei propr Gallionem habens plenum cum psalterijs monachatum et missam de Beatae Maria cum penultem onctione da nobis atque pontificis et am. sub die obitus sui qui fuit 9 may

~~Fuit princeps literatus, comis cui non tam lilia, quam mores purpuram conciliaverant, longa tale ex austus interijt~~

Carolus Borbonius ex Nivernensi 99 et Santonensi 65 factus archiepiscopus sedis Rotomagensis 1550 cui præfuit annos 40. Interest comitijs Aurelianensibus, et colloquio Pisciaci 1561 ac in lecto iustitiæ Rotomagi, ubi Carolus nonus declaratur maior, cuius Caroli regis cum Eliabetha Austria nuptias celebravit 1570, 26 novembris consecravit ecclesiam minimorum Diepæ, et ecclesiam S. Ludovici Parisijs in vico S. Antonij. Ubi construxit domum profesiones patribus soc. Jesu quos etiam in urbem suæ diœcesis primariam induxit. Synodum provinciale in sua metropoli habuit 1581 obijt autem Fontaneti pictorum die Mercurij 9 may hora 9 1590 ætatis 70 sepultus Gallione in ecclesia carthusianorum, quam fundaverat dotaverat et consecraverat. Natus fuerat 22 decembris in cœstro formitatus seu feritatis in Bria La Ferte en Brie, anno 1523.

f° 185^r (358)

1590

In ordine eiusdem mensis augusti obijt dominus Anthonius a Libramonte, professus et alias prior domus Mantuæ, prior domus SS. Stephani et Brunonis et alias prior domorum Mediolani, Montis Sancti Petr, Montis Bracij et Casularum nec non convisitator Lombardiae.

⇒ Successio pontificum.

Die 27 augusti Sixtus V pontifex maximus cum paucis ante diebus ad templum Germanorum pedibus se contulisset Deo ob principis Badensis qui illius Gentis erat, ad catholicæ ecclesiæ gremium receptionem gratias acturus, hinc emigravit, cuius obitus sedes vocavit diebus 18. Quibus expletis Urbanus VII eligitur, et decima tertia ab electione die necdum coronatus pie in Domino obdormvit, hic suscepit, dum legatum ageret in Hispania infantem Isabellam e sacro fonte baptismatis. ceterum patres demio conclave ingressi inter graves et diuturnas duorum mensium et dierum novem contentiones tandem Gregorius 14 pontifex eligitur.

Menso augusto labente commeatus a duce Parmensi Lutetiam infertur.

28 eiusdem mensis dominus Bernardinus de Alua, prior domus Vallis Christi et provinciæ Cathalonie e vita discedit.

Parmensi in Gallijs occupato Mauritus non otiebatur, sed collecto exercitu omnia pœne propugnacula Mosana et Rhenana facilis negotio intercipit. Prsidiarij quoque Bredani Campiniam depopulantur. Opidum vero Thenensis spoliatum deserverunt.

Novembri exeunte Pamensis copias suas inedia, laboribus ac morbis afflictas et fractas in Belgium reducit.

Hoc mali insuper accessit quod Hispani tumultuarentur in Campinia iuxta Harentak.

Epilogus

Memoria repetens quæ in hoc volumen concessi quot clades domorum et personarum ordo sustinuerit, fateri cogor nos mare magnum et spatiosum navigare, ubi reptilia et pericula quorum non est numerus, quibus parum cauti in fide naufragium patiuntur, nihilominus alij secundam tabulam pœnitentiæ firmiter arripiunt, alij siccis pedibus mare calcant, et ad littus laurea martijrij coronati pertingunt. Quin et nos propriæ navis iacturam passi sumus, quod utinam salvæ forent omnes animæ ! Quare chari posteri veniam dabunt, si pauca, quæ domum et ordinem tangunt scripto prosecutus fuerim, cum dicat (⇒ proverb. 30) Sapiens tria sibi difficultæ, viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, et viam navis in medio mari, pauci enim his fluctibus exagitati quidpiam literis mandarunt, quorum anima in malis tabescebant; imo ut dixi quidam turbatisunt et meti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est. hanc similitudinem ideo libentius amplector, cum videam patres diffinitores capituli geberalis anni 1587

ea usos fuisse, aiunt enim: Quia videmus ordinem nostrum similem navi institoris, quæ liquando naufragium patitur, aliquando tum maximo lucro in extraneas nationes merces deportat, in quibusdam partibus

f° 185^v (359)

et regionibus multum deficere, et propter bellorum, et hæreticorum inn iuriam domos aliquas iam pœne destructas, ita ut ne vestigia quidem appareant: addamus et secundum similitudinis membrum: in ailjs autem regionbus novas ex fundamentis domos exsurgere. Quoniam iam ad tuiorem navium stationem pertigimus (locum ementes intra muros civitatis) ad quam accessit proximo anno velut alter Nehomias nostra novi conscripti sunt milites, Ideo Deo bene propitio tertium volumen ab eodem anno scilicet 1591 exordiar, si paucis sequentibus folijs parentaverim antiquæ describendo carmina quæ in fenestris eiusdem ambitus extabant.

Vita S. P. N. Brunonis in superio parte fenestrarum
depicta erat cum his versibus.

<p>Damnosa ex loculis lamentans funera doctor Juste accusatum se planxit voce resumpta. Horrida portento renovans lamenta secundo Judicij iustum tonuit se audisse palatum. Eiulat heu misero stridens vox tertia dicto Justi iudicio sum condemnatus tuerno. Septem astra admirans præsul Garnopolitanus (↔ Gratianopolitans) Instituit patres septeno numine septembre <u>Pro/præ/perneumatis</u> auxilio læti et fautore chorago Ædificant claustrum fratres habitacula sancti Anno nulleno, quarto quoque, si bene censes Insuper octeno, sunt ordi carthusienses Reginensis cathedralæ formidans Bruno thiaram fugit apostolici simplex munimina doni iuris. Inter venandum Calaber comes invenit antra Atque domos patrum, quos multo dignat honore Cingenti Capuam comiti: et sommum capienti: Fraudem hominum atque dolos per visum Bruno revelat Bruno vetat comiti captos occidere: dicens Parce ideo quod vi propria non cæperis illos, Hugo Sacer cartusiaco vestitur amictu Limpidus e terra quo fons orante scaturit. Instabilas solidat fratres hortamine Petrus Patronamque legant Mariamcrebroque salutent</p>	<p>Fons scatet e terra divo Brunone sepulto Ægni quo poti, et claudi, cæcique invantur. Dæmonis horrendi stratagemata possum Virgo Dei genitrix solatur voce benigna. Insolitum cantant Hermano obeunte volucres Redditur et ranis, precibus vox dompta canendi Discipulum magno videt in splendore magister De cælo emssum : et sibi dulcia verba loquentem Vult cartusiacos Bernardus visere fratres Sed tamen in phaleris nimis accuratus habetur SVb ManV ALeXandrI pap CartUsIa regnat (1172) Cardineo assensu retinens firmata vigeres <u>De S. Antelino sive Anthelmo episcopo</u> Antelinus fuit erga inopseis pius atque benigus Sæpe quibus tribuit donaria multa libenter Largiter Antelinus frumenta impertit egenis Et tamen offendit semper granaria plena Percussum a serpente hominem tumiduque veneno Antelinus signo crucis explicito reparavit Antelinum supplex veniam comes orat Hubertus Et tibi (præsul ait) s^upondent oraculo gratum Lampadas accendent Divi, dum iusta feruntur Anthelmo : et multi infirmi sanaretur ibidem <u>De S. Stephano episcopo Diensi</u> Forte inferius dubitur locus commodior et optior</p>
---	---

<p>Historiæ totius sacrae scripturæ Angelicæ latriam mentes solvere supernam Voce indecessa laudantes mimina summa Omnia cælipotens formavit psalmata verbo Quem chorus Ecclesiæ devoto observat honore Pestis Apostaticos incrasans igne superbo Fulgure sordinomos deiecit ab arce ministros Lumina sidereo sol stellæ et luna beantur Et decus arboreum crescit flumenque marinum Adam virginea virgo formatur arena Viorginei ut ventris conclusit viscera Jesus Costa sommigeri fit coniunx Eva mariti Mox vetitas fruges suasit serpentica labes Crimine confusos vili et pericomate tectos Ex Paradisiaco Cherubin fugat igneus horto Primus Abel mortem fraterna sustulit ira Primus ut Ecclesiæ Stephanus fert saxa novellæ Primus ex vitijs Enoch translatus ad astra Jussa Dei Noe vivacis fit faber arcæ Ignea luxuries gelidis consumitur undis Arca propagineumsalvo fert semine fætum Filius illusit quem nudant vina parentem Scommata Iudæi Christo ut posuere tonanti Confuso Babel aërum qui stemate condunt Dissona barbaries confudit murmure vocum (2643) Lottheas salvavit opes Mambreicus hospes Laude triumphali qui regum furta reducit Hostia Meciscedech fit vino et pane salubris CVæna sacramento sic claruit ultima Christo Ex astro in numero inumeri spem pignores audit, Dans holocausta Abram trepidi fert foedera somni. Pacta Dei servans Abraham preputia cædit Carnis delicias mens ut sincera repellit Tres petit hospitio supplex unum sed aderat Munere sub trino trinans mysteria trini Loth vitam cupijt Zodomæ mortemque reliquit Sal monstrat fatuæ uxoris mortem statuale Respuit ancillam Sarai permota rebellem Ismael exhæres patris proscriptituraruis Patrem destituens Isaac offert Abrahamus In cruce Paschalis patri fit victima Jesus</p>	<p>Fatiferi Elieser fortitus dona canalis Jura subit sponsa per dulcia verba Rebeccæ Multum dissimiles geminos pariente Rebecca. Posterior plantam fertur tenuisse prioris. Esuriens Esaü primatum vendit ob estam Jejunans Christus scitur superasse Sathanem In Sylvis Esaü capreas venante fugaces Mandat uterque parens Jacob accedere Mædos Qui somnum capiens scalam usque ad sidera cernit Et formosæ Jacob dans oscula casta Recheli Et qui sit referens : lachrymas effundit obortas In somnis Jacob patriam repedare iubetur Ægypto Mariam Christumque educit Joseph Angelus atque Jacob constanter nocte duellant Israëlem Esauque unit concordia fratres Fratribus et Patri sua somnia narrat Joseph, Qui fratrum invidia cisternæ immittitur altæ, Livor edax fratres instigat vendere fratrem Judas pro nummis triginta vendit Jesum Sanguinolenta Patri monstratur vestis Joseph Clamanti heu dulcem gratum fera cruda voravit Dormi mecum hera ait, stuprumque recusat Joseph Quem male sanus herus condemnat carcere castum Vitam uni atque uni mortem prædicit Joseph Latro dexter habet vitam : mortemque sinister Somna spicarum atque boum declarat Joseph Felix qui meruit superum reperire favorem. Durius alloquitur fratres frumenta petentes Atque fidem illorum erga uterimum explorat Joseph fratribus et veniam dat et oscula pacis Joseph Discipulis pacem dat mortis victor Jesus Niliacas Jacob cum stirpe sua intrat in orus de mundoque suam sobolem benedixit iturus Prolibus orbatus, pueris, et rebus abactis Pronus Job nomen Domini benedixit adorans Vulnera multa Satham insonti inflixit Jobi Pertulit innocuus crudelia verbera Christus Plus extrema Deus quam prima beavit Jobis Nam gnatos et opes et multos contulit annos Non peragunt obstetrics mandata tyranni Hinc et adoptatur Moyses de flumine sumptus Flamma rubi in medio non ureus visio Mosi est</p>
---	--

Innocuus Mariae in utero Deus, ignis, homoque est.
 Vertitur in Colubrum (visu mirabile) virga :
 De virginis etiamque magi fecere dracones
 Cesa fit unda cruor Nili Pharaone vidente.
 Nonne magi hoc etiam fecerunt arto maligna !
 Terra scatet ranis, tyniphes miratur Jamnes
 Ecce Dei digitus qui mutum dæmona pellit.
 Innumeræ infestant muscæ te Barbara Memphis
 Et tua peste gravi pecora sternuntur in agris
 Sparguntur cineres : vesicæ atque ulcera fervent :
 Fulmina, grando, tonus terræ nascentia vastant
 Quas movet huc ventus : movet hinc ventusque
 locustas
 Salvo homine implentur tenebris incredula densis :
 Ægyptus premitur tenebris incredula densis :
 Ac primogenitum postremo occiditur omne.
 Paschalem comedunt Hebrei comiter agnum
 Aureaque et vestes et vasa argentea poscunt
 Moses cum populo rubrum mare transit hebreo.
 In Jordane rigat Christum Baptista Joannes
 Misso in aquas ligno propere dulcantur amaræ
 Et populus sitiens simul et iumenta biberunt
 Manna pluit referens similæ cum melle saporem
 Atque coturnices compescunt murmura vulgi
 Percutitur virga rupes, et fluctus inundat
 Sacraenta fluunt septem de pectore Christi
 Invocat extensis manibus pia numina Moses
 Dum Josue bellans Amalech enervat iniquum
 Ut vitulum atque choros Moyses conspexit et aram
 Confregit tabulas legis de monte regressus
 Ora micant Moysi tabulas de monte ferentis :
 In Thabor esse Deum docuit hix aurea Christum
 Bezelael atque Goliab fabricantur et arcum
 Thuribula, et specula et vestes et cetera multa
 Panis, ovesque Deo, et arietes vitulusque feruntur
 Atque sacerdos Aaron, gnatique sacrantur
 Perduntur Nadab atque Abiu super igne profano
 Mors ob avariciam Saphiram premit atque
 Ananiant
 Rite tabernaculum: dein cetera et arca locantur
 Atque Deo plebes, veteri immolant orgia ritu
 Unum hircum Sylvis : alium sors destinat aris
 Nil patitur deitas Christi ; at teritur caro morte

Spargebat digito lex terque quaterque cruem
 Ter quaterque tuum fudisti ô Christe cruem
 Purgatiuus erat vitulæ cinis additus undæ :
 De Christi latere unda fluit cum sanguine nobis
 Concrepitantque tubis : gestant arcamque levitæ
 Bissex plastra vehunt utensilia armaque templi
 Sexaginta decemque viros dein spiritus imples
 Spiritus alme reples Mariam et quos Christus
 amavit
 Ecce coturnices comedunt murmure partæ
 Sævit et ira Dei culpa gliscente popelli
 Exploratores botrum de vitæ ferentes
 Ubera testantur malis et ficubus arva.
 Sabbata sanctificans paralisim curat Jesus
 Stant Moyses Aaronque Deo monstrante celebres
 Terraque sorbet hians orco Dathan et Abiron
 Ore Deum Moses Aaron thymiamate placat
 Dum petit iratus sceleratam perdere plabem,
 Florida erga notatnsacrocæromite dignum
 Virga parit florem : Mariam Judæa propagat
 Petra dedit nitidam virga percussa bisundam
 Sænaque commoti cessarunt murmura vulgi
 Vestit Eleazarum Moyses Aaronis amictu :
 Et moritur pater, et succedit filius illi
 Æneus aspicitur serpens : læsisque saluti est
 In cruce adoratur Christus spes certa salutis
 Gentis Amorrææ regnum, regemque Seona
 Og regemque Basan populus debellat Hebræus
 In culpam illicitur Balaam mercedis amore :
 Atque redarguitur sermone loquentis asellæ
 Sacra Balach septem vitulos, totidemque dat aras
 Tres arias parit Anna Deo, septemque nepotes
 Se inquinat Israel venerans idola Priapi
 Sed Phinees plagam cæsis peccantibus aufert
 Declarat populo Moses promissa benigni
 Et benefacta Dei : et legis mandata receptæ
 Mose rogante Deum Josue virtute repletur
 Doctorum in medio patuit sapientia Chrsiti
 Promissa ostendente Deo Moses videt arva
 Dein moriens a divis est in valle sepultus

Jordanem Josue populum traducit et arcem :
 In signum lapides bissex ponuntur ibidem,
 Petrinis Jusue cultris præputia cædit
 Christus habere suæ voluique insignia gentis
 Arca Dei ô Hierico tibi circumlata ruinæ est
 Tum Raab et pauci tantum meruere salutem
 Exarat in Saxis Josue mandata tonantis
 Disserit et populo legis monimenta secundæ
 Pax Gabaonitis per iuramenta ligatur ;
 Quod male deiurat Herodes : peius adimpleret
 Grande necat multos : nec sol nec luna moventur
 Et multi ense cadunt : penduntur quinque tyranni
 Truncus Adonibesech manibus pedibusque rotatur :
 Ultro ceu regum decies septem æqua poposcit.
 Armipotens Aioth regem perscussit Eglona
 Isaiam legit : et populum docet acer Jesus
 Castra Jabin, Sysaramque Barach et Delbora viniunt
 Atque Jahel clavo Sysaræ sua tempora frangit.
 Sacrificat Gedeon : flammsque holocausta vorantur
 Atque idolorum lucos evellit et aras.
 Exprimit in concham Gedeon de vallere rorem
 Fundit aquam in peluim, lavat et vestigia Christus
 Trecentos homines, fugiunt, Gedeonis et arma
 Turbati Madianitæ, et se mutuo cædunt
 Triginta et quadriginta hominum fratrumque suorum
 Ipius Abbimelech cesor : Joathane relicto
 In monte hæc Joathen : regem sibi ligna petebant.
 Antichristus erit perversæ satrapa genti
 Devictis Sychimis Thebes turrim igne cremare
 Nitens Abbimelech, collitus fragmine saxi est
 Uxori Manne prænuntiat angelus ortum
 Samsonis validi : hinc Manne fert sacra Tonanti
 Ut Samson potuit sævum lacerare Leonem
 Sic pius horrissonum Christus contrivit avertium
 Inquirit mulier problema, ac deinde revelat
 Terque decem exuviae cæsorum præmia dantur.
 Samson mille hominum maxilla sternit onagri
 Dein sitiens vehementer, aquas e dente bibebat
 Nocte abiens Samson ; secum tulit ostia Gazæ
 Et Deus inferno effracto super atra meavit

Dalida Samsonem tentans ter vincit alacrem
 Fortia ter rumpit quasi stuprea vincula Samson
 Quarto tentatus Samson superatur : et eius
 Tondetur caput, e captis duo lumina perdit.
 Ut mecat Allophylos secum ad tria milia Samson
 Sic fiunt humiles Christo moriente superbi
 Producit hospitio petitur, noctuque Levites
 Mortua dividiturque in bissex fæmina partes
 Messores adeunte Booz : Ruth cogit aristas
 Atque bonis iungi quam non sit inutile cerno
 Nocte Booz dormit qui Ruth dedit hordea mane
 Impetrat a Christo gnatæ Chananæa salutem.
 Urbis ad introitum testes bisquinque vocantur
 Calceus exiuit : et Ruth bona ducitur uxor
 Helcana et Anna ferunt fænnenaque dona Tonanti
 Orgia grata Deo sunt, mitia tritaque corda
 In templum Samuel, vitulus, vinumque feruntur
 Scistitur et Dominus Christus cum laude piorum
 Dormit Heli in templo : Samuel dominumque ter
 audit
 Sermo Dei pascit non lac non ubera amantes
 In bello arca Dei capit : ruit ergo dacerdos
 Nostra capi vario non corda favore Sinamus
 Juxta te posita arca Dagon ; tibi causa ruinæ est
 Ægyptum Maria ingrediente idola ruerunt
 Urgitur ab Samuele asinis Saul ante repertis
 Exaltat humiles Deus, evertitque superbos
 Stant utrimque acies ad tristia bella paratæ
 Spiritus atque caro penitus contraria gliscunt
 Præ Jonatha armigeroque eius cecidere Philistim
 Capturi Dominum sternuntur voce loquentis
 Mel gustat Jonathas, et fortes cum patre mittit
 Consultur Domins: Jonathas servatur honestus
 Cæditur ense Amalech: superest rex: prædaque
 multa
 Auscultare Deo præstat quam sacrificare
 Sacra Deo fiunt, reprehensio, scissio vestis
 Christus stat vinitus ; Cayphas sua pallia scindit
 Rex Saul et Samuel Dominum reverenter adorant
 Spiritus est Deus, et Synera mente colendus
 A divo perpignis Agag Samuele necatur
 In medio fratrem David rex unctus olivo est
 Exteriora videt homo : sed Deus intima cernit

<p>Vate super puerum puer incumbento revivit Excitus ore Dei monumento Lazarus exit Pulmentum coquitur : sed mors clamatur in olla Quis demens comedat quod mortem præstat edenti ! Job Cædunt materiam ; ac ferrum unius incidit undis Misit eo lignum vates, ferrumque natavit In Jordane lavat Naaman se, sanus et exit Languidus a Christo pecudum sanatur ad undam. Coram rege agitant matres de prole comesta Bis duo Uprosi Syros fugisse nescitunt Cæsus Ochozias perit et stransfixus Joram Despereunt, regnante Jehu mala semina reges Quem zelus Domini comedit mala vertit et aufert Jezabel ex alto detrudi compta iubetur Magdala strata pedes Christi rigat osculat ungit Ponuntur capita in tumulos abscissa malorum Despereunt regnante Jehu mala semina reges Sacrifici in templo Baal interimuntur ad unum Sol debetur pietas latria Tonanti Regalem peremi mala mandat Athalia stirpem Herodes pueros miseranda cæde trucidat Regia sceptra Joas recipit septennis : et extra Septa domus Domini punitur Athalia morte Mortuus ut tetigit Helisei busta revixit Mortue si audiens Christi pia verba revives Mittuntur sortes : Jonas iactatur in undas Visceribus terræ mandatur Christus Jesus Samariam rex Salmanasar sibi subiugat armis Totus in Assyrios Israel ducitur hostes Ezechias schedulam blasphemii expandit ad aras Castraque Sennacheris dedit angelus omnia morti Morbus ab Ezechia fugit ; et retrograditur sol Alligat in stabulo Samarites vulnera Læsi Rex Babilonis ad Ezechiam donari libros Atque oraores misit queis cuncta patescunt Astra coli mandat, idolaque vana Manasses Et sua per tremulas traduxit pgnoræ flamas Angelus Esaiæ dat aquam, et Siloe fit ibidem Sub mortem Christus potatur felle et acetō Hierusalem capitur simul et rex atque ministri Tot mala tot cædes populi percata mereritur</p>	<p>Hieremiam lapidant idola colentes Plurima quem faciunt Pharijs miracula clarum</p>
---	--

Ad muros caput sablatum suspenditur urbis
Lætaque fælici parta est victoria marte

Dux auratus eques de cælo est missus Hæbræis

Conclusio totius versus.

Visio nulla datur: solemnis et unctio cessat
Ordo sacerdotum perijt: regumque propago
Atque silent vates; et sunt deinde omnia clausa
Christus adesto igitur tandem expertatio nostra

Alia

Quando tacent vates quando rex atque sacerdos
Deficiunt: quando visio nulla datur
Restat ut ætherei veniat promissio patris
Christus; et ad plenum pandat moris opus

Ingreditur Bethleem Maria exhibiture tributum
Ante Deum vacui non apparere velimus

Ad Christum Salvatorem per oratio
Vidua quæ duo munita coram te, Christe Jesu,
Misit in gazophilasium ego pauperior,
nihilominus
Nolens coram te omnino vacuus apparere
Hæc duo volumina a me compilat cum anima
Et corpore libenter dico consecroque talia
Qualiacunque sint, ut tuo munere emendata
Acceptare velis ad laudem et honorem nominis
cui, nec non Genitricis tuæ Dominæ Nostræ de
Gratia, ad ædificationem et consolationem con
Fratum et posterorum, ac etiam pro salute
Et reqirie benefactorum et parentum nostrorum
Quorum bonis et eleemosynis sustentamur
Quos nos omnes tua redemptions facias esse
Participos rogamus. Qui vivis et regnas cum Deo
patre
In unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula
Sculorum. Amen

Scias, benevole lector, unamquamque fenestram
ambitus
Antiqui monasterij continuisse quinque imgines
Diversarum historiarum, quibus bini versus
subscribe-bantur excepta media quæ uncum sibi
versum
Vindicabat, alterum subiunctæ sibi de novo novo
testamento
Historiae relinquebat. hinc vides versus utriusque
testamenti quandoque fere sine ordine immixtos

Vita S. Stephani episcopi Diensis. X

Lacte die veneris Stephans tener n infans
Multaque pauperibus tribuit quoque dona puellus
Pulcher adulescens Stephanus ieiunat et orat.
Datque operam studijs; et vesci carne recusat
Ut cartusiaco Ste^hanus vestitus amictu est
Angelus est visus superos astare colenti
Aptus ut et dignus divum inspiramine præsul
Deligitur Stephanus populum moderare Diensem
Cuique suus dæmon peccanti appetet: at absque
Læsura, Stephano ob plebis peccata iubente.
Ejicitur valida Stephani prece dæmon; et eger
Spreta prius Christi pia sacramenta receptat
Cæli intemperiem Stephanus signo crucis arce
Sic sic dæmonibus sapiens dominatur et aura
Extinctæ a larvis mulieri intentius orans.

Imperat a superis Stephanus vitam atque salutem
A medicis mulier cum deplorata fuisse
A Stephano tandem benedicta et sana recessit
Quatuor ægroti, claudi octo, mortus unus
Ad bustum Stephani lætem invenere salutem
Captus abit Stephani meritis e carcere liber
Quem non ire foras tria ferrea claustra vetabant
Præclaris Stephani meritis, a mortis hiatu
Tempore non uno ad vitam sunt quinque reduci

Dessin vitrail

x

Hoc carmen adiunctum erat superioribus, ab int
vindicatum et restitutum hic habes benevole lector

Concluso

Dessin fenêtre:

à gauche:

A/ depicta erant hic insignia

B/ tribus his locis

C/ hic effigios cernebantur eorum qui dederant finestras

au milieu:

A/ hoc loco depicta erat historia S. Brunons et sanctorum ordinis.

B/ depictæ erant

C/ hoc loco visui proximo erat hostoria novi testamenti

à droite:

A/ vel descriptæ sententiæ ex sacrum scriptura

B/ historiæ veteris testamenti

C/ sicut et hic uxorum imagines cel aliorum videre erat aut insignia

f° 190r

Parenesis nomine defunctorum.

Vos ô Christigenæ quorum iam robur in annis

 Qui nunc obteritis nostra sepulchra pede

Immemores nostri nolite hac ire, silentes

 Sed requiem functis poscite opemque pijs

Nam sibi quisque potest merita accumulare superstes

 Nos autem meritos tristia fata premunt

Subsidiumque proin devota oratio præstet

 Ut pateat nobis aurea porta poli

Nos fuimus vobis similes in corpore quondam

 Et similes nostri vos semel esse manet

Circumspecte igitur præsentem degite vitam

 Ut demum excipiat vos domus ampla Dei.

⇒ Oratio pro defunctis

Cereus, thus et hostia laudis pro fundatoribus

et Benefactoribus defunctis. Auctore d. J. E.

Suscipe summo Deus tibi quod pro exsanguibus istis

Offerimus munus: propositque fidelibus (oro)

Hostia sacra tuis; qui se dum vita superstes

Esset adhuc, simili commendavere litantes

Officio; at quia iam vitæ sunt lumine cassi;

Nos pro illis tua turba, vicaria dona sacramus

Et pia thurra focus adolemus, et æmula cæli

Lumina luminibus præfigimus omnibus aris/avis

O Deus æterni fons luminis, ignis ab igne

(Ignis enim Deus es consumens semper et ardens)

Da fessis tandem requiem, lucemque perennem

Et miserere (potes namque omnia) subque figuris

Symbolicis cera, thuris, laudisque canone

Accipe vota spei fideique et pignus amoris

Et si quid (quia deficimus fere in his tribus omnes)

Defuit his plenæ fideine speine reine, aut

Imperfectum oculi viderunt, parce, nec ultra

Ventus eas urens, succensa nec estulet olla

Virgaque in æternum vigilans ne exerceat illas,

Sed sceptrum protende remissi symbolum in omnes

Iudicij. Satis est pœnarum æquissime iudex

Da meliora pijs, ardoremque hostibus illum.